tatis instar radicis dr̃ Eph.iij. In charitate radicati ⁊
fundati. Unde ad premissa confirmanda facit verbum
Aug.in lib.de trin. vbi dt:ꝙ propter ista tria in animo
edificanda oim librorꝝ diuinorꝝ machinamenta consur
gũt. Ex his claret ꝙ hec tria.s. fides: spes ⁊ charitas
sunt fundamẽta spũalis edificii ꝓ habitaculo dei in no
bis. ℭ Scd̃o declaratur ꝯclo ex rõne sacre theolo
ℭ Hõ creatus ad deũ ꝑpetuo possidendum gie que sic ptz: qꝛ cũ hõ sit creatus a deo ⁊ ad deũ ꝑpe
tuo possidẽdũ in btitudine celesti: a quo habet om̃e bo
nũ q̃cquid videt habere vel habiturus est in beatitu-
dine:ideo necessarium est ꝓ fundamento huius assecu
tionis vt homo agnoscat deum qd̃ fit per fidem. Et cũ
sit deus summũ bonũ ideo sicut Hugo de arca Noe li.
.j.ca.ij. dt. Deus talis est ꝙ nequit sciri ⁊ non amari
proprietate:cum hoc necesse est vt fide cognitum desi-
deret quod est charitatis:⁊ vt fiduciã obtinendi illud
qd̃ desiderauit habeat ex bonitate dei summa: quod
fit per spem. Hec est ratio Guill. Lugd̃. in summa ꝟtu
Questio hõ sine ꝟa fide. tũ. Sed circa hec occurrũt questiões. Prima. Cur hõ
sine ꝟa fide non possit deũ vere diligere: cum ⁊ infide
les ⁊ iudei dicant se deum ꝟe diligere⁊ precepta eius
seruare. Rñr breuiter ſm Bona.⁊ Rich.super.ij.dist.
xxviij. ꝙ q̃uis infideles possint quo ad genus opis bo
ni mãdata dei seruare ⁊ h̃ mõ deũ diligere sꝫ h̃ solo mõ
deũ diligere nõ est gratuitũ nec meritoriũ vite eterne
Requirit em̃ vt hõ deũ diligat ⁊ eius precepta seruet
ſm intentionem mandatꝫ dei vt ex charitate.s.dei gra
tuita fuet p̃cepta. Hoc aũt fieri nõ p̃t sine ꝟa fide. Tũ
qꝛ charitas nõ nisi ꝑ spiritũsctm̃ infundit spũsctũs aũt
nõ dat nisi fidelibus in chr̃o. Un̄ Rom.v.ca. Charitas
dei diffusa est in cordibus nr̃is ꝑ spm̃sctm̃ q̇ dat⁹ est no
bis. Tũ qꝛ vt dt Aug. Incognita amari nõ pñt. Nam ⁊
phs.ij.de anima dt. Nil volitũ nisi cognitũ. Quõ g̃ po
test qs deũ amare quẽ nunq̃ꝫ cognouit ꝑ fidẽ:nec chr̃m
credidit esse verũ deum. Scd̃a questio de christianis.
Questio Un̄ est ꝙ christianus existens in fide sanus ⁊ in spe fir
mus.manens tñ in pctõ mortali: nõ vere diligat deum
Et ratio:qꝛ deus ipe non minus est obiectũ fidei ⁊ spei
sicut ⁊ charitatis. Uidet ergo ꝙ manente in hoie fide
⁊ spe salutꝫ :maneat deus ⁊ eius grã in illo etiã nõ ma
nẽte charitate. Rñr ſm doc.p̃cipue Tho.ij.ij.q.xxiiij.
ar.vlt.ꝙ non est sile de fide spe ⁊ charitate: sed in hoc
dat ratio diuersitatis: qꝛ fides ⁊ spes pñt remanere ⁊
remanent ꝑ pctm̃ mortale informes. Absente em̃ chari
tate que est forma ꝟtutũ remanent virtutes informes
sed charitas non põt manere informis:qꝛ ipa est forma
virtutũ ⁊ non informat alia forma:⁊ ideo per pctm̃ sim
pliciter tollit. Exemplum mortuo hoie remanet in cor
pore figura ⁊ effigies:sed nõ dr̃ hõ:imo cadauer: qꝛ se-
parata est forma humanitatis q̃ est ꝑ aiam rõnalẽ. Itẽ
extincto igne in carbone totaliter tollit igneitas q̃uis
possit reigniri. Hec sufficiant. ∂ Tertio dicta ꝯclo
∂ ptz exemplo apl̃i Thome: qꝛ qm̃ vt legit de ipso:fidei
spei ⁊ charitatis diuine fundamẽtũ tam in seipso q̃ꝫ in
aliis studuit ponere:⁊ sic deũ ac chr̃m iesum ipsius dei
filiũ verũ inhabitantẽ possidere. Cũ em̃ de chr̃i resur-
rectiõe antea dubitasset:tandem vulnera chr̃i palpañ.
certificatus de fide ⁊ cõfessus est chr̃i diuinitatẽ ⁊ hu-
manitatẽ di. Dñs meus ⁊ deus meus. Cũqꝫ post acce-
ptionem spũscti Thomas esset apud cesareã: appuit
ei dñs iesus di. Rex Indie Gondoforus misit ꝓpositũ
Abanẽ querere hoiem arte architectoria eruditũ. Ue
ni igit ⁊ mittã te ad eũ ibiqꝫ ero custos tui: ⁊ postq̃ꝫ In
dos cõuerteris ad me cũ palma martyrii venies. Cui
Thomas: Dñs meus ⁊ ego seruus tuus:fiat voluntas Ex legenda totum
tua. Tũc dñs illi preposito in foro ambulanti ⁊ archi-
tectores querenti tradidit Thomã: asserens eundẽ in
tali arte plurimũ fore peritum. Nauigantes aũt vene
runt ad quandam ciuitatẽ in qua rex filie sue nuptias
celebrabat ⁊ p̃conizari fecerat ꝙ oẽs deberẽt nuptiis
interesse. Cõtigit ergo Abanem ⁊ aplm̃ illud conuiuiũ
introire vbi quedam puella hebrea aderat fistula ca-
nens: vidẽs q̊qꝫ aplm̃ ꝙ nõ manducaret sed oculos de
fixos ad celũ haberet:intellexit hunc fore hebreũ:⁊ ce
pit hebraice canendo dicere. Unus est deus hebreorꝝ
qui creauit oia ⁊ fundauit maria. Cũqꝫ vidisset pincer
na aplm̃ defixis in celũ oculis intendentẽ his nec man
ducantẽ:percussit in maxillam. Cui apl̃s. Melius est
vt in futuro tibi indulgentia a deo detur ⁊ hic transito
rie puniaris:non hinc surgã donec manus q̃ me percus
sit huc a canibus afferat. Hoc (ſm doctores) dictũ est Non animo imprecãdi.
non aĩo imp̃candi vel vlciscendi:qꝛ sic dicere foret pec
catũ sed modo predicendi:sicut ⁊ chr̃s dixit Jude. Qd̃
facis fac citius. Et Ps. Cõuertant peccatores in infer
num ⁊c̃: qꝛ nẽpe apl̃s Thomas preuiderat sic fieri: sic
predixit:⁊ sic factum est. Nã pincerna cum exiuisset ad
hauriendũ aquã: leo ipum lacerauit ⁊ canis niger ma
nũ eius dextram decerpens a corpe in ipm̃ mediũ con
uiuium apportauit. Quo viso ois turba stupuit: ⁊ hoc
factũ illi regi innotuit. Qui apl̃i benedictionẽ sponso
⁊ sponse petiit:⁊ apl̃s illos benedixit. Abeunte aposto
lo sponsus ⁊sponsa thalamũ ingrediunt. Et ecce in ma
nu sponsi repertus est ramus palme dactylis plenus:
de quo ambo comedẽtes obdormiũt mox ⁊ sile somniũ
cernũt ꝙ.s.rex gẽmatus eos amplexãs diceret: Apl̃s
meus bñdixit vos vt eterne vite sitis participes. Eui-
gilãtibus ⁊ sibi mutuo somnia referẽtibus:ecce ianuis
clausis apl̃s ingressus dixit eis. Rex meus modo vo-
bis apparuit ⁊ me huc adduxit: vt super vos bñdictio
mea fructificet: habetis virginitatem q̃ est soror ange-
lorꝝ:possessio omnium bonorꝝ.⁊ eternorꝝ securitas gau
diorum. De libidine aũt corruptio ⁊ confusio generat
perseuerate ergo in virginitate. Ecce aũt duo angeli
apparuerunt dicẽtes. Nos sumus qui vobis ad custo-
diam sumus deputati: si monita apl̃i custoditis offere-
mus deo om̃ia vota vestra: sicqꝫ eos apostolus de fide
edocuit ⁊ baptizauit. Postea aũt sponsa noie Pelagia
sacro velamine consecrata martyrium patit:⁊sponsus
noie Dionysius illi ciuitati in epm̃ ordinat ℭ Post ℭ
hec apl̃s ⁊ Abanes ad regẽ Indie ꝑuenerũt:designa-
toqꝫ ab apl̃o mirabili palatio ⁊ copioso thesauro acce-
pto:rex in aliam prouinciã ꝓficiscit ⁊ apl̃s totũ thesau
rum paupibus elargit. Per totum quoqꝫ bienniũ illud
quo rex absfuit apl̃s predicañ. innumerabilẽ ppl̃m ad
chr̃m conuertit. Rediens rex ⁊ facta discens: aplm̃ cũ
Abane carcere clusit excoriandos ⁊ comburẽdos. In
terea frater regis noie Gad morit ⁊ quarta die cũ se-
peliret ecce resurrexit:dixitqꝫ regi. Hic hõ quẽ exco-
riari ⁊ cõburi disponebas amicus dei est ⁊ angeli sibi
famulant qui me in paradisum duceñ.quoddã palatiũ
ineffabilr̃ pulchrum oñderunt ⁊ dixerũt. Hoc est pala
tiũ qd̃ Thomas fratri tuo extruxit. Cũqꝫ mirarer de
pulchritudie palatii ⁊ dicerẽ. Utinã ianitor h̃ esse pos-
sem. Dixerunt:frater tu⁹ se illo indignũ fecit: si uis hic
manere rogabimus deum vt te suscitet ⁊ a fratre tuo
posses illud emere:reddẽs ei pecuniã quã extimat ꝑdi
disse. Tũc rex ⁊ frater ei⁹ ad aplm̃ accedẽtes de carce
re eduxerũt ⁊ ꝓstrati veniã postulauerũt. Quib⁹ apl̃s
ait. Multum vobis p̃stitit de⁹ ꝙ secreta celestia reue-
lauit: credite g̃ in chr̃m ⁊ baptizemini vt ad celeste re-
gnũ ꝑtingatis:altercãtib⁹ aũt de palatio viso cui⁹ esse
deberet:apl̃s rñdit eis. Innũerabilia palatia st̃ in ce-
lo ab initio p̃parata q̃ fide:p̃cib⁹ ⁊ elemosynis cõparãt
Post vnũ aũt mẽsem iussit apl̃s ꝯgregari oẽs hoies il-
lius ꝓuincie ⁊ infirmos ⁊ debiles variis morbis: ⁊ sup
illos orauit:⁊ rñtibus Amẽ: ecce lux de celo coruscãs
per dimidiã fere horã oẽs sanauit. Et exurgens dñs

iesum ⁊ aplm glorificauerunt. Et post predicationē baptizati sunt nouē milia virorū: exceptis paruulis ⁊ mulieribus. Tūc docens eos de multis virtutibus: ⁊ primo de fide trinitatis ac baptismi susceptione. Scdo de pctōꝝ custodia. s. fornicationis: auaricie: gule: ⁊ de penitētie vere pseuerantia. s. in spe venie. Tertio ꝙ̄ de scā charitate q̄ ad deū vt vicȝ in om̄ibus dei voluntati se conformare studerent: ⁊ q̄ ad pximum vt. s. hospitalitatē amarēt: atꝙ̄ oībus tam amicis ꝙ̄ inimicis charitatē debitam impenderēt. Tandē ad Indiā supiorem profectus est chrm̄ predicaturus. Et sic ptȝ de primo. O igit chriane disce in te fundamentum ponere vt inhabitet deus. s. per veram fidem: spem: ⁊ charitatem. O ꝙ̄ diues est qui deum habet. F

F Pulchritudo ⁊ decor aīe inhabitande

¶ Quantum ad secundū mysterium de pulchritudine ⁊ decore q̄ debet fulgere aīa quā deus velit inhabitare: inquirendum est: quali decore debet aīa nitere vt mereat deū in se habitantē habere. Ad qd̄ ponit cōclusio talis: ꝙ. s. anima humana vt sit deo digna: tanꝙ̄ domus regia debet decorari rectitudine: amplitudie: ⁊ vero lumine. Hec ɔclō declarat p Aug. in lib. de tri. di. ꝙ bona ⁊ pulchra domus est parietibus mēbris disposita ampla ⁊ lucida. Sic ḡ ad id vt aīa hoīs sit pulchra p dei digna habitatione: debet habere in se hec tria prescripta. Primo debet habere mēbra recte ⁊ bene disposita. Ista membra tanꝙ̄ parietes quatuor sunt virtutes cardinales. Primū ab anteriori prudentia q̄ ornat animā pposito scō ⁊ disponit vt caueat de futuro ab oī malo. i. pctō. Tunc quippe aīa est pulchre ornata: cum tali scō pposito est fulgida: ⁊ sine h turpissima est nec diuine inhabitatiōi digna: qꝛ vt scribit Sap. i. In maleuolā aīam non introibit spūs sapientie: nec habitabit in corpe subdito pctīs. Scdm̄ est a posteriori iusticia q̄ dictat penitere satisfaciendo de preteritis pctīs: ⁊ sic ornat turpitudines expiando: qꝛ vt Ber. ꝙ ɔfessio peccatorē purgat ⁊ iustū ornat. Tertium est a dextris ornans tēperantia ne eleuet in psperis. Nam scribit Jac. iiij. Deus supbis resistit: humilib⁹ autē dat grām. Et Esa. lvij. In scō habitans deus: ⁊ cū ɔtrito ⁊ humili spiritu vt viuificet spm̄ humiliū. Quartū est a sinistris fortitudo ornans pseuerando ne succūbat in aduersis. Ro. xj. Uide in te bonitatē dei si pmanseris in bonitate: alioquin excideris. Pulchra itaꝙ̄ domus hec reddit si parietes sunt sic recti ⁊ bene dispositi. O charissimi dicitote mihi quis est in hac ciuitate tā pauper vt saltē piper modicum nō emat p futuro festo natiuitatis vel aliqntulū nō coqt sio lito lautius: quanto ergo magis curare debetis spūalia. Secundo debet habere domus amplitudinē: vt dixit Aug. vbi s. quia magnificētia regia domum requirit amplam. Sic anima nostra q̄ debet recipe deū qui est infinitus: debet esse multū dilatata qꝛ scribit Hier. xxiij. dicente dn̄o. Celum ⁊ terrā ego impleo: ⁊ tn̄ cor nostrum si fuerit in charitate dilatatum deū capit: iuxta illud. j. Joā. iiij. Deus charitas est ⁊ qui ma. in char. in deo ma. ⁊ de⁹ in eo. Itaꝙ̄ aīa scā volēs deum capere inhabitantē: debet se ad charitatis latum mandatū ampliare vt diligat amicos ⁊ inimicos in psperitate ⁊ in aduersitate per totū vite tēpus: nec vllo termino claudat. Ps. Latum mandatū tuum nimis. s. mandatū charitatis. Talem quippe latam domū deus requirit ad inhabitandum: nec vult in corde per ire vl odii rancorē ɔstricto habitare: sed in pace factus est locus eius: vt ait Ps. Bern. Sic in pace factus est locus dei: ita in ira ⁊ discordia locus diaboli. Aug. Tenes irā: teneris a diabolo. Tertio debet habere domus luciditatē. s. diuine sapientie: ⁊ h per verbū dei per quod illuminat mens ad cognitionem eoꝝ que sunt facienda vel cauenda: ⁊ ad seruanda diuina precepta ⁊ recolenda eius beneficia. Hanc lucem orabat sibi dari Ps. di. Emitte lucem tuam ⁊ vitatem tuā ipā me deduxerunt ⁊ addu. in mō. s. t. ⁊ in tab. tua. Sine luce ista domus aīe tanꝙ̄ tenebrosa ⁊ squalida displicet deo. G

Propietate domus

G Legenda

Un̄ legit ꝙ cum Thomas apls̄ ad superiorē Indiā venisset cepit predicatiōi insistere ⁊ innumeris miraculis ⁊ signis coruscans docebat mundū cōtemnere: ⁊ exhortabat ad audiendū vbum dei assidue: ɔparando illud pcipue collyrio qd̄ sanat egros oculos ⁊ illuminat: sic dei vbum oculos nostri intellectus. Ad cuius veritatis testimonium qndam nobilē mulierem noīe Sinticen pdicationem apli frequentantē cū esset ceca illūinauit. Ut aūt ait Chryš. tres illi magi qui venerant ad chrm̄ natum adorandū in illa regiōe habitabāt. Quo cū Thomas perueniens templū intrasset: vidit stellam in signo crucis ⁊ infantulo parietibus depictam: interrogauit ꝙ̄ quid hoc esset. Cui cū narrassent rem gestam: repletus gaudio cepit pdicare ꝙ ipe esset illius infantuli chri apls: ⁊ ꝙ per multa miracula diuinitatē suā ille declarauit: ac ꝙ pro humano genere passus est ⁊ mortuus ⁊ tertia die resurrexit: cuius vulneꝝ signa post resurrectionem tangēs ipe Thomas certificatus est: ⁊ tandē ꝙ in celum ascenderit ⁊ spiritūscm̄ discipulis miserit ⁊ p mūdum ad pdicandū eius fidem destinauerit apostolos: vt hoīes in fide ipsius renati p baptismū saluarent. Que oīa audientes tres illi magi baptizati sunt cum oībus suis complicibus: ⁊ spūscō illuminati: aplo ad predicandū se sociarunt. Et sic tota illa puincia idola cōfregit ⁊ in chrm̄ credidit. Ubi ecclesiis ⁊ episcōpis ordinatis valefaciens apostolus ad interiora Indie puectus est. O itaꝙ̄ homo disce ꝙ̄ bonum sit verbum dei audire. H

H Dulcedo hospitatiōis diuine in anīa.

¶ Quo ad tertium de dulcedine hospitatiōis diuine in domo aīe ponitur ɔclō ꝙ hospitari dn̄m iesum in nostri cordis domicilium: est pdulcissimū: qꝛ vt ait Amb. in hom. de vocatione Matthei. Qui inquit domicilio christum recipit interno permaximis delectationibus exuberantium pascit voluptatū. Hec ille. Ideoꝙ̄ sancta mater ecclesia hodie exhortans oēs fideles ad tanti hospitis debitam susceptionē cantat: di. Nolite timere: quinta eñ die veniet ad nos christus deus noster ⁊c. quinta die. i. ipso die natiuitatis dn̄ice q̄ est ab hinc quinta. O dulcissime iesu qui semp pmptus es venire ad nos: o quāta tua charitas. Audite charissimi ecclesiam dicentem ergo nolite timere: qꝛ chrs dn̄s venit in hunc mundū non pdere sed saluare pctōres penitētes potius ḡ o aīe fideles gratulamini in dn̄o: ⁊ vos ppa rate vt decet: quatinus digni sitis chrm̄ p die natiuitatis hospitare in vobis. Hospitare quidem nō solum p grām: sed etiam sacramentaliter in eucharistia ipm̄ suscipiendo digne vt mereamini pfrui eius dulcedine. Hinc fideles admonent p tam iocunda festiuitate natiuitatis christi comunicare deuote. I Sed huius grā querit: qualiter debeat homo sui cordis hospitiū pparare vt mereat tāti hospitꝫ dulcedinē diuinā experimentalr degustare: iuxta illd̄ qd̄ hortat ps. Gustate ⁊ vi. qm̄ sua. est dn̄s b. hō q̄ sperat in eo. Ad id rn̄r ꝙ sicuti magni principes in domo q̄ volūt freqnti⁹ morari ⁊ ɔuersari: tria pcipua solent exoptare vt libenti⁹ ⁊ delectabilius ibi ɔuersent. s. Prio domus amenitatē. Illa aūt dom⁹ est amena q̄ est ab oī sorde mūda: ne sit vt stabulū iumētoꝝ: ⁊ in qua est aura bona ⁊ sana. Un̄ suadent phi put dt Fran. mar. ꝙ q̄ vult domū facere multū cōfert fieri fenestrā vsus aquilonē: qꝛ aura venti borealis est sanior eo ꝙ refrigeratior: cui⁹ signū est: qꝛ vēto flante austro infirmi grauant: sȝ regnante aquilone alleuiant: vt docet ars medicie. Itē australis ɔtristat denigrat: ⁊ pisces vl carnes citi⁹ corrūpit. Sȝ boreal letificat: dealbat: ⁊ ɔseruat diuti⁹ oīa corruptibilia: ergo ista sana est aura p domo. Illa ꝙ̄ dom⁹ est amena q̄ est odore floꝝ ⁊ fructuū gta. Propt qd̄ fm phm i pro ble. suadet vt domui adiaceat hort⁹ consit⁹ arborib⁹ ⁊ floribus odoriferis. Hec indt faciūt multū ad ɔseruandū vitā sanā ⁊ plongandū. Scdo nobiles pncipes exoptant in domo supellectiliū ⁊ lectisterniorū mundiciā ⁊ pulchritudinē. Tertio ꝙ̄ ɔuiuii apparatū ⁊ delitiositatē. Sic ad ppositū chrs dn̄s nobilissim⁹ ⁊ rex regū spūalr hec tria potissime vult ⁊ diligit in suo hospitio .i. in aīa nr̄a vt nobiscū dulci⁹ ⁊ amabili⁹ ɔuerset sueꝙ̄ deitatis dulcedinē imptiat. Prio amenitatē q̄ ad hoc. Primo vt simus mundati ab oī sorde pctōꝝ per veram

I Preparatio hospicii anime nostre

Sit⁹ domus

Supellectilia anie

scz cōtritionem: confessionē ⁊ satisfactionē. Scḋo vt spiret in nobis bona aura sana. i. voluntas recta in ꝓposito firmo. s. decetero nunq̄ peccandi: ad q̄d valet fenestram. i. aspectū mentis habere versus aquilonē. i. aduersitatē passionis chr̄i recogitare: ⁊ sic refrigerare fomitem vt sanet. Heb. xij. Recogitare eū qui ta. su. ⁊c̄. Tertio deniq̄ʒ vt habeamus odorem sctāꝝ affectionū ⁊ fructum bonoꝝ opeꝝ: de quibus d̄t Chris. ꝙ sic sunt apud deū delectabiles sctē affectiones sicut odoriferi fructus ⁊ flores. Dicam ḡ cū Greg. ꝙ tergat praui operis sordes qui deo vult rite preparare hospitiū mētis. Scḋo chr̄s dn̄s optat in nobis ꝓ grato hospitio lectisternioꝝ mundiciam ⁊ pulchritudinem. Hec lectisternia sunt inferiora ⁊ superiora. Inferiora ex parte corporis sunt. s. castimonia: ieiunia: vestimenta aspa: disciplina: orationū ⁊ laborum fatigia ⁊ silia mortificatiua queq̄ʒ. Superiora ex parte anime sunt ꝓpositum firmū castitatis: meditatio dn̄ice passionis iugis: ⁊ cōtemplatio celestiū atq̄ʒ inflāmatio diuini amoris ⁊c̄. Ista ⁊ q̄ʒ ad hec pertinētia sunt lectisternia castitatis in quibus dulciter quiescit chr̄s sicut ꝑ hec quieuit in matre virgine sm̄ ꝙ scribit Cañ. j. Dum esset rex. s. celestis in accubitu suo. i. castitatis nardus mea dedit odorem suauitatis. Vn̄ Berñ. super Cañ. d̄t ꝙ chr̄s dn̄s libentissime pascitur inter lilia virginitatis. Tertio chr̄s optat in nobis cōuiuii apparatū ⁊ deliciositatē: qḋ fit ꝑ opa misericordie in ꝓximos ⁊ pauperes multiplicata: de quib⁹ ip̄e idem d̄t Mat. xxv. Qḋ vni ex minimis meis fecistis mihi fe. Ideo Amb. hom̄. qua s. d̄t sic. Qui sua recipit domo chr̄m: ꝯuiuium magnum exhibet hoc est bonorum operum sp̄ūale gaudium: q̄ diues ppl̄s eget: pauper epulat. Hec ille. O itaq̄ʒ homuncio fidelis in chr̄o: ex prescriptis accipe documentū ꝙ. s. quanto te mundiorem ab oībus pctīs custodies: ⁊ quāto te castitati seruande corpe ⁊ anima applicabis: atq̄ʒ quāto te ad sctās meditationes ⁊ ꝯtemplationes passionis chr̄i ⁊ celestiū bonorum dedicaueris: deniq̄ʒ quanto misericordie opibus vacabis tanto christi dulcedinē diuinā in tui cordis hospicio experiri ex ei⁹ bonitatis gr̄a promereberis. K Ut itaq̄ʒ ad ꝓpositum finiamus legē- K Legenda dam: b. Thomas apl̄s premissa fecit ⁊ docuit ⁊ vsq̄ʒ ad mortem seruauit. Nam vt legitur profectus Indiam superiorē p̄dicauit fidem chr̄i: baptismū: atq̄ʒ contēptū mūdi: castitatem ⁊ boni op̄is fructum. Ad cuius predicationez Migdonia vxor Karrisii cognati regis credidit: ⁊ deinceps viri thorum abhorruit: ob id Karrisius regem petiit vt reginam mitteret ad migdoniam: si forte eam reuocare posset: missa regina ꝯuertit ab ea quā volebat ꝯuertere: visis q̄ʒ tot miraculis q̄ apl̄s faciebat: di. Putabam ego Migdoniā stultam fore: sed stultissimi sunt qui in chr̄m non credūt: noluitq̄ʒ deinde regi copulari. Tunc rex iratus ap̄lo capto mandauit vt ad suos viros coniuges reuocaret. Cui apl̄s. Tu cum sis rex non vis habere coīnquinata seruitia: quantomagis credere debes deū amare castissima ⁊ mundissima seruitia seruoꝝ. s. ⁊ ancillaꝝ. Iratus ḡ rex sup ardentes laminas ferreas incedere ap̄lm nudis pedib⁹ iussit: ꝓtinus aūt fons dei nutu erūpens extinxit: post hoc in fornacem ardētem ap̄lm misit qui die altera sanus de medio ignis exiuit ⁊ illesus: tandē cogebat idolum adorare vt deū suum offenderet. ꝓpitium nō posset habere pro liberatione. Apl̄s ergo precepit demoni in idolo existenti vt q̄ʒcito genua flecteret statim idolum cōminueret. Cū ḡ apl̄s genuflecteret di. Adoro nō idolum aut simulachrū sed dn̄m meū iesum chr̄m: mox idolum vt cera liquefactum est. Tunc oēs sacerdotes idoli mugitū dederūt. Et mox pontifex tēpli insiliēs apostolū gladio transuerberauit. Cumq̄ʒ ppl̄s vellet ap̄lm vindicare: rex ⁊ Karrisius aufugerūt: chr̄iani aūt corpus apl̄i honorifice sepelierūt. Rogemus igitur ⁊c̄.

De sctō Thoma ap̄lo. Sermo. ij. ⁊ deuotus de tactu vulnerum domini iesu.

Affer manum tuam ⁊ mitte in latus meū ⁊ noli esse incredulus sed fidelis Joan. xx. Charissimi in chr̄o frēs ⁊ dn̄i: maxima ꝑ omnē modum charitas bn̄dicti iesu erga nos ostensa est in oīb⁹ suis actibus ⁊ v̄bis. A Sed vt iuxta p̄missa v̄ba loquamur: ineffabilem charitatē exhibuit qn̄ ꝓ vna aīa saluanda. s. ꝓ aīa Thome vulnera ostēdit. Vn̄ Chrys. sup Joan d̄t. Cōsidera dn̄i saluatoris clementiā q̄liter ⁊ ꝓ vna aīa saluāda accedit ⁊ ostēdit seip̄m vulnera habentē: ad innuendū ꝙ aīas humanas quas p̄cioso suo sanguine redemit prediligat q̄ʒ oīa bona corpalia mundi. Et ideo ostēdit latus vulneratū ad innuendū ꝙ amore p̄cordiali nos diligit. Manus q̄ʒ vulneratas ostēdit ad insinuandū ꝙ nō tm̄mō v̄bo vel lingua: sed ope ⁊ veritate nos diligat. Pedes q̄ʒ vulneratos ostēdit ad declarandū ꝙ in tantū nos amauerit vt pondera pctōꝝ nostrorū. i. penas ipse portauerit in corpe suo. q. d. Uidete q̄liter ex corde vero vos dilexerim: qualia opa ꝓ vestra salute feci: quales penas ⁊ vulnera ac amarissime mortis in cruce supplicia ꝓ vobis sustinui. O ḡ aīa chr̄iana recognosce chr̄i iesu erga te amorē ⁊ reamare stude ip̄m te amātē vero amore. Audi dicentē Thomē imo ⁊ tibi ⁊ oībus. Affer manū tuam ⁊ mi. in la. m. H̄ est recognosce q̄ʒcordialiter ⁊ veraciter ope te amē ⁊ noli esse incredulus sed fidelis. s. veraciter me reamādo vt a pctīs caueas ⁊ mihi fideliter deseruias sciens qm̄ tam care p̄ciosissimo. s. meo sanguīe te redemeri. B Itaq̄ʒ in v̄bis p̄missis de trib⁹ videt ꝯmēdari b. Tho. B

¶ Pr̄io de amoris chr̄i experimento. Magna em̄ gr̄a est chr̄m videre ⁊ in suis sacris vulneribus eius charitatem erga nos experiri: quo insinuat cum dicitur. Affer manum.

¶ Secundo de corporis gloriosi contrectamēto: qr dicit. mitte in latus meum. Qr em̄ homo mortalis contrectet sic gloriosum corpus christi est singulare miraculum ⁊ priuilegium.

¶ Tertio de deuotionis fidei sacramento: cū d̄r: noli esse incredulus sed fidelis.

¶ Circa primū de magnitudine amoris chr̄i erga nos declarata in eius sacris vulneribus accipe hanc ꝯclōnem ꝙ chr̄s dn̄s cōprobatur nos ꝓmaxime dilexisse ex susceptoꝝ vulneꝝ magnitudine. Ratio: qr sicut ip̄emet testatur Joan. xv. Maiorē charitatē nemo habet q̄ʒ vt aīam suam ponat pro amicis suis: quanto ḡ acerbiori passione ⁊ amariori morte chr̄s dn̄s pro nobis animā suam posuit: tanto dilectionem suam maiorē exhibuit. Sed ex magnitudine vulneꝝ constat acerbitas passionis ⁊ mortis: ergo ⁊ magnitudo dilectiōis. Hinc Ber. Clamat clauus: clamat vulnus q̄ʒtum vere imo ꝓmaxime dilexit nos deus. C Sed questio occurrit vn̄ possit cognosci vel ꝓbari magnitudo vulneꝝ chr̄i iesu benedicti. Ad quod respondetur: ꝙ ex tribus. — Magnitudo chr̄i declarata in ei⁹ vulneribus. — C

¶ Primo ex autoritate scripture.

¶ Secundo ex ratione.

¶ Tertio ex similitudine.

¶ Primo ex autoritate scripture: qr dixit saluator thome Joā. xx. Infer digitum tuū huc. s. in locū clauoꝝ ⁊ vi. ma. me. Et affer ma. tu. ⁊ mit. in la. me. ⁊c̄. Ex quib⁹ verbis claret ꝙ claui quibus affixus fuit chr̄s dn̄s fuerant tam grossi vt digitus virilis manus possit intrudi Et vulnus lateris fuit tante magnitudinis vt manus virilis possit imitti. Item Joan. xix. scribit ꝙ vnus militum lancea latus chr̄i aperuit: vt impleret scriptura zach. xij. Uidebunt in quē transfixerunt. Ubi glo. Aug. d̄t. Aperuit inq̄t: nō vulnerauit aut pcussit: sed apuit vt illic q̄dāmō vite ostiū panderet in latere arce q̄ intrare possint a diluuio liberati. Et qm̄ d̄r ꝙ impleta est in hoc scriptura que d̄t. Uidebunt in quē transfixerūt. Ex hoc accipit ꝙ vulnus istud chr̄i lateris fuerit tam longū: latū ⁊ amplū ꝙ introspici potuerit ad viscera chr̄i: pulmonē. s. ⁊ epar: cor. ⁊ istis ꝓpinqua: qr d̄r. Uidebunt in quē. i. intra quem. D Secundo ꝓbat ex ratione Nam si debite ꝓpendimus ip̄e b. Joannes euāgelista describens vulnus lateris chr̄i ostēdit de eo tria notabilia. Primo ꝙ fuerit dirissimum ⁊ crudelissimū: quia d̄t Joan. xix. ꝙ iudei rogauerint Pilatum vt frangerent crura. s. christi crucifixi ⁊ latronum cū eo crucifixorū: veneruntq̄ʒ milites ⁊ primi quidem fregerunt crura ⁊ — Ex autoritate — D Ratione

alterius qui crucifixus est cum eo: ad iesum autẽ cum venissent viderunt eũ iam mortuũ ⁊ non fregerunt eiꝰ crura: sed vnus lancea latus eius aperuit. In quibus verbis magna crudelitas apparet. Primo ex intentione q̄ voluerunt christi crura frãgere: qḋ ⁊ fecissent si ipm̄ viuũ reperissent. O magna crudelitas qm̄ non sufficiebat ipm̄ crucifixisse: sꝫ ⁊ apposuerũt crura frangere ex odio vt citius moreretur. Sic sic nimiꝝ plures faciunt christiani quibus nõ sufficit chr̄m rursum crucifigere in semetipsis ꝑ pctm̄: vt dr̄ Heb. vj. sed insuꝑ volũt eiꝰ crura frangere qḋ fit ꝑ firmam pcti obstinationẽ vt nequaq̄ possint redire ad christum. Scḋo q̄q̄ magna crudelitas apparet: q̄ vidẽtes eũ iam mortuũ deseuierũt in defunctũ. Nã deseuisse ⁊ vulnera intulisse in mortuũ crudelius iudicat̄ q̄ in viuũ: ꝑpter qḋ sctã ecclia canit diram fore lanceam qua chr̄s est vulneratus: q̄uis ꝑ clauos maiores sit chr̄s lesiones passus eo ꝙ claui vulnerauerũt ipm̄ viuũ: lancea aũt vulnerauit iam mortuum: ⁊ per ꝯñs doloris impceptibilem: nihilominꝰ tñ canit ecclia di. Uexilla regis ꝓdeũt fulget crucis mysterium: q̄ carne carnis cõditor suspensus est patibulo. Et sequit̄: Quo vulneratus insuꝑ mucrone dire lãcee vt nos lauaret crimine manauit vnda sanguine. Ecce ptꝫ ꝙ lancea illa dr̄ dira p̄ clauis: hac itaq̄ de causa: q̄ ꝑ illam deseuierũt in mortuũ chr̄m. Item etiã dr̄ lancea dira eo ꝙ nõ solum chr̄m sed ⁊ matrẽ eius acerbissime in aĩa vulnerauit: q̄ cũ chr̄o iam mortuo debebant parcere: nõ tñ pepcerunt: sed adauxerunt dolorẽ matris: que videns tantã crudelitatem exerceri in corpus sui filii summi doloris gladio est confossa suꝑ oĩm martyꝝ dolores: vt testat̄ Bern̄. Nam dolorẽ huius vulneris chr̄s mortuus nõ sensit: sed sctã mater eius astãs acerbissime ꝑtulit. E Scḋo ibidem Joannes euangelista oñdit ꝙ hoc vulnus christi fuerit ꝓfundissimũ: cum subdit. Sed vnus militũ lancea latus ⁊c̄. Ubi claret ꝙ vulnus lateris chr̄i fuerit ꝓfundũ ex duobus. Primo q̄ crudelis lictor .s. miles exptus in vulnerãdo ⁊ strenuus tam fortiter impegit lanceã in latus christi: vt .s. mox sanguis emanans ꝓsiluisse dicatur vsq̄ ad oculos ipsius militis: qḋ solet ex forti impactiõe vel intrusiõe mucrõis ⁊ per ꝯñs ꝓfundissime vulnerauit. Scḋo claret fuisse ꝓfundũ ex eo ꝙ dr̄ lãcea aperuit: q̄ vt cernit̄ illa lancea habuit ferrũ valde longũ ⁊ latũ: ⁊ ideo profundata fuit adeo ꝙ a dextro latere vsq̄ ad cor chr̄i ꝑuenerit: cũ tñ in hoc hoĩe cor declinet ad sinistrã: vt habet̄ li. de aĩalibus. Unde plures scti puta Bernardus Anshelmus ⁊ alii dicũt chr̄m vulneratũ fuisse in corde ⁊ sic vulnus fuit ꝓfundũ. F Tertio idẽ Joannes euangelista notat ꝙ hoc vulnus chr̄i nõ solũ fuit dirũ ⁊ profundũ: sed ⁊ magnũ .s. longũ ⁊ latũ: cũ subdit. Et cõtinuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Et hr̄ expresse de cele. mis. c. In quadam per Innocentiũ papã: ꝙ fuit verus sanguis ⁊ vera aqua. Nam ⁊ ille q̄ vidit scꝫ Joãnes testimonium veritati ꝑhibuit. Sequit̄ ḡ ꝙ fuit ⁊ visa est aqua illa lympida: nõ ꝑmixta sanguini: alias nequisset discerni visu si scꝫ fuisset sanguini ꝑmixta: ⁊ ꝑ ꝯsequẽs claret ꝙ cũ ab eodẽ vulnere ⁊ pro eodẽ tꝑe simul seꝑatim ⁊ sine ꝑmixtione exiuit sanguis verus ⁊ aqua vera visibiliter. Idcirco orificiũ ⁊ aptura illius vulnerꝫ nõ fuit angustum: sed adeo debuit habere magnitudinem vt ab vna parte sanguis: ⁊ ab alia parte aqua lympida potuerit ꝓfluere ĩpmixte. Et h̄ voluit deus facere miraculose in signũ vere humanitatis ⁊ deitatis chr̄i: q̄ naturaliter in mortuis hominibus statim sanguis ꝯgelascit: sꝫ ĩ chr̄o ꝟtute diuĩa ꝯseruat̄ vt flueret: vt agnosceret̄ deꝰ esse q̄ mortuꝰ illudebat̄ ſm Tho. suꝑ Joã. ⁊ eadem diuina ꝟtute aqua fluxit miraculose: ad ꝓbandum ꝙ corpus chr̄i nõ fuit phantasticũ: sed ex elemẽtꝫ vere cõpositum vt dt̄ Ly. Et cũ hoc vt significaret̄ mysterium nostre redemptiõis in sanguine chr̄i atq̄ ablutionis baptismal̄ in aqua: sicut hr̄ extra de cele. missa. Cũ marthe: ⁊ c. In q̄dam. O mira ergo chr̄i iesu benedicti charitas erga nos miserrimos qua tanto amore nos amare voluit tam caro precio: tã acerba passiõe redemit. G Tertio ꝓbat̄ magnitudo vulneꝝ christi ex similitudine: qm̄ videmus ꝙ quanto aliqua pellis fortius extensa distrahitur: tanto si pungitur mucrone vel cultro ampliori apertura scinditur ex distractiõe pellis. Sic factum est in proposito: quia vt dicit Lyra super ps̄. xxj. notanter ꝙ .s. qñ aliquis affigebatur antiquitus cruci: prius accipiebatur mensura corpis sui a manu in manum ſm latitudinem: ⁊ a spatulis vsq̄ ad pedes ſm longitudinem: vt in ligno crucis fierent foramina per que claui possent facilius transire: ⁊ sic factũ fuit de christo. Quãdo aũt vna manus christi fuit perforata ⁊ affixa humores cucurrerunt ad locum illum. quia naturaliter currũt ad locum lesum: ⁊ sic nerui fuerunt retracti ad illam partem. Et ideo ad hoc ꝙ alia manus reduceretur ad locum foraminis in ligno facti oportuit eam trahi violenter cũ chordis. Et idem etiã intelligendum est de pedibus propter lesionem factã in partibus superioribus: propter quod christus dominus in cruce fuit tam dirissime ⁊ immaniter extensus: vt in eius sacro corpore nudato possint dinumerari oĩa ossa eius: apparentibus iũcturis omnium ossium eius: ſm ꝙ fuerat prophetatum ibidem per Ps̄. Dinumerauerunt omnia ossa mea .i. dinumerare potuerunt. Uñ ex his patet ꝙ cum christus dominus in cruce fortiter extensus ⁊ in latere extenso est percussus lancea: non in osse: sed in latere fortissime distento: sequitur ꝙ vulneris apertura fuerit maxima vt manus Thome imitti valuerit. O dulcissime iesu q̄d tam acerba: tam magna vulnera ꝓ nobis suscipere voluisti: cur non contẽtus es mitiori morte nos redimere? nisi vt tuũ ineffabilem amorem demonstrares: ⁊ nos ad tuam felicissimã redilectionem prouocares. O anima fidelis o christiane aduerte dei tui erga te beniuolentiam. O peccator quid facis cur non scinditur cor tuum pro tanto amore cur potius vis perire cum diabolo in peccato q̄ amando christum regnare in celo. Expergiscere o anima misera ⁊ a peccato resurgens christum ama qui deus tuus existens: diligere dignatus est te ad celestia regna

Lancea dira

E Uulnus chr̄i ꝓfundissimũ

F Ex latere sanguis ⁊ aq̄

Magnitudo vulneꝝ chr̄i ex siĩitudine

¶ Circa secundum principale de con H trectatione vulnerum christi iesu resurgentis in glorioso corpore accipe hanc conclusionem: ꝙ christus dominus maximam gratiam exhibuit Thome cum prebuit se non solum ad videndum: sed ⁊ ad contrectandum in glorioso corpore. Hec conclusio manifesta est: quia mortalibus oculis videre: ⁊ mortali homini contingere manibus gloriosum corpus vere deitati vnitum: ⁊ tam familiariter cum ipso contrectando conuersari: est miraculum permaximum ⁊ singularis priuilegii gratia. Est nimirum grande miraculum: vt dicit Greg. in home. de octa. pasche sic. Palpandã christus carnem prebuit quam ianuis clausis introduxit. Qua in re duo mira ⁊ iuxta humanam rationem sibi valde contraria ostendit dum post resurrectionem suam corpus ⁊ incorruptibile ⁊ tamen palpabile demonstrauit. Nam corrumpi necesse est quod palpatur: ⁊ palpari nõ potest quod non corrumpitur. Sed miro modo atq̄ inextimabili redemptor noster ⁊ incorruptibile ⁊ palpabile corpus suum exhibuit: vt monstrando incorruptibile inuitaret ad premium: ⁊ prebendo palpabile formaret ad fidẽ. Hec ille. Deniq̄ hoc fuit singularẽ priuilegium gratie ipsi Thome: quia sicut videmus cum rex terrenus aliquem hominem familiariter alloquit̄ ⁊ manum humero illius apponit vel collũ eius amplexatur: pro maximo honore ⁊ gloria reputatur: quanto magis cũ rex glorie celestis christus deus tantã familiaritatẽ exhibens Thome: pro gloria maxia iudicat̄. Et pie credo ꝙ Thomas ex hac familiaritate chr̄i maximã deuotionis ⁊ diuini amoris ac suauitatis grãm ꝑceperit. I Sed hic questiões aliq̄ occurrunt. Prima vtrũ Thomas videns chr̄m sibi apparentẽ in glorioso corpe crediderit ipm̄ anteq̄ tetigerit. Et videt̄ ꝙ nõ: q̄ dixerat discipulis ceteris sic. Nisi videro in manibus eius fixuram clauoꝝ: ⁊ cũ h̄ mittam (inquit) digitũ meũ in lo. cla. ⁊ mittã ma. me. in la. eius: nõ credã: ḡ ⁊c̄. Sꝫ ad id rñdet doct. ꝓcipue Tho. in. iij. p. q. liiij. ꝙ Thomas ad visum solũ chr̄i credidit: q̄ dixit sibi chr̄s

H Cõtrectatio vulneꝝ chr̄i in corꝑe glorioso

I An thomas credidit anteq̄ tetigerit

Quia vidiſti me Thoma credidiſti. q̄uis nēpe ſm Lyram viſus ꝑpter ſui certitudinē accipiatur pro quolibꝫ ſenſu. Thomas autē volebat certificari duplici ſenſu: ſcʒ viſu in aſpectu manuū: ⁊ tactu per lateris contactū ⁊ ob hoc dixerat ſe aliter non crediturū. Nihilominus tamē mox vt vidit chriſti glioſam humanitatem: credidit chri deitatem. vt expreſſe dicit Leo papa in ſermo. de reſurrectione: qui incipit. Retinet ſanctitas vr̃a ⁊c.

K Utrum Thomas tetigerit q̄nꝗ vulnera chri.

K Secūda queſtio. Utrum Thomas poſtq̄ chr̄m vidit ⁊ credidit inſup tetigerit ip̄m in om̄ibus quinꝗ ſtigmatibus? Reſpondetur ſm Thomā vbi ſupra. ꝙ etiam tetigit om̄ia ſm Augu. ⁊ hoc non ꝑpter fidem Thome qui iam ad viſuʒ crediderat: ſed ꝑpter fidem noſtram confirmandā. vt exp̄ſſe atteſtatur etiam Leo papa in ſermone quo ſupra: dicēs ſic. Sanctū Thomā ap̄lm ad cōfirmandā fidem oīm poſt reſurrectionē dn̄ici corporis membra palpaſſe diximus: ⁊ ad repellendā ambiguitatem: vniuerſoꝝ vulnerū eius cicatrice ſcrutari voluiſſe. Et paulo poſt. Thomas ergo (inquit) cum eſſet ſanctus: fidelis: ⁊ iuſtus hec om̄ia fideliter requiſiuit: non ꝙ ip̄e aliquid dubitaret: ſed vt omnē ſuſpitionē incredulitatis excluderet. Nam ſuffecit illi ad fidem ꝓpriam vidiſſe quē nouerat: ſed nobis opatus eſt vt tāgeret quē videbat: vt ſi forte diceremus deluſos eius oculos: non poſſemus dicere man⁹ fuiſſe deluſas. Hec Leo papa.

L Utrū chr̄s vulnera illa ſua retinuerit i reſurrectione ꝓfundata.

L Tertia q̄ſtio. Utrū chr̄s vulnera illa ſua retinuerit in reſurrectione ꝓfundata: vel ſolū plana cum nota coloris alicui⁹ prout apparet in cicatrice vulneꝝ ſanatoꝝ. Reſpondetur ſm docto. p̄cipue Thomā de aquino vbi ſupra. ⁊ cōcor. Fran. may. ⁊ plures alios. ꝙ retinuit chr̄s vulnera hec ꝓfundata: ⁊ cū q̄dam ſolutione continuitatis. Illa tamē aptura remanet in chr̄o ſine dolore. quia hoc ꝑtinet ad dotem ip̄aſſibilitatis: ⁊ cū maximo ſtat decore glorie: quia illa vulnera ſūt q̄dam virtutis inſignia: ⁊ in ip̄is q̄dam ineffabilis gl̄ie celeſtꝭ decor appet. vt. xxij. de ciuita. dei declarat Auguſti. Nec ꝑpter illam ſolutionē cōtinuitatis in vulneribus chr̄i corpus chr̄i factū eſt minus integrū: ſed mag̃ ꝑfectū. quia totū hoc recōpenſatur per maiorē gl̄ie decorē. Qꝫ aūt illa q̄nꝗ vulnera in chr̄i corpe glioſo remaneāt ꝓfundata cum aptura: ꝓbatur p̄mo ex autoritate euāgelica. quia chr̄s dicit ſic. Infer. i. intus fer digitū tuū. nō ait affer. Et quia dixit. Mitte manū tuam in latus: non ad latus. que ſingula ꝓfundationē ſonant. Et his etiam v̄ba Thome concorditer ſonant dicētis. Mittā digitū meū in loca clauoꝝ: ⁊ manū meā in latus eius. Scd̄o ꝓbatur ex rōne theologica. Nam q̄ro. Uel Thomas hoc chr̄i p̄ceptum ip̄leuerit ope: vt ſcʒ miſerit digitū in locum clauoꝝ: ⁊ man⁹ in latus eius ad chr̄i iuſſum ſic p̄cipiētis. Infer inq̄t digitū tuū huc ⁊c. Uel nō fecit hoc? Si dicas ꝙ nō. ḡ inobediēs extitit. ⁊ ꝑ cōſequēs abiici demeruit a chr̄o q̄ in fide ⁊ gr̄a cōfirmari: q: inobediētia eſt pctm̄ mortale. Si dicas ꝙ ope hoc impleuit. habetur ꝓpoſitū. q: chr̄s ꝓfunda ⁊ apta vulnera poſt reſurrectionē habuit: vt inferri digitus ⁊ man⁹ Thome valuerit. Sed forte dicas ꝙ chr̄s nō dixit hoc ad iſtū ſenſum: ſed tm̄modo vt planiciē cicatricū cōtrectet. Contra hoc eſt intētio ſacre ſcp̄ture ⁊ chr̄i. quia ſic fides catholica de reſurrectiōe chr̄i non foret tam certa ex tali tactu vel cōfirmata: eo ꝙ poſſet dici ꝙ man⁹ Thome fuerint deluſe ex ſupficiali tali tactu: q̄d eſt cōtra v̄bum Leonis vbi ſupra.

Naturalis rō.

Tertio ꝓbatur rōne ph̄ica. quia ſicut deus ⁊ natura nil faciunt fruſtra. ſ. celi. ita nil cōuenit deo dicere fruſtra: cum deus ſit v̄itas ſūma: ⁊ eius dicere practicū eſt facere. Sed vt ait ph̄s. ij. phyſicoꝝ. Fruſtra ⁊ vanū illud quod non attingit ad finē ad quē ordinatur. Unde ſicut fruſtra eſt calciatio cui⁹ non eſt calciamentū. ſ. celi. ita in ꝓpoſito. Aſſi fruſtra quis diceret. Infer. ſ. digitū tuū in lapidem hūc vel lignū: q̄d tn̄ eſſet ip̄enetrabile. Si ergo Thome digit⁹ vel man⁹ in illa vulnera inferri vel imitti nō potuerīt: fruſtra dictū eſt illd̄. imo illd̄ dicēdo q̄d noluit: quia aliter fuit. ſequitur duplicitas in chr̄i v̄bo quod eſt ip̄oſſibile. q̄a extra de cele. miſ. In q̄dam. dicitur ꝙ chr̄s eſt v̄itas a q̄ om̄is fallacia penit⁹ eſt aliena. Unde ſequitur ꝙ ſicut ip̄emet chriſtus dixit. Mitte inq̄t manū in latus: et digitū infer in loca clauoꝝ. ita realiter fieri potuit tanq̄ in vulnus ꝓfundatū ⁊ apturā habēs. O itaꝗ chariſſimi agam⁹ gratias im̄enſas deo noſtro chr̄o ieſu benedicto: qui ꝓ noſtro amore vulnera ſuſcepta voluit retinere ꝑpetuo in corpe ſuo glioſo ad interpellandū pro nobis apud patrem: ⁊ ad ꝑpetuo letificandū nos in celo ex illoꝝ vulnerū gl̄ia ⁊ decore atꝗ ex hoc demōſtrato amore. M

M ℂ Circa tertiū p̄ncipale de deuotiōe fidei accipe hāc cōcluſionē: ꝙ ſcʒ conandū eſt cuilibet chr̄iano fideli fidem ⁊ charitatē beati Thome ap̄li erga chr̄m ieſuʒ interne deuotionis affectu ſectari. quia ſm Auguſtinuʒ. idcirco nobis ſanctoꝝ vita ꝓponitur vt imitemur. ſ. eoꝝ exēpla ſanctitatꝭ. Sed hoc qualiter? Reſpondetur ꝙ debemus exemplo Thome hoc p̄cipue tripliciter.

ℂ Primo aſpiciendo.
ℂ Secundo contingendo
ℂ Tertio confitendo

Fidei deuotio. Paſſionem chr̄i aſpiciendo.

ℂ Primo inquā aſpiciendo. ſ. chr̄i vulnera ⁊ paſſionē: vt ſicut Thomas vidit cum ceteris diſcipulis vulnera paſſiōis chr̄i oculis corpalibus: ⁊ iugiter habuit in oculis mentalibus. ita nos qui corpaliter chr̄m crucifixuʒ non vidimus freq̄ter aſpiciamus: ſaltem oculis mentalibus recordādo de eius paſſiōe: vt ei gr̄as agamus de tanto bn̄ficio redēptionis. Nam ꝑpter hoc in eccl̄ia ponitur ante oculos noſtros imago crucifixi. Hinc Ber. in medi. dicit. O homo reſpice mentali oculo quāto remunerationis debito dn̄o aſtringaris. reſpice ſudoreʒ ſanguineū. alaparū cōtumeliā. flagelloꝝ cōcidentiam. coronā ſpineā. lugētes oculos. ora pallentia. aceti poculū. mortis ſuppliciū. Et ita pꝫ amor cordis ⁊ corpis Et quāto te ingratū de his video: tanto magis doleo. Hec Berū. Et ſic patꝫ ꝓpoſitum. Secūdo debem⁹ ſectari thome deuotionē in chr̄m cōtingēdo. Sic ei chr̄s dn̄s tam charo amore dilexit Thomā et ceteros diſcipulos: vt ſe illis non ſolum ad videndū: ſed inſup ad cōtrectandum et conueſcendū prebuerit. ita etiam nunc tam chare diligit oēs chr̄ianos bonos ꝙ ſemetip̄ꝫ exhibet eis: ⁊ ſi non viſibiliter: tn̄ vere ſacralr ad videndū: tangendū: guſtandū q̄ꝗ in eucariſtia: ⁊ ad cōmanēdū in aīa per gr̄am. Debem⁹ ḡ chr̄m ſic freq̄nter cōtingere per amorē ⁊ ſacralem deguſtatōeʒ: ⁊ in ore ꝑ cōtrectationē. Precipue aūt debem⁹ chr̄m ſacralr ſuſcipere pro his diebus ꝓxime natiuitatis chr̄i: vt ſp̄ealem gr̄am ꝓmereamur ⁊ ī charitate accēdamur.

N Queſtio.

N Si petas Nunq̄d hō tenetur his dieb⁹ cōicare ꝓfeſto natiuitatꝭ dn̄i. Reſpondetur ꝙ q̄uis nō tenetur q̄s ex p̄cepto: tn̄ valde durus eſt qui nil vult plus facere q̄ q̄d optet. Deuotio ḡ ſc̄te fidei ad inflāmandū dei amorē ⁊ gr̄am augendā id expoſtulat: vt ad tā. ſ. celebre feſtū natiuitatꝭ cōicando te deuoti⁹ p̄pares.

Cōfitendo.

Tertio debem⁹ ſectari fidei deuotionem exemplo Thome cōfitendo. ⁊ hoc corde credēdo ꝑfecte: ⁊ ore ꝓfitendo: Nam corde creditur ad iuſticiā ore autē confeſſio fit ad ſalutem. Roma. x. Unde Tho. cum chr̄m videns tetigiſſet: confeſſus eſt corde ⁊ ore dicens. Dominus meus ⁊ deus me. Et inſup cōfiteri debemus etiam ope per imitationē vſꝗ ad morteʒ. Nam dicit ſaluator Lu. xij. Ne terreami ab hoibus qui occidunt corpus ⁊c. Dico aūt vobis. quicūꝗ ꝯfeſſus fuerit me co. ⁊c. Sic fecit btūs Thomas qui mori voluit pro fide chr̄i: ⁊ p̄dicatione nomīs eius ꝑut claruit ex legēda. O igitur chr̄iane diſce chr̄m imitari vſꝗ ad mortē reſiſtēdo pctis. Ama o aīa chr̄m deū tuū q̄ te ſanguīe abluit: ſua captiuitate abſoluit: ſuis vulnerib⁹ ſanauit: ſua morte viuificauit: ⁊ ſua reſurrectiōe te gl̄ificare repromiſit: atꝗ aſcēſione ſua tibi celū apuit: vt cum eo regnare valeas ſine fine Amen.

ℂ Pro s. Thoma ap̄lo ſer. iij. ſ. de eius triplici ſtatu.

A

Quia vidiſti me thoma credidiſti: bti q̄ nō viderūt ⁊ credi. Jo. xx. A Uerba ſūt ſaluatoꝝ nr̄i ieſu chr̄i: quibus inſinuat maximā ſuā gr̄am tam quo ad Thomā ap̄lm: q̄ quo ad oēs fideles. Quo ad Thomā in hoc ꝙ ip̄m incredulū ad fidem veram ſibi apparendo viſibiliter induxit. Quia vt dicit Iſidorus in libro de Uita et obitu ſanctorum.

Thomas (inquit) discipulus christi audiendo incredulus: videndo fidelis fuit. Item quo ad oms fideles chrūs maximā grām ostendit: cum illos omēs beatos ex fidei veritate ꝛ vtilitate testatur dicens. Beati qui non viderunt ꝛ crediderūt. ꝛc. quoniā hec vba chrūs dixit Thome. Idcirco ad eius honorē merito accipiuntur. In quibus verbis triplex status bti Thome apostoli pro nostra edificatione exprimitur.

¶ Primo status dubitationis in quo cecidit.

¶ Secūdo status cōfirmationis in quo credidit.

¶ Tertio status btificationis: ad quā p fidem chri ¶ Primū horū notatur in verbis pmissis: cum (peruenit. dicitur. Quia vidisti me Thoma: quod interptatur a thomos in greco: qđ est diuisio in latino: qꝛ a ceteris discipulis de fide resurrectionis fuit diuisus. Unde ꝛ Thomas vocatus est didymus grece: quod est dubius latine: ꝭm qđ dicit Catholicon. Scđm quoqꝫ: scꝫ status cōfirmationis in fide notatur: cum subditur. Credidisti.

Tertiū autē: cum subiectitur. Beati qui nō viderūt ꝛ crediderūt. In hoc em̄ btitudo vera pmittitur omībus in chrm credentibus. B

B ¶ Circa primū de casu dubietatis Thome: cum ipse fuerit electus ad celestem glīam discipulus. Queritur ergo cur misericordissimus deus pmittit plerūqꝫ suos electos cadere a dei grā in peccata dānabilia: ꝛ quandoqꝫ apostatare a fide chrīana. sicut videmus in multis. Et hoc etiaꝫ patꝫ de apostolis: qui omēs scandalū passi sunt in nocte passionis: dicente christo Marc. xiiij. ꝛ pcipue claret in sancto aplō Thoma. Ad qđ respondetur p cōclusionē talem: ꝙ vicꝫ iustissima rōne diuini iudicii permittuntur cadere plerūqꝫ dei electi. Nam dicit ps. Iustus dns in omībus iudicijs suis: ꝛ sanctus in oībus opibus suis. Quāuis aūt a priori rōnes diuini iudicii sint nobis occulte. quia iudicia dei abyssus multa dicente ps. Tamē a posteriori cognitione possumus assignare huius rōnes pcipue quadruplices.

Cur deus pmittit electos suos cadere a sua grā in pctā aliqñ dānabilia.

¶ Primo ex parte dei benedicti

¶ Secundo ex parte cadentis electi.

¶ Tertio ex parte sancti collegij.

¶ Quarto ex parte humani documenti.

Ex pte dei

¶ Primo ad id est ratio ex parte dei benedicti. qꝛ deus hoc nō nisi iustissime pmittit: pptēr hoc vt cōsequēter demonstret suam imensam misciam et pmissionis sue veritatē: quando tales reuocando a peccatis magnis ꝛ misericorditer subleuādo: tandeꝫ dat eis gloriā pmissam penitētibus. Unde sctūs Dauid cum grauissime peccando cecidisset in adulteriū cum Bersabee: et homicidiū Urie a ppheta Nathan dei missione correptus recognouit pctm̄ suum. et sic orauit. Miserere mei deus ꝭm magnā misciam tuam. Et ꝭm multitudinē miserationū tuaꝝ dele iniqtatem meā. Amplius laua me ab iniqtate mea: ꝛ a pctō meo munda me. Tibi soli peccaui ꝛ malū corā te feci. ꝛc. Sequitur. vt iustificerꝭ in sermonibus tuis. ꝭm Lyrā exponitur sic. i. vt pmissio tua impleatur prout decet tuā veritateꝫ. Et vincas: scꝫ malos: cū iudicaueris. hoc est faciēdo cōtrariū illius qđ de te a malis iudicatur: dicētibus ꝙ non ipleres pmissum tuū. Hec ꝭm sententiā Lyre: ꝛ concorditer doctoꝝ. Ideoqꝫ ad ppositū loquēdo de btō Thoma dicit Grego. in homelia sic. Quid frēs charissimi: quid inter hec animaduertitis: nunqd casu gestū creditis? vt electus ille discipulus tunc deesset: ꝛ audiens dubitaret: et dubitās palparet: ꝛ palpans crederet. non hoc casu: sed diuina dispensatiōe actū est. Egit nanqꝫ miro modo supna clementia: vt discipulus dubitās dn̄ in magistro vulnera palparet carnis: in nobis vulnera sanaret infidelitatꝭ Hec Grego. Et ad pmissoꝝ cōfirmationē facit qđ Augusti. in Ench. ponit pro regula generali: ꝙ vicꝫ deus bonus adeo est pijssimus ꝙ nedū aliquē hoīm: sed nec angelū cadere pmisisset: nullūqꝫ malū in mundo pmitteret: nisi aliqd melius inde elicere prenouisset. C

C Ex pte cadētis electi.

¶ Scđa rō ex pte cadētis electi: qꝛ. s. deus nouit expedire sepius illi hoī ad ꝓtutū augmentū: vt vicꝫ iterdū cadat: ꝛ post a casu resurgat. Cū em̄ diligētibus deum oīa cooperantur in bonū. Romanꝭ. viij. sequitur ꝙ etiam casus hoīs iusti in bonū illi cedat dum resurgit. Si qras quid boni cōfert casus vel lapsus pcti ipi iusto homi? Respondetur ꝭm dictamina doctoꝝ. Primo cōfert maioris feruoris acquisitionē: eo ꝙ tales resurgunt postea feruētiores. sicut viatores qui vident suos socios longius pcessisse velocius currūt vt ad illos pueniāt. Ideo Ambro. in hom. quadā dicit. Sancti dei si aliqñ cadūt: alacriores resurgūt. Itē dist. l. c. Fidelior. dicit sic. Fidelior factus est Petrus postqꝫ fidem se pdidisse defleuit: atqꝫ ideo maiorē grām repperit qꝫ amisit. Hec Ambro. Secūdo cōfert maiorē humiliationē. quia forte talis de se psumebat. Ioā. j. Cor. x. Qui se existimat stare videat ne cadat. Unde Augu. li. de ciuita. dei dicit. Audeo dicere supbis esse vtile cadere in aliqđ manifestum pctm̄ vnde sibi displiceāt: qui iam sibi placēdo ceciderūt. Salubrius em̄ Petrus sibi displicuit qñ fleuit qꝫ placuit qñ psumpsit. Nam spūalia vicia in qbusdam non curantur que latēt: nisi qñqꝫ in carnale viciū labantur Exemplū. Sicut in veste macula aliqua non curatur deponi: nisi ī lutū mersa postmodū totalr abluatur. Tertio cōfert cautiorē sui circūspectionē ꝛ custodiā: atqꝫ erga alios cōpassionem. In pctōre em̄ tria sunt: scꝫ pctm̄ qđ odire debemus natura quā diligere debemus: ꝛ pena vel pene reatus cui compati debemus. Un̄ fit ex hoc ꝙ aliqs cadit vt postea alijs pctōribus magis cōpatiatur ꝛ ipe cautius incedat. Ecci. xxxiiij. Qui non est tētatus qualia scit: ꝛ qui non est exptus pauca recognouit. D

Exm̄ nāle. *compassionem.*

¶ Tertia ratio ex pte sancti collegij. Sic em̄ ordinauit deus. vt ait Grego. ꝙ a pncipio mūdi semp mali cū bonis mixti fuerunt. vt in domo Ade Cain malus cum abel bono. In domo Noe Chā malus cū Sem ꝛ Japhet bonis. In domo Abrae Ismael malus: ꝛ Isaac bonus. Et ī domo Isaac Esau malus cū Jacob bono. Et ī domo israel. i. Jacob Joseph bonus cū alijs malis. Sic et in collegio christi Judas malus cum aplis. Sic etiam in omī cōgregatione. Unde Augu. dicit de sua cōgregatione. Nolo reputari domū meaꝫ his ꝛ christi scholā meliorem. Idem quoqꝫ. xxiij. q. iiij. Quātus. dicit: ꝙ sicut zizaniā a frumēto difficile est segregare: ita in hac vita malos a bonis. Ad ppositū. Deus ergo voluit a pncipio vt cōgregatio seu collegiū sanctorū habeat excusationem: vt ppter aliquoꝝ casum vel scandalū nullus detrahere possit collegio vel religioni: cōsiderādo ꝙ etiā in schola christi ꝛ in quacūqꝫ religione sunt qdam q cadunt ꝛ nunqꝫ resurgunt. vt Judas. ꝛ nihilominus plures sunt qui ꝛ si cadunt tamē resurgunt. vt Thomas ꝛ alij discipuli chri tempe passionis. Et insup sunt qui stant: ꝛ nunqꝫ cadunt: sed remanent in bono. vt btā ꝟgo Maria: que etiam tempe passionis chri nō cecidit. ꝛ Jacobus minor ꝛ Joseph iustus. de quibus putatur ꝭm historias ꝙ non ceciderint saltem ad plenū in foro cōsciētie: quod pbatur ex voto facto per Jacobū qui vouit se non comesturū nisi chrūm videret in resurrectione. vt dicit Hiero. Uoluit ergo deus ꝙ Thomas et alij caderent in suo collegio qtenus homines in collegio cadentes non possint crimen inferre religioni sanctoꝝ: vbi plurimi sunt qui possunt qñqꝫ cadere ꝛ stare: vel resurgere ꝭm dei grām quā vario modo dignatur imptiri suis. E

D Ex pte scti collegij.

E Ex pte hūani documēti.

¶ Quarta ratio ex pte humani documēti: quia deus pmittit qñqꝫ aliquos etiaꝫ de magnis sanctis cadere ꝛ resurgere: vt alii cōmuniter doceantur. sicut patꝫ de apostolis (Thoma psertim) qui dubitando fidem pro nobis confirmauerūt dum tam sollicita inqsitione in chri resurrectiōe vulnera palpādo examinauerūt: ꝭm Gregoriū ꝛ Leonē. Et vt cōmunitur hoīes docerentur cōsolari q in fide tētantur: eo ꝙ etiā colūne celi. i. apli trepidauerūt qui colūne erāt totius ecclie: ꝛ deū exorent p fidei sue ꝯfortatiōe di. illō Mar. ix. Credo dn̄e adiuua icredulitatē meā. Et oēs de pctis ꝯuersi veniā spent q tales ꝛ tātos cecidisse ꝛ resurrexisse vidēt. vn̄ Bersi sup Cā. dt. Dino ppt māsuetudinē q̄ in te pdicatur currimus post te dn̄e iesu: audiētes ꝙ nō spnas paupeꝫ penitētē nō horreas pctōrē: nō horruisti latronē ꝯfitentē: nō lachrymantē peccatricē: nō chananeā supplicātē: nō mulierē in adulterio dephēsaꝫ: nō publicanū: nō negantē di

scipulū: non psecutorē discipulorꝝ tuorꝝ: deniqꝫ nō ipos crucifixores tuos. Hec Bern. Et sic patꝫ pmū. F

F Fundamentum fidei catholice.

¶ Quo ad scōm pncipale de statu. scꝫ credulitatis Thome apli accipe cōclusionē: ꝙ vicꝫ quilibet hō religionis chriane omi relicto errore debet firmari in catholica fide exemplo btī Thome. Huius ratio accipit ex hoc ꝙ chrs dns voluit ꝓpter nram cōfirmationē sue diuinitatis ꝛ ꝟitatis fidem cōfirmare ꝑ beati Thome hesitationē aliorūqꝫ discipulorꝝ titubationē mltiplicit scꝫ per oēs sensus. Primo ꝑ auditū quo ondit se viuū ꝑ allocutōis vocē que nota erat Thome ꝛ discipłis. Secūdo per visum. qꝛ ostēdit eis man⁹ ꝛ latus: ꝛ dixit thome. Uide manus meas ꝛc. Tertio per tactū: cum dixit. Mitte man⁹ tuas in latus meū: ꝛ infer digitū tuū in locum clauorꝝ. ꝛc. Quarto ꝑ gustū. qꝛ mādncauit cū eis. Luc. vlt. Quinto ꝑ odoratū. qꝛ insufflauit in eos. Joā. xx. Flatus aūt iste nō nisi cum multo odore suauissimo credit receptus. qꝛ ꝟm docto. sup. iiij. precipue Scot. ꝛ Richar. dist. xlix. ex corpibus głiosis redūdabit etiā in celo odor suauissim⁹ qui diffundi habet ꝑ totū celum empyreū vbi habitāt scti. iuxta illud Apoc. v. de sctis scriptū. Habebāt inqt phialas plenas odoramentorū: id est corpa sanctorꝝ odorifera. Corpus autē chrī erat in resurrectione głiosum. ergo suauissimo odore plenū Quē odorē mox cum Thomas vulnera chrī tangēdo maximā dulcedinē sentiēs cōtinere se nō potuit: sed exclamauit in ardore cordis dicēs. Dns meus ꝛ deus meus. Sanfredus Carnoteñ. epus: Quid mirū si mira deuotione. s. repletus. Thomas mox exclamauit. Dominus meus ꝛ deus me⁹. Nō eñ erat tam qͦ de diuitate illi⁹: qͦ de ꝟitate resurrectiōis aliqͣten⁹ hesitaret: quē non arcerēt claustra nec laterēt secreta: imo quē manifesta edocerēt sentimēta. Sed hec oia qͣre voluit christus dns facere discipłis? Utiqꝫ nō nisi vt fortissimū testimoniū fidei ꝑ eos haberem⁹: ꝛ oīs dubietas tolleretur e medio. sic testat Greg. in homel. vt merito dicere possent apli illud. j. Joā. j. Qͦ fuit ab initio: qͦ audiuimus: qͦ vidimus oculis nostris: quod perspeximus: ꝛ manus nostre contrectauerūt de ꝟbo vite: ꝛ vidimus ꝛ testamur ꝛ annūciamus vobis vitam eternā. G

G Sed huius gra querit. quō quis sic possit se pmunire: vt errores cauere: ꝛ in via salutis rectissime incedere valeat. Responsio. Ad id valent pcipue qͣttuor.

Premunitio ab erranea vita.

¶ Primū sollicita circūspectio.
¶ Secundū periculorꝝ declinatio.
¶ Tertiū sacre scripture adhesio.
¶ Quartū humilis deprecatio.

Primū sollicita circūspectio.

¶ Primū est sollicita circūspectio. Sicut eñ qͥ in via itinerꝫ sollicite habet circūspicere ne erret: clausis autem ocłis volens ambulare ipingit ꝛ in pcipitiū vadit. Sic in via spūali qui absqꝫ vite sue cōsideratiōe ꝛ sollicita circūspectiōe vadunt: oberrabūt tanqꝫ ceci. Juxta illud Sopho. j. Ambulauerūt vt ceci: qꝛ dño peccauerunt. Et ps. Errauerūt in solitudie: viā citatis habitaculi nō inuenerūt. Hinc Augu. xxxviij. dist. Quāuis. dicit. Errare quāta possumus cura cauendū est: non solum in maioribus: verūetiam in minorib⁹ rebus: nec nisi rerum ignorātia pōt errari. Unde claret ꝙ hi qui nil circa suam animā cōsiderant: nec pdicatiōes ꝛ documēta salutaria frequētant: imo ignorare salubria volunt: in maximo picula erroris sunt ꝛ dānatiōis. quia vt ea. dist. xxxviij. Ignorātia: Est inquit ignorātia mater cūctorꝝ errorū maxime euitanda. Unde legit in vitaspa. ꝙ qdam sctūs pater dixit. Sic ait bruto animali solent oculos velare vt assuescat molere. sic diabolus primo oīm festinat oculos hoīs mentales a sui circūspectiōe obcecare: ne viam salutis videat: vt sic illum in damnationis viam inducat. H Scōm est periculorum

H Periculorꝝ declinatio

declinatio. Sicut eñ homies qui in via ambulant periculosissima latronū insidiarꝝ: fouearꝝ: ꝛ quorūcunqꝫ laqueorꝫ: si nō semel saltē aliqñ incidūt. Juxta illd Eccli iij. Qui amat periculū peribit in illo. Ita per cōtrariū qui declināt piculosā viā tuti liberāt. Sicꝫ in spiritualibus sunt qdam: imo multi qui eligunt sibi tendere ad vitam eternā per vias periculosas: que sunt vita mundana ꝛ carnalis que solet in heresim trahere. De talibus autē Hieroñ. in testamē. dicit. Impossibile est inquit vt quis psentibus ꝛ futuris perfruat delitiis. vt ꝛ hic sit in honore primus: ꝛ in futuro gloriosus. vt ꝛ hic ventrē impleat: ꝛ illic mentē. Unde patꝫ. ꝙ qui vult rectissime in via salutis incedere: ꝛ ad beatitudinē illam celestis patrie tute peruenire: debet declinare pericula mundane ꝛ carnalis cōcupiscentie ac heretice societatis: cuius est relaxare homies ad talia delectabilia: ꝛ per hec ad errores trahere. Nam in Uitaspatrū quidam senex dixit. Tria sunt inquit que diabolus ante omnē tentationis casum et precipitiū pmittit. scꝫ obliuio sui vel inaduertētia: negligentia: ꝛ cōcupiscentia. Ad id etiam faciunt philosophica dicta. Quidā enim philosophus querit. Cur non oēs hoīes redeant ad beatitudinē: cum oēs ad illā creati sint: ꝛ oēs illam desiderent. quia vt dicit Boet. libro. iij. de cōsola. philosophie. Oīs ait cura mortaliū diuerso qdem calle procedit: sed ad vnū finē btitudinis nititur peruenire. Mētibus nempe hoim veri boni naturalit inserta est cupiditas. Hec Boet. Et idē ad id philosophus respōdet. ꝙ hoc est idcirco. quia caligāte oculo mentis: ista sensibilia videns appetit tanqꝫ summū bonū extimans Et ponit exemplū dicens. ꝙ sicut homo sobrius exiens suā ciuitatē vel domū: si tandē in via inebriat⁹ fuerit: is in via vmbras fore hoies extimat: ꝛ viā qͣ reuertit domū ignorat. Sic aīa humana qͣuis ad beatitudinē a dō per creationē exierit: tamē in via huius mūdi inebriata amore seculi ꝛ carnaliū voluptatū reuerti ad supernā nescit beatitudinē ꝛ tanqꝫ inuiscata coheret. J

Tria premittit diabolus ante tētationis casum

J Sacre scripture adhesio.

¶ Tertiū est sacre scpture adhesio. Sicut eñ qui in tenebrꝫ hꝫ ābulare: in via necesse hꝫ sibi lucernā habere. sic homo in via tenebrosa ignorātie necesse habet: si non vult errare vt ꝟba dei diligenter audiat: vt sacre scpture firmiter adhereat: qua mediante vere salutis in via dirigat: ꝛ quid credere: quid facere vel dimittere aut cauere debeat instruat. Hinc Ps. Lucerna pedibus meis verbū tuū dñe: ꝛ lumen semitis meis. Proinde dist. xxxviij. Sicut stellas. scribit: ꝙ sicut stellas celi non extinguit nox. sic mentes fideliū inherētes firmamento sacre scripture non obstruit iniqtas mundana. ꝛ ca. sequēti scribitur. ꝙ scripturarꝫ ignorātia: christi est ignorātia ꝟm Hier. in Esa. ꝛ ꝟm glo. ibi. hoc intelligitur de ignorātia que cōtemnit discere. De quibus ibidem ca. Qui ea. dicit Grego. ꝙ si stultus est in culpa: sapiens erit in pena. ¶ Quartū est humilis deprecatio: vt scꝫ deus ostēdat ipi homini salutis necessaria: ꝛ illuminet ac cōseruet in vera christi fide. Jaco. j. Si quis indiget sapiētia: poscat a deo qui dat omībus affluenter. Nam ꝛ qui viam materialē nesciūt ab aliis inquirunt ꝛ demonstrari petunt. Ad ꝓpositū btūs Thomas postqꝫ errauerat a fide: tandē cōformatus in chro tam fortis in ipa fide extitit: vt nunqꝫ titubauerit de cetero: quia illūinatus solicite se custodiuit: pericula qꝫ declinauit: sacreqꝫ scpture ꝛ chrī fidei adhesit tam fortissime ꝙ pro ipa tormēta ꝛ mortem sustinuit: vt ptꝫ in legenda. O itaqꝫ tu homūcio qui tētationē pateris cōtra fidem: vel te seductū vides per aliquē errorem: stude quātotius te ad veritatē cōuertere ꝛ cōfortari. K

Humilis deprecatio

K Ex sola fide chrī btī reputandi.

¶ Quo ad tertiū de vera beatitudie fidelitatis: scꝫ in chro questio occurrit talis. Unde est ꝙ oēs chriani ex sola fide christi merito reputēt beati iuxta dictū saluatoris. Beati inquit qui non viderūt ꝛ crediderūt Respondet per conclusionē: ꝙ dignissimū est: vt oēs ꝛ singule aīe chriane pro chrī iesu fide dicant vere btē Et hoc quadruplici precipua ratione Primo ex fonte vere beatitudis. quia fons vere ꝛ celestis beatitudis christus deus in suis fidelibus vere per grām inhabitat. Juxta illud apostoli Ephe. iij. Habitare chrm per fidē in cordib⁹ vestris. Uere ergo btūs reputat qui beatitudinis fontem in se habet manentē. ¶ Secūdo ex pignore vere beatitudis: quod est sacramentū eucharistie: in quo chrus verus deus continet realiter ꝛ corporaliter. Unde canit eccłia. O sacrū cōuiuiū in qͦ chrs sumit: recolitur memoria passionis eius: mēs iplet gra

Ex fonte btītudinis.

Ex pignore btitudinis.

⁊ future glie nobis pign⁹ dat. Sʒ dato ꝙ aliqs sit pau
primus actu: ita ꝙ nō habeat etiā vnicū obolū: si tamē
apud se habeat depositū pign⁹ in valore mille milionū
aureoꝝ indubitanter prefixo termino sibi exoluendoꝝ
nihilomin⁹ ditissimus ⁊ felix reputat. Sic chri iesu fide
les q̄uis sint rebus paupes: hn̄t tn̄ pignus felicissime
⁊ veracissime btitudinis in eucharistia: in q̄ vitā eternaz
accipiūt indubitant. Jo. vj. Qui mā. me. car. et bi. me.
san. ha. vi. et. ⁊ ego. resu. eū in no. die. dt chr̄s. O igit
charissimi in his sacris diebus ꝑ festo dn̄ice natitatis
accedā⁹ ꝑparati vt accipiā⁹ h̄ tā saluificū: tā felicissimū
btitudinis etne pignus. i. chr̄m in eucharistia: vt beati
ores apud deū sim⁹. O deuote anie cur negligitis: cur
torpetis: expgiscimi vt tantū bonū glīosissimū ⁊ ditissi-
Ex acqsitiōe btitudinis. mū hēatis. Tertio ex acqsitiōe vere btitudis. qꝛ ha
btitudo celest³ que in p̄senti spe possidet: ista nō habet
nec pōt acqri nisi ꝑ merita fidi formate. Heb. xj. Sine
fide īpossibile est placere deo. ⁊ Mar. vl. Qui credi. ⁊
ba. fue. sal. erit. Ergo verus chr̄ianus est btūs q̄ plus
meret cū credit nō vidēs q̄ȝ videns. eo ꝙ vt ait Greg.
Fides nō habʒ meritū cui hūana rō p̄bet expimentū.
Et sic talis dicit vere btūs ꝑ btitudinis meritū. Quar
to ex ꝓmissiōe vere btitudinis quā indubitant fideles
veri in chr̄o pseuerātes post mortē ꝯsequent infallibi-
liter. qꝛ ꝓmissio dei est oīno infallibilis: cum sit sūma ⁊
ꝑma ꝟitas q̄ nec fallere nec falli pōt. vt ait Ans. Hinc
Hiero. ad rusticū monachū dt. Nil est chr̄iano felici⁹:
cui ꝓmittunt regna celoꝝ. O igit chr̄iana aīa cōsola
re: ⁊ da grās deo pro eo ꝙ es ad chr̄i fidem vocata. O
vere btā: imo non simplr: sed quater btā fidelis in chr̄o
aīa. vt patuit. Gaude ⁊ letare ꝑ tanta felicitate cōse-
quēda. Si aūt o misera peccatrix aīa deū in multis of-
fendeñ. pdidisti tot ⁊ tante btitudinis dona: recogīce
⁊ age p̄niam: vt reddat hec btitudo sempitna. Amen.

¶ De sancti Thome priuilegijs ⁊ fide sectando.
Sermo quartus in ordine.

Erant discipuli intus: ⁊ Thomas cū eis: venit
iesus ianuis clausis. ⁊c. Hec ꝟba scribūt Jo.
xxi. ⁊ recitant in hodier. euāg. ad honorē sc̄ti
A Thome apl̄i. A In p̄senti nempe euāge.
recolit aduētus chr̄i ad discipl̄os vna cū Thoma exi-
stentes post resurrectionē. In tpe aūt p̄senti recolit ec
clesia aduentū chr̄i ad nos ꝑ incarnationē ⁊ ꝑ grē infu
sionē. Vn̄ ⁊ in matutinali officio hodierno canit eccl̄ia
Nolite timere. qnta eñ die veniet ad nos chr̄s de⁹ nr̄.
Et hoc idcirco: vt ad festū ꝓximū natitatis dn̄ice nos
habilitare ⁊ ꝑparare debeam⁹: qtūs chr̄m in nos veni
entem: ⁊ in nr̄a mente per grē inspirationē nascentē di
gne suscipiam⁹. Idcirco Amb. in ser. j. de aduētu dicit.
Ideo sc̄ti p̄res dn̄i celebrare ceperūt aduentū: ⁊ ꝑmo-
nes de his diebus ad ppl̄m fecerūt: vt se vnusqsq fide
lis ꝑparet: emēdet vt digni dei ac dn̄i sui natiuitatē va
leat celebrare. Et in ser. ij. dicit. Optet ergo nos esse
sc̄titate puros: mūdos pudicicia: nitidos honestate: vt
quo diē festū aduenire ꝓpinquus cernim⁹ accurati⁹ in-
cedamus. Si eñ mulierc̄le solēt aliqs ferias susceptu
re maculas vestiū suaꝝ aq̄ diluere: cur nō magis nos
excepturi natalē dn̄i maclas aiaꝝ nr̄aꝝ fletibus ablu
amus. Hec ⁊ pl̄a Amb. ibidē. Itaqꝫ de h̄ b. Thom. ⁊ di
scipuli in p̄missis ꝟbis cōmendant: ꝙ. s. cū essent intus:
venit ad eos dn̄s iesus. vt patuit. In q̄bus quidē ⁊ se-
quētibus ꝟbis euāgelij ipe apl̄s Tho. p̄cipue triplicit
cōmendat ⁊ in exemplū nobis ꝓponit.

¶ Primo de sc̄tē fidei adhesiōe: qꝛ erat cū discipl̄is in
¶ Scd̄o de speciali significatōe: (fide solidand⁹.
quia Thome christus specialiter apparuit.
¶ Tertio de diuinali visitatiōe: cū dt. Venit ie. ⁊c. B

B Circa p̄mū de sc̄tē fidei chr̄i. s. adhesione accipiam⁹
hāc cōclusionē: ꝙ sicut apl̄m Thomā: sic ⁊ quālibet ani
mam nō nisi per fidem catholicā deus habet acceptā:
⁊ btitudine dignā. Hec cōclusio manifesta est ꝑ autori
tatē apl̄i Heb. xi. Sine fide inqt impossibile est quenq̄ȝ
placere deo. Credere eñ oportet accedentē ad deū.
quia est: ⁊ inquirētibus se remunerator sit C Sed
C hic occurrit q̄stio: qualis debeat esse fides hoīs chr̄ia-
ni: vt scʒ deo acceptā ⁊ beatitudine eterna dignā effici Quatuor cōditiōes fidei hoīs chr̄iani
at animā. Nam non q̄libet fides facit btm̄: ⁊ ideo gratū
q̄uis etiā Cygani se per suam fidem meliores iudicēt:
⁊ dicere solent. Preter fidem inquiūt cyganicā non est
melior q̄ȝ hūgarica vel romana. Sed ad id respondet:
ꝙ ad hoc vt fides chr̄iana sit saluifica: ⁊ vt deo gratum
ac beatū efficiat. ꝑm illud dictū saluatoris ad Thomā
factū. Beati inquit qui non viderūt ⁊ crediderūt: req-
runt conditiōes p̄cipue quatuor. ¶ Prima cōditio: vt
sit veritati diuine innixa: scʒ ꝑm rectitudinē sacre scri- Prima cōditio ꝟitati diuine innixa.
pture: qd̄ est cōtra fidem hereticoꝝ: ⁊ hoc ita ꝙ non re
quirat miracula vel alia experimēta: nec rationē hūa-
ne capacitatis vel intellectiōis: sed mere ex charitate
dei credat ꝑm sacrā scripturā ipi deo sic reuelanti. Vn̄
Matth. xvj. Btūs es Simon bariona: quia caro ⁊ san
guis nō reuelauit tibi: sed pater meus. ꝑm quippe Ly
ram: Petrus hic dicit btūs: quia cōfessio vere fidei du
cit ad beatitudinē: quā scʒ cōfessionē fidei Petrus fecit
q̄si interrogati a chr̄o discipuli quē ipm̄ dicerent? Re
spondit pro se ⁊ pro alijs dicēs. Tu es chr̄us filius dei
viui. Hoc autē Petrus non didicit ab hoīe: nec aliūde
q̄ȝ per solam grām sp̄ussancti: ⁊ reuelationē diuinā. ido
subdit. quia caro ⁊ sanguis. i. homo mortalis: nō reue-
lauit tibi. i. non docuit te istam ꝟitatem: sed pater me⁹.
⁊ per cōsequēs tota trinitas: quia indiuisa sunt opa tri
nitatis. vt ait Augu. lib. de trini. Et sic ptʒ ꝙ fides be-
atificans inniti debet soli deo reuelanti in sacra scptu-
ra. Nam illi p̄dicant beati qui nō viderūt ꝑ aliqua ex-
perimēta: ⁊ tamē credūt ea que sunt fidei. ¶ Sed q̄ri
tur vtrum rōnes inducte ad ꝓbandū ea que sunt fidei Questio.
minuāt meritū fidei in hoīe sic credēte. Respondet ꝑm
Tho. ij. ij. q. x. art. x. ꝙ ratio hūana inducta ad ea q̄ sūt
fidei dupliciť pōt se habere ad volūtatē credētis. Uno
modo sicut p̄cedens: cū vicʒ quis nō haberet ꝓmptam
volūtatē credēdi nisi rōnes humane inducerēt. Et tūc
vt ait Grego. Fides non habet meritū cui hūana ratio
p̄bet experimentū. Alio modo sicut cōsequēs. ⁊ sic non
excludit meritū: sed est signū meriti amplioris: quia. s.
homo dsligēs fidei veritatē sup ea cogitat ⁊ amplecti-
tur: si quas pōt inuenire rōnes que declarāt eaꝫ. ⁊ hoc
est ad meritū. iuxta illd̄ Eccl̄i. xxiiij. Qui me elucidāt
vitam eternā habebūt. Et sic ptʒ. D Scd̄a cōditio
vt fides sit firmissima et nullo modo dubitata. quia vt D
scribit extra de heret. c. dubius. Dubius in fide infide Indubitata
lis est. Debet ergo chr̄ianus in fide catholica adeo se fides.
firmare: ꝙ etiā si angelus vel quicūqꝫ sc̄tūs de celo ap
parēs doceret vel astrueret aliud a fide credendū: nō
vacillaret dubitādo. vt dicit apl̄us ad Gal. j. Sed hec
cōditionalis apostoli vt dicit Lyra. est in se vera: q̄uis
vtraqꝫ eius pars sit falsa. sicut exēpli gratia et ista. Si
homo volat homo habet pennas: est vera: q̄uis vtraqꝫ
eius pars sit falsa. vt patʒ. Sic ⁊ de illo dicto apostoli:
quia angelus vel sc̄tūs in celo cōfirmatus nō pōt doce
re falsum cōtra fidem catholicā. Sed querit. Quid
de his qui patiunt tentatiōes cōtra fidem vel phanta Questio.
sias dubietatis? Respondet ꝙ tales si non ꝯsentiūt de
liberato aīo: sed cōtradicunt ⁊ dolent de illis erroꝝū
phantasijs: non dicunt dubij in fide: quia talia eis non
placent aīo deliberato. Unde dicit Greg. ꝙ tales tē
tationes cōtra fidem non sunt curande. qꝛ nō nocēt dū
displicēt: imo meritū iustis augent. quia per talia mē-
tis flagella purgant pctā ⁊ in animo humiliati conser-
uant: ne per elationē excidant a dei gratia. Unde ta-
les debent cōsolari potius q̄ȝ deterreri vel despare: qꝛ
talis ꝓbatio est signū diuine dilectionis ꝑm Bernar. ⁊
alios docto. vt patʒ prolixe libro. Malogranati. E
Tertia conditio: vt fides sit charitatis operib⁹ p̄fe-
cta. Augu. j. q̄stione p̄ma. Sicut vrgeri. dicit sic. Cur E Opibus charitatis.
manus esset arida verū q̄dem esset membrū: q̄uis sine
sanguie ⁊ inefficax ⁊ mortuū. sic ⁊ fides cū sit ꝟa: tn̄ sine
opib⁹ mor. est. Jac. ij. qd̄ est ꝯtra malos chr̄anos q̄ fidē
habēt de chr̄o. sed ope ꝯtradicūt peccādo. Vn̄ Augu.
sermo. xxij. dicit. Fides appellata est ex eo qd̄ fit. Due
syllabe sonāt: cū dicit fides. Prima syllaba est a facto.
scd̄a a dicto. Interrogo ergo te vtrum credas? Dicis:

credo: fac q̃d dicis: et fides est. Hec ille. Sed ve et iterũ ve mundo ab scandalis: qm̃ innumerabiles chr̃iani cõfitentur chr̃m ore et corde credendo: sed factis negant multiplici peccato supbie: auaricie: luxurie: etc. chr̃m crucifigendo. Tales similes sunt demonibus qui credunt sed nõ diligunt deum. Unde Ja. ij. Tu credis qm̃ vnus est deus: bene facis: et demones credunt et cõtremiscunt. Aug. Cum dilectione fides est christiani. s. bo ni: sine dilectione est fides demonis. Immo vt ita dicã fides mali christiani inferior vel peior est quodammõ fide demonum: quia demones credũt et cõtremiscunt: illi aũt credunt sed non pertimescunt quotidie peccata facere. Unde Aug. O deus meus vtinã quomõ demones contremiscunt deum iudicẽ: sic homines ptimescerent saluatorem. Et sic ptz.

F Stabilitas fidei

F Quarta conditio vt fides sit in omnibus constans et stabilita. Cõtra eos q̃ ad tempus credunt et in tempore tentationis vel persecutionis recedunt. Nam qui perseuerauerit vsq3 in finem hic saluus erit. Matt. x. Unde Apoc. ij. Esto fidelis vsq3 ad mortem et dabo tibi coronam vite. Si nẽpe quis pro confessione fidei occideret martyr fieret. Ad propositum. B. Thomas apostolus talem fidẽ habuit per oĩa. s. prophetice et euangelice scripture innixam firmissimam opibusq3 et charitate perfectissimã: et etiã inter tormenta ꝯstantissimam. Idcirco eccl'ia sctã orat in collecta eius fidem imitari di. Da nobis q̃s dñe bti apl'i tui Thome solẽnitatibus gl'iari: vt ei9 sp et patrociniis subleuemur et fidem ꝯgrua deuotione sectemur. O itaq3 pie deus. o dulcissime iesu fac nos per merita Thome dignos beatitudine.

G Priuilegia bti Thome

G Circa secundum de dignitate priuilegiorũ bti Thome apostoli sit hec conclo: q amorosissimus dñs iesus beatũ Thomam apostolũ precipui amoris in signum magnis priuilegiis inter sctõs effecit dignissimũ. Et declarat pcipue ex quatuor priuilegiis.

Primũ priuilegium dilectionis

¶ Primũ priuilegiũ feruẽtissime dilectionis. Nimirũ qm̃ deus dat alicui donũ fe charitatis maximum donum dat: et quãto maiorẽ charitatem tanto precellentius donum dat: qr vt Aug. xv. de trin. ca. xviij. dt: et allegat a magistro in. j. li. sniarũ. di. xvij. In diuinis donis nil maius est charitate: ipsum eñ est donũ dei excellentissimum q̃d solũ diuidit inter filios regni et filios perditionis. Hec ille. Cũ ergo chr̃s iesus infuderit Thome charitatis feruentissime donũ: maximo priuilegio effecit dignissimũ. Sed vnde probatur Thomam habuisse feruentissimam christi iesu charitatem? Rñr q precipue ex tribus signis. Primũ signũ: qr p chr̃o mori desiderauit: qm̃ dicẽte chr̃o discipulis Lazarus mortuus est eamus inquit ad eũ in iudeã. Tunc discipuli timore concussi dicunt ei. Rabbi nunc querebant te iudei lapidare et iterũ vadis illuc. Tũc feruẽs amore Thomas dixit ad ꝯdiscipulos. Eam9 et nos et moriamur cũ eo. Joã. xj. vbi glo. dt. Ecce fus amãtiũ affect9 vel cũ eo viuere vel cũ eo mori. Aug. Tũc ẽ pfecta charitas in hac vita qñ p ipã ꝯtẽnit vita. Scd̃m signũ: qr tã feruẽs i charitate extitit vt ad remotissimas ptes Indie accedens m'lta tormẽta p chr̃o sustinere voluerit: nec ab ei9 charitate separi potuit pferẽdo carcerẽ: vincula: ardentesq3 laminas ferreas et fornacẽ ardentem et gladium: vt dicere posset cũ Paulo. Ro. viij. Certus sum quia neq3 tribulatio aut angustia: neq3 gladi9 neq3 crea. aliqua. po. nos separe etc. ¶ Tertiũ signũ qr chr̃o silis fuit. Unde Isi. li. de vita et obitu sctõrũ: Thomas inquit discipulus chr̃i ac silis saluatori: et qm̃ similitudo est causa dilectionis: et oĩe aĩal diligit sibi sile. Ecci. xiij. ideõ p illam silitudinem corpis dabat intelligi silitudo mentis. Sicut ergo chr̃s fuit plenissimus charitate: sic Thomas p suo modulo plenus fuit amore chr̃i diuino. Non ĩmerito vocatus est Thomas quasi totus means. s. in deũ p amorẽ.

H Scd̃m altissime reuelationis

H Scd̃m priuilegiũ altissime reuelatiõis: qr altissima secreta et a seclo abscõdita chr̃s ipsi Thome reuelauit q̃d est signũ amicitie: iuxta ipsius saluatoris dictũ Jo. xv. c. Iã inq̃t nõ dicam vos seruos sed amicos qr quecũq3 audiui a pr̃e meo nota feci vobis. Si petas q̃li secreta altissima reuelauit chr̃s Thome. Rñdet q pcipue tria scz de celesti via: et fitate diuina ac btã vita. Primo secretũ mysterii vie celestis. Nã vt ait Amb. ser. de resurrectiõe. Ignota erat ante chr̃i aduentũ via vite: sed hanc chr̃s Thome reuelauit vt habet Jo. xiiij. vbi legit: q dũ in vltima cena chr̃s dixisset discipulis. Uado inquit vobis parare locũ: iterũ venio et accipiam vos ad meipm vt vbi sum ego et vos sitis. Scd̃m Ly. dt chr̃s notanter iterũ venio et accipiã vos: etc. p tanto qr chr̃s non semel venit sed pluries ad accipiendũ electos in celũ. Nã q̃ ad beatitudinẽ aĩe venit quotidie: animas sctõrũ ad accipiendũ de eaꝝ corpibus et trãsferendũ in celestẽ gloriam. Iste tñ chr̃i aduentus non est in pñtia corpali. s. per seipm: fm q Ly. dt et concor. Henricus de Hassia. Deniq3 quo ad beatitudinẽ aĩe et corporis veniet chr̃s in fine mũdi ad assumendũ fideles oĩes et in presentia corporali. Cũ hec fba chr̃s dixisset. Tho. dixit ei. Domine nescimus quo vadis: et quõ possumus viam scire: vbi duo secreta petit scire. q. d. doce me primo terminum ad quem vadis. ¶ Secundo viam per quam vadis. Et fm Chrys. hoc dicit Thomas ex multa dilectione quia christum semp cupiebat comitari. Tunc christus dñs mira secreta mysteria reuelauit di. Ego sum via veritas et vita. Sup quo Aug. dt. Ambulare vis. s. ad celestem beatitudinem: ego sum via. Falli nõ vis: ego sum fitas. Mori non vis. s. morte eterna: ego sum vita. Subiunxit. Nemo venit ad patrẽ nisi per me. Lyra. i. in me credendo et me opere imitando. Et sic docuit chr̃s dominus viam vere beatitudinis esse fidem suam. Secũdo reuelauit Thome secretum diuine veritatis. s. q chr̃s sit ipã vera beatitudo: qr dixit se esse veritatem. Tertio reuelauit se esse vitã eternam: ideo addidit et vita. O quis posset penetrare et plenarie intelligere talia mysteria celestia. O Jesu bone tibi laus et gloria: quia per Thome interrogationẽ factam reserasti nobis talia mysteria salubria vt iam sciamus quia tu es via: quoniam fides tua et sanctissima documenta ducunt ad gloriam. O pie iesu tu es veritas: qr per te deus pater impleuit verissime oĩa sua pmissa de eterna beatitudie nobis dãda. O magne deus dulcis iesu fe tu es vita beata: qr tue glorie visione habebim9 in celo viuere sine fine. Cũ g̃ talia chr̃s Thome reuelauerit ptz q sit magne dignitatis et sctitatis.

I Tertium familiarissime consolatiõis

I Tertium priuilegium familiarissime consolatiõis. Nimirum aliquibus discipulis christus apparuit consolando eos tantum ad visum post resurrectionẽ vt euntibus in emaus Lu. vlt. Aliquibus ad auditum tantũmodo: vt cum per mulieres nũciauit discipulis di. Ite dicite discipulis et Petro: quia surrexit dominus etc. Aliquibus ad gustandum comedeñ. cum eis vt Petro Joanni et sociis eorum quando iuerãt ad piscationem: quibus christus in littore apparens tandem cum eis manducauit Jo. vlt. Aliquibus autem insuper ad tangendum: palpandum et cordis secreta reuelandũ: et hoc modo nulli tam familiarem consolationem charitatis exhibuit sicut Thome cui apparuit et ad visum gloriosum et ad auditum vocis eius dulcissimum: quando dixit ei. Infer digitum tuum huc: et similia sequentia. Et ad gustum. quia comedit cũ discipulis inter quos erat et Thomas. Et insuper ad tactum nulli discipuloꝝ familiariorem consolationem exhibuit sicut Thome: cui specialiter apparuit et vulnera oĩa palpãda pbuit et familiariter contrectando concessit et sui secreta cordis reserauit. Unde Ganfredus episcopus [illegible] Ecce deprehensus es o apostole: ecce cũcta [illegible] cantur a domino que pridie locutus fueras [illegible] discipulorum. Ex tali ergo experimento quid mirum si maxima deuotione mox exclamauit: dñs meus et deus meus. Exclama et tu h' o homo saltẽ cordis alto desiderio. Dñs meus chr̃s Jesus fm humanitatẽ: et deus meus quẽ adoro cultu deuotissimo offendere timeo et veraciter amo.

K Quartũ miraculose illustrationis

K Quartum priuilegium miraculose illustrationis: quia deus ipsum Thomam maximorũ miraculorum gloria illustrauit. Primo in vita vt claret ex legenda prio sermõe descripta. Scd̃o in mortis

hora: sicut patuit ibidem de ferri cādentis extinctione
⁊ fornacis ardentis refrigeratione: idoli cōminutione:
⁊ sic de aliis. Tertio post eius mortem: qꝛ corpus ei9
translatum circa annum dñi ducentesimūtricesimū in
Edissam ciuitatem: q̄ olim dicebať Rages medorū: ibi
nullus hereticus: nullus iudeus: null9 pagan9 pōt vi
uere ne tyrānus aliqs nocere ciuitati potuit ꝑ multos
annos: sed siqñ gens aliqua contra ciuitatē illam insur
rexit: puer baptizatus sup portā stās: ostēdit ep̄lam quā
saluator manu scriptam ꝓpria miserat Abagaro regi
quondam illius ciuitatis: postq̄ꝫ perlegisset: ea die ho-
stes aut fugiunt aut pacanť: ⁊ hoc est tam ꝓpter salua
toris virtuosa scripta q̄ꝫ ꝓpter Thome merita: vt hec
habenť in legenda. Deniqꝫ mgr̄ Soccus in suo ser. de
sctō Thoma refert: ꝙ ex ore ipsius patriarche narran
tis corā dño papa. s. audierit: ꝙ quolibet anno in festo
scti Thome eius corpus qd̄ seruať integrum absqꝫ cor
ruptione locari solet ꝑ sacerdotes in ep̄ali sede super
altare: ⁊ ipso patriarche missam celebrante. tandē ꝯse
crate hostie super patenam seruari solent corā scti apo
stoli corpe. qui (mirabile dictu) manu ꝓpria eucharı-
stiam accipiens singulis cōicantibus tribuit dignis: ⁊
retrahit ab indignis. Qd̄ vtrum sit narrandū vel non
lectoris arbitrio relinquo. Uerūtñ h̄: licet sit maximū
miraculum: deus tñ qui mirabilius est in suis sctis non
dubiū quin hoc ⁊ maiora facere possit: sicut ⁊ sepe facit
L ad laudem ⁊ gl̃iam suam. Et sic patet. L

Circa tertium principale sufficiat pro ꝯclone
ꝙ sicut Thomas ⁊ discipuli magna cōsolatio
ne sunt repleti ex visitatiōe chr̄i corporali: sic
boni catholici summa deuotione dñt affici ꝑ
susceptiōe chr̄i sacr̄ali: p̄cipue pro ista die chr̄i natali.
Hec ꝯclo patet: qꝛ sm̄ fidei ꝟitatem idem chr̄s qui ap
paruit discipulis accipiť reuera in hoc sacramento eu
charistie: ipsomet deo teste Joan. vj. ca. Caro mea ꝟe
est cibus ⁊ sanguis meus ꝟe est potus. Et ꝑ vita eter
na ꝯsequenda. Ideo subdiť. Qui inquit mādūcat car-
nem meā ⁊ bibit meū sanguinē in me manet ⁊ ego in eo
qui mādūcat hūc panē viuet ineternum. Ex quo patet
ꝙ sicut stultus esset ⁊ demēs qui a rege magno īuitat9
sub hac ꝓmissione ꝙ si secum velit prandere dabit rex
seipsum ⁊ totum suū regnū illi in ꝑpetuū possidēdum:
taľ ꝑ tanto bono nō acqesceret: sic imo magis stult9 est
qui pro eterno regno celesti ipi deo regiq̄ꝫ chr̄o ꝑ ista
eterne beatitudinis repromissione non vult se ad h̄ ce
leste cōuiuium eucharistie preparare hoc tp̄e natalis
per contritionē: cōfessionē ⁊c̄. O christiane aduerte ⁊
expergiscere de puluere peccatorum vt valeas gau-
dere in regno beatorum Amen.

In vigilia natiuitatis dominice Sermo.

Sanctificamini hodie ⁊
A estote parati: qꝛ die crastina videbit̄ maiesta
tem dei in vobis. A Hec ꝟba canit eccle-
sia in officio hodierno. s. in matutinali responsorio: ⁊ ac
cipiť ex pluribus passibus scripture. s. Josue. iij. ⁊ vij.
capl̄is ⁊ aliis locis: quibus ꝟbis sctā eccl̄ia admonet
oēs suos filios chr̄ianos vt sanctificentur hodie. s. per
veram pn̄iam: contritionē: ⁊ confessionem: emendañ. se
ab omī pctō: ⁊ sic ꝑ die crastina vicꝫ natiuitatis dñice
debite ⁊ diligenter debemus nos preparare ⁊ sctifica
Leo papa re vt simus deo grati. Ad quod hortať nos Leo papa
in ser[illegible] Sanctam ⁊ desiderabilem: gl̃iosam ac sin
[illegible] solennitatē: h̄ est natiuitatem dñi saluatoris
[illegible] dilect[illegible]ssimi deuotione fidelissima suscepturi totis
[illegible] cū ipsius adiutorio ꝓparare: ⁊ oēs
lateb[illegible] aīe [illegible]stre diligēter aspicere: ne forte sit in no
bis aliquod p[illegible] absconditū quod consciam nostram
cōfundat ⁊ oculos diuine maiestatis offendat. Nā licꝫ
christus dñs in celum ascenderit: ꝯsiderat tñ qualiter
se vnusq̄sqꝫ seruoꝝ eius sine auaricia: sine ira: sine sup-
bia atqꝫ luxuria ad celebrādam eius festiuitatē stude-
at preparare. Et sm̄ ꝙ vnumquēqꝫ ornatum bonis mo
rib9 viderit: ita illi gr̄aꝫ sue misc̄die distribuet. Et post

pauca subdit. Si ꝟo aliquē viderit adulteꝝ ebriosum:
cupidum ⁊ superbū: timeo ne h̄ illi dicať: quod in euā-
gelio dñs ipse predixit. Amice quō huc. i. ad eccl̄iam in
trasti non habens vestē nuptialē. Et sequiť. Ligate il
li manus ⁊ pedes ⁊ ꝓiicite in tenebras exteriores ibi
erit fletus ⁊ stridor dentiū. Ecce qualē sententiā inq̄t
in die iudicii excipiet qui sine remedio pn̄ie ad festiui
tatem dñi vicioꝝ sordibus inquinatus accesserit. Hec
Leo papa. Et ideo sctā mater eccl̄ia hodie oēs fide-
les specialius monet ⁊ hortať ad dignam preparatio-
nem. Itē ad idem scribiť Josue. iij. sic. Sanctificamini
cras eñ dñs faciet inter vos mirabilia. ⁊c̄. Item illud
ij. Paral. xx. caniť in laudibus. Judea ⁊ Hierl̄m noli-
te timere: cras egredìemini ⁊ dñs erit vobiscum. Qd̄
pōt esse aliud thema ꝑ sermone. O igiť fideles catho
lici: o viri: o mulieres: o iuuenes: o senes: ⁊ quiqꝫ chri-
sticole hortamur vos omnes iuxta premissa verba Sā
ctificamini ⁊c̄. In quibus ꝟbis tria mysteria notabim9
pro sermone isto.

¶ Primum de hodierna celebratione: quod accipi-
tur quia dicitur: Hodie.

¶ Secundum de crastina mirificatione ⁊ reuelati-
ne maiestatis diuine.

¶ Tertium de nostra scanctificatione cum premitti
tur. Sanctificamini ⁊ estote parati. B

Circa primum de celebratione hodierne vigi B Celebratio vigilie natiuitatis
lie accipiamus hāc ꝯclonem: ꝙ. s. natiuitatis
christi Jesu vigilia digne preueniť ab eccl̄ia
celebritate deuotissima. Et hec ꝯclo clara est
Primo ratione gratitudinis: vt. s. de tāto dei beneficio
scꝫ incarnatiōis ⁊ natiuitatis dñice gr̄as debitas aga
mus ne si ingrati fuerimus gratia dei indigni redda-
mur Nam vt ait Greg. Non est dignus de dandis q̄ nō
agit gratias de datis. Hinc Sap. xvj. scribitur. Opor-
tet preuenire solem ad benedictionē tuam: ⁊ ad or. lu.
te adorare. Ingrati eñ spes tanq̄ꝫ hybernalis glacies
tabescit ⁊ disperit. Hec ibi. Nimirū cras celebraturi
sumus ortū veri solis ⁊ vere lucis. i. chr̄i qui illuminat
omnem hominem venientem in hūc mundū: vt dꝛ Joā.
. j. Et idcirco oportet vt hunc ortum chr̄i preueniamus
benedicendo ⁊ orando deum: alias si fuerimus ingra-
ti de tali beneficio: spes nostra de futura beatitudine
tabescit ⁊ disperit tanq̄ꝫ hybernalis glacies. i. q̄ acci-
dit circa vernum tempus anni: nam citius a calore so-
lis soluiť. Secundo ratione nostre adhortationis ad
debitam preparationē ꝑ crastina festiuitate celeberri
ma. Propterea eccl̄ia in officio huius vigilie celeberri
me persuadet nobis hanc preparationē ꝑ crastino fe-
sto celebrando: vt patebit in tertio huius sermonis ar
ticulo. Et ideo ptꝫ ꝯclo C Sed hic notandū ꝙ ec- C Triplici honore
clesia romana hanc vigiliam natiuitatis dñice triplici
honore celebrat pre omibus aliis vigiliis festiuitatum
Primo a laudibus solennitatē inchoando: quod est sin
gulare huius diei priuilegiū: qꝛ alias solennitates in-
choare solemus in vesperis vigilie precedentis: hanc
aūt incipimus in laudibus ipsius vigilie precedentis.
Cuius ratio precipua: qꝛ hec festiuitas dñice natiuita
tis incepta fuit a laudibus tam apd̄ angelos celestes
q̄ꝫ apud hoīes terrestres. Nam vt hr̄ Lu. ij. Nato chr̄o
angeloꝝ militie ⁊ exercitus cecinerunt laudes mox
deo di. Gloria in excelsis. ⁊c̄. Quod audientes pasto-
res venerūt videre chr̄m natum: quo viso reuersi sunt
inquit pastores laudantes ⁊ gl̃ificantes dñm in oībus
que audierant ⁊ viderant. Ex quo ꝫ hec festiuitas in-
cepta fuit: tunc a laudibus angelorum ⁊ hoim: ideo cō
uenienter modo inchoať a laudibus. D Secundo
hec vigilia honorať solennius in martyrilogio prenun D In martyrilogio
ciando: quamuis enim ⁊ alie festiuitates in martyrilo
gio prenuncienť: ista tñ singulari ⁊ solennissimo mō cū
lucernis ⁊ superpelliceo induto h̄ modo dicendo. An-
no cesaris Augusti. xlij. hebdomada iuxta Dañ. ꝓphe
tiam sexagesimasexta. Olympiadis aūt. cxciij. Jesus
chr̄s filius dei in Bethleem iude nasciť. Ex quo pꝫ ꝙ
ista annunciatio fit sm̄ triplicem morem. s. Romanoꝝ:
cum dꝛ. Anno cesaris Augusti. Hebreoꝝ cū dꝛ hebdo

Olympiadꝫ. mada: ſm Dañ. ꝛ grecoꝝ cum dr. Olympiadis.i. regni grecoꝝ: qꝺ ſup li. Mach. ſm Ly. cõputaꝛ ab Alexan. Magno q̃ fuit primus monarcha grecoꝝ in mũdo. Sꝫ queri põt: cur ſic pnunciatur ſub triplici differentia regnoꝝ ꝛ linguaꝝ ipa chr̃i natiuitas? Rñr ꝙ hoc ideo vt.ſ. chr̃i dignitatẽ oĩs lingua cõfiteaꝛ: qꝛ dñs ieſus eſt in gloria dei patris: ſicut docet apl's Phil. ij. Nã vt ait glo. Lu. xxiij. Hec tres lingue pre ceteris in mundo pncipalius eminebant. Hebrea ꝑpter iudeos in lege dei gloriantes ſacerdotali ꝛ prophetica dignitate fulgeñ. Greca. ꝑpter ſapientiã apud grecos vigeñ. j. Coꝛ. j. Judei ſigna petunt: greci ſapientiã querunt. Et latina lingua ꝑpter imperialẽ maieſtatem apud romanos reges ꝓfulgentẽ. Sicut ergo chriſtũ exeuntẽ de h̃ mũdo per paſſionẽ hec triplex lingua ꝯfeſſa eſt in titulo: q.ſ. ſcriptus erat hebraice: grece: ꝛ latine h̃ modo Jeſus nazarenus rex iudeoꝝ. Sic conuenit vt chr̃m dñm venientem in hũc mundũ ꝑ natiuitatẽ hec triplex lingua confiteaꝛ.ſ. latina: ad ſignificandũ ꝙ iſte puer q̃ naſciꝛ eſt rex ꝛ impatoꝛ celi ꝛ terre. Et hebrea: ad ſcandũ ꝙ iſte puer nat⁹ eſt ſacerdos ꝛ ꝓpheta veriſſim⁹. Et greca: ad ſcandũ ꝙ iſte puer q̃ naſciꝛ eſt ſapientia dei: vt ſcribiꝛ. j. Coꝛ. j. Predicamus chr̃m dei ſapientiã. Ad hui⁹ exem ꝛ ſignum in miſſa vtimur hac triplici lingua laudañ. deũ ꝛ ꝯfideñ. chr̃m Jeſum.ſ. in lingua latina vt ptꝫ in oꝛationib⁹: eplã: ꝛ euangelio. Jtem lingua hebraica: vt claret de all'a: amen: ꝛ oſanna. Et in lingua greca vt ptꝫ ꝺ kyrie eleiſon ꝛ chr̃e eleiſon q̃ ſunt greca. E Tertio hec vigilia honoraꝛ genibus in terrã flexis adoꝛando.ſ. ad ꝓſcripta ꝟba martyrilogii cum ꝑnũcianꝛ cuius ratio eſt prima: vt ipm̃ honoꝛando gr̃aꝝ actiones ꝛ vicẽ repẽdam⁹. Jpe em̃ hodie ſe ꝓſtrauit in terram ꝑ aſſumptionẽ terrene nr̃e ſubſtantie: in q̃ ipe nos multum honoꝛificauit: qꝛ fecit heredes dei: ꝛ coheredes ac fratres chr̃i: vt dr Ro. viij. Et ideo iuſtum eſt vt ipſius viſitationi gr̃as agamus ꝛ rehonoꝛãdo in terrã nos ꝓſternamus. Sic em̃ amoꝛi ſuo nõ poſſum⁹ melius vicẽ rependere q̃ꝫ reamando: nec moꝛti ſue melius q̃ꝫ ꝑ ipſo moꝛiẽdo: ſic nec humilitati ſue melius q̃ꝫ nos humiliando. Secunda ratio: vt ei⁹ dominiũ ꝛ noſtrã moꝛtalitatẽ recognoſcamus: acſi in coꝛde quilibet tunc dicat. Jdeo in terrã me dñe Jeſu corã te nato ꝓſterno quia me moꝛtalẽ eſſe: ꝛ puluerẽ futuꝝ recognoſco: ꝛ te deũ ac dñm meũ fateoꝛ reſuſcitantẽ me ꝛ iudicantem: miſerere ḡ mei ꝛc̃. Sed ve ſuperbis: ve auaris: ꝛ ve luxurioſis: qꝛ ſicut ſunt vere terra ꝛ puluis: ſic ſunt cibus demonis. Vñ Aug. lib. de agone chr̃ian. dr ſic. Qñ dictũ eſt diabolo.ſ. in ſerpente: terrã manducabis: tũc dictũ eſt ꝛ pctõri: terra es ꝛ in terrã ibis. Datus eſt ḡ in cibũ diaboli peccatoꝛ. Non ſim⁹ terra ſcꝫ ꝑ affectionẽ ſi nolumus mãducari a ſerpente ꝛc̃. O ḡ fidelis aĩa recognoſce te hodie ꝛ humilia chr̃o deo tuo ꝛc̃. F

Tres lingue.

E Hec vigilia celebraꝛ genibus in terra flexis

C Circa ſcd̃m ꝑncipale de mirabili.ſ. manifeſtatiõe dñi qꝺ notaꝛ in themate vbi dr. Craſtina die videbitis maieſtatẽ: ſufficiat ꝑ ꝯcl'one firma tenere: ꝙ.ſ. chr̃s dei filius naſcẽdo de ꝟgine Maria in ipa die craſtina claruit ꝑ maxima ꝛ multa mirabilia ſcꝫ ꝙ virgo pariat ꝙ in partu doloꝛẽ nõ habeat ꝙ lacte ꝟgineo chr̃m lactet ꝛ nutriat: ꝙ in preſepio ploꝛet ꝛ iaceat: cui angeli ꝯcrepãt: ꝙ ipm̃ bruta aĩalia cognoſcãt: ꝛ hmõi plura. Oĩm hoꝝ maximũ eſt ꝙ ipe oĩpotens verus ꝛ ſempiternus deus moꝛtali humane nature vnit⁹ paruulus naſcaꝛ paupere de matre mũdiſſima ꝑ ſalute nr̃a. Vñ h̃ ꝑ ſimpliciũ edificationẽ in fide chr̃i ꝛ deuotione vnicã queſtionẽ breuiter ptractem⁹ de h̃ maximo miraculo diuine incarnationis ꝛ natiuitatis chr̃i aliis multis queſtionibus pretermiſſis. G Nimiꝝ queſtio eſt Vtrũ poſſibile fuit deũ vnire ſibi humanã naturã vl' quõ h̃ fieri potuit e't ꝑ miraculũ. Ex q̃ em̃ nulla ꝑt eẽ vnio int̃ illa int̃ q̃ nulla eſt ꝓpoꝛtio: ꝛ finiti ad infinitũ nulla eſt ꝓpoꝛtio vt dr phs. viij. phyco. ꝛ j. celi. Sicut em̃ mare totũ in ſuis guttis innũerabilibus nõ põt capi in vno cochleari: ſic a foꝛtiori mirabile maximũ ꝛ ſup oẽm intellectũ eſt quõ deus ipe infinitus potuerit ſibi vnire humanã creaturã q̃ eſt finita in vnitate ꝑſone: vt quẽ celi capere non pñt: in vnius virginis vtero: ꝛ in vno hoĩe chr̃o capiaꝛ: ſicut ꝛ canit eccl'ia. Sed ad hãc queſtionẽ rñr ꝙ doc. theologici multimodis rõnibus oñdũt reuera diuine incarnationis ꝛ vniõis miraculoſitatẽ foꝛe deo poſſibilẽ ꝛ ſic factã. Ad qꝺ ſm ſeraphicũ Bonauẽ. ſup. iij. ſen. di. j. q. j. ſimulq̧ ſecundũ ſctm̃ Tho. tres precipue rationes aſſignamus q̄bus oñdemus ꝓpoſitum.

F Mirabilis manifeſtatio domini

G Queſtio

Miraculoſitas vnionis humane nature

C Prima rõ omnipotentie diuine

C Scd̃a rõ intelligentie humane.

C Tertia rõ conuenientie vtriuſq̧ nature.

C Prima rõ accipiꝛ ex dei oĩpotẽtia: qꝛ vt ait Aug. ad Voluſianũ in mirabilibus factis tota ratio facti eſt potentia facientis: ꝛ ideo in diuinali incarnatione mirabiliſſima rõ eius potiſſima eſt oĩpotentia dei. Deus ḡ cũ ſit oĩpotẽs põt oẽ ill'ꝺ qꝺ nõ includit ꝯtradictionẽ nec aliquẽ defectũ in deo ponit: ḡ h̃ de⁹ potuit ſicut voluit ꝛ h̃ fidelibus ſufficiat.ſ. credere oĩpotentie dei: nec debent curioſe inueſtigare vt fides meritũ habeat. Nã ꝛ btã virgo maria cũ angelũ annunciantẽ iſtã diuinam incarnationẽ reqſiuiſſet. Quõ ait fiet iſtud: qm̃ viꝝ nõ cognoſco. Glo.i. nõ cognoſcere ꝓpoſui ꝛ deuoui: ſm ꝙ dr Aug. Rñdit angelus. De ſp̃ũſcti virtute qua ꝯciperet chr̃m deũ ꝟginitate ꝑmanente: ꝛ tandẽ cõcludeñ. intulit. Non erit inquit impoſſibile apud deũ oẽ verbũ Lu. j. Ad qꝺ mox ꝟgo maria credidit: ꝛ ꝑ illã fidẽ btã predicari ꝓmeruit: dicẽte Heliſabet. Btã q̃ credidiſti ꝛc̃. Sic in ꝓpoſito. Hoc docet Aug. li. de trin. di. Noli intelligere vt credas: ſꝫ crede vt intelligas. Fides em̃ intellectũ ꝑbet. Et iteꝝ. Demus inquit deo oĩa poſſe ꝛ nos intelligere non oĩa poſſe. Sed iuxta premiſſam rationẽ circa eius minoꝛẽ querere potes: quõ deũ incarnari ꝛ humanã naturã aſſumere nullã includat ꝯtradictionẽ nec imꝑfectionẽ vel aliquẽ defectũ ĩ deo ponat cũ ſit eternus factus eſt tꝑalis imoꝛtalis ꝛ impaſſibilis factus eſt paſſibilis ꝛ moꝛtalis. Hoc ſm eũdem Bona. ꝛ Tho. vbi ſ. declaraꝛ: qꝛ diuinã naturam vniri humane non eſt aliud q̃ꝫ diuinã ꝑſonã q̃ ab eterno fuit hypoſtaſis reſpectu diuĩe nature: eſſe hypoſtaſim reſpectu humane nature in tꝑe. Hoc aũt nõ dr aliquã imperfectionẽ vel defectũ aliquẽ: imo potius dignitatẽ ꝛ nobilitatẽ: qꝺ oñdiꝛ ꝑ plura. Nã ſicut deus cũ ſit eternus ꝛ ſumme bonus: tñ in nullo fit derogatio bonitatꝫ ſue dũ ex ſua bonitate factus eſt cauſa bonitatis creature create in tꝑe: q̃uis bonitas creata longe ſit inferioꝛ bonitate increata. Sic ꝛ ꝑſona filii dei cũ ſit hypoſtaſis intellectualis ꝛ increata ab eterno: in nullo derogauit cũ factus eſt hypoſtaſis rationalis nature create in tẽpoꝛe. Et queadmodũ de⁹ de nõ creante fit creans ſine aliqua ſui mutatione vel innouatione: ſed ſolum facta mutatiõe ex parte nature create: ſic perſona filii dei q̃ prius non erat hypoſtaſis humane nature in actu habet iam eſſe eius hypoſtaſis abſque aliqua ſui mutatione ſolum facta mutatione ex parte nature aſſumpte ꝛ queadmodũ deus eſt in creatura ꝑ eſſentiã ꝛ ꝑ pñtiã ꝛ per potentiã: ꝛ in nullo dependet ab illa: ſed potius creatura dependet ab ipſo deo tanq̃ a cauſa ꝯſeruãte ꝛ ſuſtentante. Sic ꝛ deus cũ eſt in creatura rõnali per vnionẽ nõ dependet ab ipa: ſed potius ecõuerſo: qꝛ habet ſubſtãtificari ꝛ ſuſtentari ab illo. H

Ex omnipotentia dei

Queſtio

Perſona filij

C Jtem alia ſilitudo põt de hoc poni: licet nõ oĩmoda qꝛ vt dr Hilari⁹. Compatio terrenoꝝ ad deũ nulla eſt nec exemplũ ſufficiẽs rebus diuinis rõ humana preſtabit: tñ aliqualis iſta. Si nobiliſſimi fruct⁹ ramus in aliquo vno trũco ſylueſtrꝫ arboꝛis inſeraꝛ alterius.ſ. nature: in illa vnione nõ derogaꝛ nobilitati fructus optimi: ſed ille trũcus ſylueſtris nobilitaꝛ cũ trahiꝛ ad nobiliſſimi fructus ramũ: ꝛ tñ in illa arboꝛe vna videnꝛ q̃dammõ diuerſe nature ꝯiuncte. Vel ſm doctoꝛes melioꝛ ſilitudo eſt. Si rex nobiliſſimus diligeret albedinẽ adeo ꝙ ſe faceret fieri albũ: tunc ibi fieret vnio accidẽtis cum ſubiecto que in pluribus appropinquat ꝓ ceteris vnioni hypoſtatice q̃ facta eſt in chr̃o. Primo qꝛ ſicut accidẽs innitiꝛ ſubiecto ſalua ꝓprietate vtriuſq̧.ſ. accidẽtis: puta illius albedinis poſite ꝛ ſubiecti.i. ipſius regꝫ: ſicut Leo papa dic. Salua ꝓprietate vtriuſq̧

H Compatio terrenoꝝ.

nature(inqt) deus factus ē hō. Qz eñ, ꝟbū caro factū est non ħ ꝟcat ꝙ in carnem sit dei natura mutata: sed ꝙ a verbo in vnitatem persone sit caro suscepta.i.homo. Hec Leo in ser. Secundo qꝛ sicut illa accidentalis albedo nil conferret nihilꝙ minueret regie maiestati: ſʒ ipa nobilitaretur ⁊ dignificaretur in rege adeo ꝙ omēs cōcretiuas denominatiōes cōicaret: vt sicut diceretur rex ille sapiētissimus: potentissimꝰ: ditissimus: sicꝙ de aliis dignitatibus: ita dici valeret ꝙ albus ille.s.rex idē est talis ⁊c. sic ⁊ humanitas chri. Uñ Leo papa vbi s̄. Maiestati inquit filii dei corporea natiuitas nihil abstulit nihil ꝯtulit: quia substātia incōmutabilis nec minui potuit nec augeri. Sed ipsa humanitas in chro est adeo nobilitata vt oēs concretiuas denominatiōes cōicet. Uñ vere dr ꝙ homo chrs est creator mundi: licet ꝭm diuinam naturam accipiēdo ipe est oipotens: omisciens ipse deus qui fecit omnia ⁊ sic de aliis. Tertio: qꝛ sicut accidens ⁊ albedo illa vnitur subiecto.i. regi tanꝙ sui representatiuū: sic verbū diuinum ꝭm se occultissimū vniuit sibi humanā naturā tanꝙ sui expressiuā ⁊ notificatiuam. In hoc tñ est dissimilitudo: qꝛ humanitas chri nō innititur verbo diuino inhesiue prout innititur accidens subiecto.

I Secunda rō intelligentie. I Scda rō dr intelligētie: qꝛ vt ait Hilariꝰ plꝰ pt deꝰ facere ꝙ̄ hō pt dicere vl' itelligere ſʒ hō pt dicere ⁊ itelligere rōnabilr ⁊ ꝯgrue deū ex sua bonitate infinita humanā naturā assumpsisse. Tū ꝑpter sue potētie: sapientie: charitatis ⁊ pietatis eminentē manifestationem. Tū ꝑpter hoīs liberationē ex īmensa misericordia: cū nullus alius satisfacere poterat de pctō generis humani nisi solus deus: vt docet Ans. li. Cur deus homo. Cum ꝙ̄ ħ homo possit intelligere sequitur ꝙ multo magis deus facere potuit.

Tertia cōuenientie. Tertia rō conuenientie. Nam eoꝝ est vnio facilis q̄ ad inuicem habent similitudinem: sed homo est creatus ad imaginē ⁊ silitudinē dei Geñ.i. ergo humana natura vnibilis est diuine in ꝑsona: vt ptʒ ad obiectū q̄ dicebatur: ꝙ humane nature ⁊ diuine nulla est ꝑportio: ergo nulla vnio: cū distent in infinitū. Rñr ꝭm Bona. ibidē: ꝙ inter deum ⁊ creaturā non pōt esse ꝑportio ꝭm certā quantitatem qꝛ deus est infinite ꝟtutis improportionabiliter excedens oīa: sed est ꝑportio que consistit in quadā habitudine ordinis: quia creatura ordinatur ad deū ⁊ depēdet ab ipso. Et talis ꝑportio sufficit ad vnionē: sicut a sili q̄ dammō aīa rōnalis improportionabiliter melior est corpore: quia vt dt Aug. li. de quantitate aīe: ⁊ Bersi. Totus corporeus mūdus ad vnius aīe preciū equipari nō pōt: ⁊ tñ possibile est animā vniri corpi: qꝛ quāuis ibi non sit ꝑportio ꝭm cōmensurationē quantitatis ꝟtutis est tñ ꝑportio que attenditur in conueniētia ordinis ꝭm ꝙ dicimus ꝑportionem inter materiā ⁊ formā. Nā corpꝰ ordinatur ad animā ⁊ materia ad formā. O igitur mira dei potentia: mira sapientia. O supmiranda benignitas ⁊ misericordia: pietas ⁊ clementia. O dulcissimi Iesu ineffabilis charitas ⁊ grā qua nos miserrimos voluit sublimare tanta gloria vt deus fieret homo. Agamus ergo gratias.

K Nostra sanctificatio. K Circa tertium principale d̄ nostra sctificatione accipe ꝑ finali ꝯclone: ꝙ q̄libet fidelis debet sctificari hodie vt chrm iesum valeat suscipere digne natū crastia die. Et breuiter sufficiat ħ declarari sic. Quia si fideles ⁊ deuoti chriani esse volumus chrm dñm die crastina suscepturi sumus triplr. Prīo ꝑ corporalis ntitatis representationē: qꝛ eccłia repsentat in crastino officio quō chrs venit ad nos mirabiliter nasceñ. ex virgine. Scdo ꝑ spūalem grē infusionem ⁊ inhabitationē: sicut ipemet ꝓmisit Joan. xiiij. Si quis diligit me sermōes meos seruabit: ⁊ pater meus diliget eum: ⁊ ad eū ve. ⁊ mansi. ⁊c. Tertio per sacramentalē pñtiam ⁊ susceptionē: sicut ⁊ ꝓmisit Joan. vj. Qui manducat meam carnem ⁊ bi. me. sang. in me manet ⁊ ego in eo. Btūs ergo hō qui se ꝑ hac triplici chri susceptione sic sctificabit: sicꝙ solennitatē crastinam digne celebrabit.

Admonitio eccłie ꝑ isto festo. Quapropter eccłia nusꝙ per totū annum ꝑ aliquo festo in crastinum celebrando ad preparationē tam crebro admonet sicut hodie ꝑ die crastina in officio tā matutinali ꝙ̄ laudum ⁊ horaꝝ antiphonis ⁊ versiculis ꝙ̄ misse introitu ⁊ aliis similibus vt preparemur. Si queris quō debeas te sctificare vel ꝑparare? Rñr ꝙ ꝑ premisso christi triplici aduentu crastino debes te potissime triplr sanctificare. Primo pro aduentu corporali debes corpus in multa mundicia seruare ⁊ continere. Nā dt ps. Tu aūt in sctō habitas laus isrl'. Et sap.j. Non habitabit.s.deus in corpore subdito pctis. Nam ex quo filius dei nostram naturā assumpsit debemus ipam honorabiliter in mundicia seruare: ꝑpter q̄d dt Hiero. ⁊ hr in legenda. In hac nocte natiuitatis dñi omnes laborantes vicio sodomitico per totū mundum sunt occisi. Ad id cape exemplum materiale. Si eñ ꝑ festo crastino non vis corpore inbalneato esse: quanto magis debes sordes vicioꝝ abluere. Exemplum materiale Scdo ꝑ aduentu christi spūali debes mentem sctificare ab omni peccato ꝑ veram cōtritionem: ꝯfessionē: ⁊ satisfactionem. Si eñ domū tuā ꝑ die crastina scopatam ⁊ ornatam vis habere: quanto magis mentem vt dignetur chrs inhabitare. Greg. in homel. Tergat sordes praui operis.i. peccatorum qui deo preparat hospitiū mentis. Tertio pro aduentu vl' susceptione christi sacramentali in eucharistia debes vtrunꝙ.s. animā ⁊ corpus diligentissime sctificare ab omni non solum pctō sed etiam negligētia ⁊ quouis impedimento deuotionis: vt digne ad vitā eternam in sacramento accipiendā deuotissime accedas: iuxta illud .j. Cor. xj. Probet aūt seipm hō ⁊ sic de pane illo edat. O igitur charissimi recognoscamus dñi Jesu amorem erga nos in incarnatione ⁊ passiōe: ⁊ sanctificemur ad eius dignā susceptionē ⁊ deuotā crastinā solēnitatē: vt mereamur grām in pñti ⁊ gloriam in futuro Amen.

Itē ꝑ vigilia natiuitatis dñi aliū sermonē habes in Stellario de sctitate ioseph sub themate ex hodierno euā. accepto.s. Joseph fili Dauid noli time. acci. ⁊c.

De ntitate dñi Ser.j. cū legēda applicata.

Apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris nostri dei. Titū. iij. c.

A In quibus verbis recitatis in epła hodierna insinuatur nobis charissimi ex parte dei indicibilis pietas ⁊ charitas: ⁊ per ꝯñs ex parte nostri debita deo laus ⁊ gratiaꝝ actio ac iocunditas spūalis: deuotionisꝙ suauitas. Nimiꝝ ex parte dei quid potuit erga nos exhiberi maioris charitatis ⁊ benignitatis ꝙ̄ ꝙ ꝑ nobis pctōribus miserrimis ⁊ mortalibus hoībus qui sumus mali ⁊ ingrati serui ⁊ damnatiōe digni: ⁊ iustissimo iuditio patibulo infernali adiudicati. Nihilominus vt redimeremur deus ipe misericordissimus dilectissimū filium vnicum dñm iesum coeternū ⁊ consubstātialem dedit vt hodie nasceretur: ⁊ tandē ꝑ nobis patibulo crucis suspenderetur. Uñ Greg. in prefa. paschali dic. O ineffabil' dilectio charitatis: o mira circa nos tue pietatis dignatio vt seruū redimeres filiū tradidisti. Deniꝙ ex parte nostri insinuatur maximū gaudiū ⁊ debita gratiaꝝ actio ꝑ tanto beneficio diuine incarnationis ⁊ hodierne natiuitatis. Sicut q̄ppe videmus ꝙ si aliq̄ virgo de genere paupere: adamatur a rege ⁊ desponsatur magno regi: toti eius generi maximū est gaudiū. Et cū illi puelle ex rege nasceretur heres legitimus: adhuc maius gaudium cumulatur: quia sic genus regium denoluitur ad genus puelle: Sicut legitur de Hester. Sic ex quo deus pater desponsauit de nostro genere virginem Mariam: que virtute dei ⁊ spūsancti opere concepit ⁊ peperit hodie dei filium: per quem ad nos homines credētes est deuoluta hereditas ⁊ dignitas regia celestis: quia facti sumus filii dei ⁊ heredes christi Rom. viij. Maxime ergo iocūditatis ⁊ gratiaꝝ actionis atꝙ diuine laudis est hodie nobis materia vt exultemus ⁊ demus gloriam deo. Ad hec ergo premissa cōsideranda attentos nos reddit apłs ⁊ ecclesia per premissa verba in epistola hodierna.s. misse secunde: dic. Apparuit benig. ⁊c. q.d. ecclesia sic. O charissimi filii christiani: o fideles christi iesu benedicti: o anime deuote diligenter hodie attendite quanta ⁊ ineffabilis

dei charitas est erga nos exhibita: ꝛ q̄ īmensas deo laudes ꝛ gratias referre debeamus: q̄plenoq̄ corde ꝛ opere amorē rependere deo ꝛ christo obligamur: qꝛ ecce hodie apparuit benignitas ꝛ humanitas saluatoris nostri dei.s.in christi natiuitate. In quibus verbis apostolus tria precipua tangit que in chri iesu natiuitate apparuerunt contemplanda

¶ Prim chri benignitas:cū dr. Appuit benignitas
¶ Scdm chri hūanitas:cū subdit. Et humanitas.
¶ Tertium christi diuinitas:cum subnectitur. Saluatoris nostri dei. Et secundū hec sufficiat hic tria mysteria declarari.

B

Immensitas benignitatis diuine

Quarta similitudo. Quarta deniqꝫ silitudo est. qꝛ sicut ꝟbum mētis vnitur voci vt inotescat: ꝛ tamē non transit in vocē: sed manet integrū in mente: ꝛ totū est simul in auribus plurimorū p vocem. Sic fili⁹ dei totus est in pr̄e manēs: et vnitus carni nō transit in carnē: ꝛ totus est in celo ꝛ totus apud virginē: ꝛ vbiqꝫ. Et hoc est qđ dicit Joā. Uerbum caro factū est: ꝛ habitauit in nobis. In qbus ostendit ꝙ chr̄s sit deus ꝛ homo: non cōuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione hūanitatis in deū. vt dicit Athana. ꝛ ideo ait: ꝟbum. Ostēdit etiā ꝙ hec vnio non est tm̄ ꝼm actū anie per cognitionē ꝛ amorē: sed in vnitate suppositi vel psone. ideo dicit carnē vnitā verbo. Preterea oñdit ꝙ hoc ꝟtute diuina factū est ex ꝟgine: ideo ait. factū est: nō generatū vel natū. nam generatō ꝓprie dicit natiuitatē ex aliq̄ habēte rōnē seminalē. sic granum ex grano. Sed factio ꝓprie dicit aliqđ fieri ex aliquo non habēte rōnem seminalē ad id qđ erit in esse vt ptꝫ in artificialib⁹. Et quia totalit̄ a deo factū est nō ab vtero ꝟginali per naturalē vim: vel rōnem seminalem: vt ɔciperet̄ caro chr̄i: ideo ait. factū est. vt hec dic̄ Augu. libro q̄stionū noui ꝛ veteris testamēti. Et sic dicendo. Uerbū caro factū est. sensus est: acsi di. De⁹ homo fact⁹ est ex ꝟgine spūsancti ope. O ergo gratiosissimū dictū. O dulcedine ꝛ charitate plenū ꝟbum. grās tibi eterno ꝟbo dn̄o iesu chr̄o q̄ nos sic dilexisti. H

¶ Circa scd̄m de benignissima hūilitate chr̄i in nr̄e carnis assumptione: ex quo dicit̄. Uerbū caro factum. Queri pōt vnde vel quō decebat ꝓcellentē dei maiestatē hūiliari vsqꝫ ad vnionē nostre carnis vilis et mortalis. nam cū maiestas dei sit ifinita derogat ei ꝛ dehonestat eius glīam magnificētie tanta humilitas vt videtur. sicut si rex magn⁹ veste incederet rusticali: ligatus cathenis vel cōpedibus. ꝛc. Sed ad hec respondetur per tres ꝟitates: accipiendo

¶ Primam ex honorificentia maiestatis

¶ Scđam ex ꝓeminentia bonitatis

¶ Tertiam ex iusticia veritatis

Humilitas incarnatiōis chr̄i in nulle derogauit maiestati diuine. ¶ Prima ꝟitas maiestati diuini honoris in nullo derogat qnimo ipam cōmendat humilitas incarnatiōis. Declarat̄ pmo qdem. qꝛ nō derogat eius ꝓcellētissime honorificētie: sed potius illam cōmendat: qm̄ quāto quis maior est honore tanto in ipo cōmendabilior est virtus hūilitatꝫ. vt detestat̄ Ber. di. Non magnū inqt est esse humilē in abiectione: sed magna ꝓrsus ꝛ rara ꝟtus est hūilitas honorata. Idēz. Hūilitas in honore honor est honoris. Propterea Eccli. iij. scribit̄. Quāto maior es humilia te in omibus. Unde ꝛ scptura in hoc deū commēdat: ꝙ excelsus dn̄s: ꝛ tamē humilia respicit in celo ꝛ in terra. Scđo non derogat ista hūilitas diuine oipotentie: sed illam cōmendabilē ostendit in eo ꝙ pōt ꝛ idipm̄ facere: vt deus sit homo. Unde Leo papa in sermo. Deitas inqt nullū detrimentū oipotētie subijt: nec dei formā fui forma violauit. quia sūma et sempiterna essentia que se ad hūani generis salutē inclinauit: nos qdem in suam glīam trāstulit: sed quod erat esse nō desiit. Maiestati igit̄ dei corporea natiuitas nihil abstulit: nihil ɔtulit. quia substātia incōmutabilis nec minui pōt nec augeri. qđ eñ ꝟbum caro factū est: nō hoc ꝼcat quod in carne sit dei mutata: sed qđ a ꝟbo in vnitatem psone sit caro suscepta: in cui⁹ noīe homo tot⁹ accipit̄. Hec ille. Et ad id cape exēplū. Nam non derogat maiestati vel pcti regꝫ: si ꝓ causa rōnabili ꝛ vtilitate suoꝝ veste vili et lugubri aut fedata induat̄. aut etiā si se ex mera volūtate cōpedibus: aut qđ mai⁹ est morti laudabiliter ꝓ suoꝝ liberatione ꝛ bono statu regni subijciat: ꝗuis si tale qđ faceret coact⁹: vel ex penuria derogaret. quia non seruaret̄ in hoc maiestatis status. sic in ꝓposito. Tertio ista humilitas incarnationis nō derogat qualitercūqꝫ ꝓcellenti glīe dei. sed illam in nostre carnis silitudie manifestādo cōmendat per euidentiā sue diuinitatꝫ ꝛ veritatis. Propterea ad eius laudē et glīam postqꝫ Joā. ait. Uerbū caro factū est ꝛc. subiūxit Et vidimus glīam eius: glīam q̄si vnigeniti a pr̄e. Nā claruit eius glīa et viderūt apl̄i. s. ꝓ testimoniū pr̄is in transfiguratiōe: ꝛ per angeloꝝ obsequiū: qꝛ angeli ministrabāt ei sicut deo ꝛ dn̄o. Math. iiij. Et per obediētiam creaturaꝝ ad eius nutū in oībus miraculis tanq̄ creatori: ꝛ per resurrectionē ꝛ ascensionē gl̄iosam: atqꝫ spūsanctī missionem. I

Scđa ꝟitas excellētia diuie bonitatꝫ. Scđa ꝟitas ꝓxcellētiā diuine bonitatis cōdecebat ꝟtus pfecte hūilitatꝫ in assūptione nr̄e carnis. Declarat̄. quia cū in deo sint oīa bona in infinitū. ꝗ sicut decebat dei bonitatē manifestare suam indicibilē liberalitatē in creatiōe rerū: misc̄diam ꝛ pietatē in subueniēdo oībus. quia solē suū facit oriri sup bonos ꝛ malos. Mat. v. Patiam ꝛ lōganimitatē in expectādo pctōres ꝛc. Et quoniā humilitas est vna virtutū ꝛ gratiaꝝ deo multū accepta ꝼm scpturas. Jđ decuit ipam pfectissime manifestari in deo bono. ꝛ hoc patuit in incarnatiōe in qua charitatē: pietatē: ꝛ humilitatem pmaximā ostēdit: cū sic hoiem redemit. Un̄ Pe. aure. lib. iiij. cōpendij. ca. vj. dicit sic. Humilitas decuit deū tanq̄ vna virtutū regaliū: sed nō potuit humiliari vsqꝫ ad penas in natura diuina. Oportuit ergo hūiliari in alia natura. s. humana passibili. Hec ille. K

Pensata dei iusticia. Tertia ꝟitas. ꝙ pensata dei iusticia ꝛ ꝟitate oportebat dei filiū pro nobis satisfacere in nostre carnis hūilitate. Declarat̄ breuit ex sn̄ia Anshel. lib. j. Cur de⁹ homo. ꝼm mentē docto. sup. iij. dist. xx. quia. s. iusticia dei reqrebat per satisfactionē reparī hoiem cōuenientissime ad btitudinem: ad quā ꝼm ꝟitatem erat ordinatus a qua ceciderat per pctm̄ ꝛ ideo optebat ꝼm iusticiā vt tantā esset humilitas in redēptore chr̄o: quāta fuit supbia in ꝓuaricatore. s. homine. Sed quia tanta fuit supbia in homine: vt voluerit fieri sicut deus. ꝛ ideo humilitas tanta debuit esse ꝼm ꝟitatē iusticie diuine: vt de⁹ fieret homo: ꝛ per istum redimeret̄ homo. Pro exemplo ɔgruo accipe. Nam regi quantūcunqꝫ. s. magno nō derogat eius glīe si deuincat̄ pietate: iusticia: ꝛ veritate aut humilitate: sed potius cōmēdat̄ ex hoc eius maiestas per pietatē vel ꝓ obtpatione iusticie: aut ꝓ mitigationē humilis supplicatiōis. nam ꝛ nobilis ira leonis parcere ꝓstratis cōmendat̄. Sic etiā veritati inclinari ꝛ obedire. Huius figura lib. iij. Esdre. ca. iij. Cum

Exemplū figurale. Darius rex fecisset cenam ꝓncipibus: tres iuuenes ꝓposuerunt ꝓblemata sic. Primus dixit. Forte est vinū. Alter dixit. Fortior est rex. Tertius ait. Fortiores sūt mulieres: sup oīa vincit veritas. Spiritualiter ad ꝓpositum. Forte fuit vinū. s. amorose pietatis que dei maiestatē deuicit inclinando ad parcendū homi. Sed fortior fuit rex: scꝫ iusticie que deū vicit: vt per satisfactionem homo redimeret̄. Adhuc fortior fuit mulier. i. Marie humilitas: qua deus pius adeo est victus vt in eius vterū descēderet: ꝛ carnem suscipet pro nobis. Et sup oīa vicit ꝟitas diuine ꝓmissionis: vt deus pro homine in suo corpore satisfaceret moriēdo in cruce. O q̄ sublimis humilis deus. O gloria angeloꝝ ꝛ opprobriū hominū. O altissime deus ꝛ puule infans Jesu nate: tuā adoramus ꝛ laudam⁹ maiestatē diuinā pro tua humilitate grās agimus ꝛc. L

Amorositas deuota pueri chr̄i. ¶ Circa tertiū ꝓncipale de amorositate deuota pueri iesu accipe pro cōclusione ꝟbum Bern. ꝙ magn⁹ dn̄s ꝛ laudabilis nimis hodie est natus puulus ꝛ amabilis nimis. Declarat̄. Nam apud homines pueri sunt amabiles si sint decori ꝛ pulchri: sicqꝫ mundi ꝛ puri: ꝛ si sint de magna ꝓgenie ꝛ nobili. Sed si diligenter intuemur hūc hodie natū pueꝝ iesum sūma lucet pulchritudine: qꝛ speciosus forma pre filijs hoim ꝼm ps. imo ꝛ pre milibus angeloꝝ. vt ait Bern. Sūmaqꝫ in h̄ puero est mūdicia. qꝛ de ꝟgine mūdissima cōstat nat⁹. Deniqꝫ ꝓgenies altissima ꝛ sup regia. qꝛ altissimi dei nobilissim⁹ fili⁹. Et cū sit talis ac tantus: tanto charissimi nobis reddit̄ amabilis quāto deuotius ꝓspicimus ipm regem angelorum creatorē nostrū adeo humiliatū ꝓ nr̄o amore: vt

vt pote in stabulo natũ: pãnis vilib⁹ inuolutũ: in p̃sepio bouis ⁊ asini reclinatũ: in p̃sentia ꝟginis mr̃is pauprime vagientẽ: lachrymantẽ: plorantẽ. O sanctissima puella ꝟgo regina omĩ gr̃a plena: quid tu faciebas: quas gr̃as deo agebas: quãta suauitate cordis ardebas: cũ dei ꝟbuz carnẽ ex te factũ adeo humiliatũ coram te iacentẽ cernebas? quomõ cõtinere te a fletu poteras dũ videbas dñm celi: ⁊ tuum virgineũ natum pre frigore plorantẽ. ⁊ vnde ip̃m calefaceres: aut ignẽ parares nõ habebas. Uidebas tenerrima mẽbra eius mollicie cunabuli expetere: ⁊ nõ nisi durũ fenum habebas. Sciebas qr ip̃m regẽ regũ purpura ⁊ bysso atq̧ puluinarib⁹ fouere te deceret: ⁊ tamẽ non nisi paucos ⁊ viles pannos habebas. O om̃es filij Adam. o aĩe chr̃i sanguie redẽpte expgiscimini ⁊ videte: si vnq̃ȝ tale visum est a p̃ncipio mũdi. En deus celi flet ⁊ plorat in arto p̃sepio pro nostris pctis. tu aũt peccator nec pietate: nec eius amore flecteris vel cõpungeris ad fletũ peccatoꝝ tuorum. Flete ergo flete charissimi: ne tandẽ in et̃nis cruciatibus flere cogamini. Accedite nunc ⁊ dicite. O verbum eternũ dei patris. O amãtissime paruule. O dulcissime iesu miserere nobis pctõribus: ⁊ da gr̃am in presenti: ⁊ gl̃iam in futuro Amen. Exempla de efficacia huius euãgelij vide ĩfra de sancto Joãne euangelista sermone. ij. in fine.

¶ De s. Stephano ꝓtomarty. Ser. j. cũ legẽda.

STephanus plenus gr̃a ⁊ fortitudine faciebat ꝓdigia ⁊ signa magna in populo. Act. vj. ca. A Sancta mater eccl̃ia spiritu sancto edocta ordinare voluit post festũ natiuitatꝫ dñi ĩmediate sequi festũ b. stephani ꝓtomartyrꝫ: q̃uis non ista die: sed in die inuẽtionis eius que est tertia dies Augusti passus fuerit ip̃e btũs Stephanus martyrium. Hic tamẽ instituit eius passionis festuz ecclesia. Tum ꝓpter reuerẽtiã ⁊ cumulũ gaudij ip̃ius natiuitatis dñice: vt. s. fideles nõ vnico tm̃ die: sed pluribus subsequẽtibus gaudeãt ⁊ gr̃as agant pro christi natiuitate. et sic mereant̃ in celo eternaliter gaudere cum christo in societate sanctoꝝ. Tum etiã qr hodie multa miracula facta sunt a deo in ipsa inuẽtione corpis btĩ Stephani facta reuelatione cuidã p̃sbytero nomĩe Luciano. Anno a natiuitate dñi. ccccxvij. Hec quippe inuentio corpis eius Hierosolymis fuit sc̃da die natiuitatis dñice: ⁊ translatũ eodez die fuit illud sanctũ corpus ad eccl̃iam Sion que hierosolymis habet̃: vbi. s. Stephanus archidiaconatus officio functus fuerat: Et isto die fuit magnũ tunc gaudiũ celebratũ Hierosolymis: magnoq̧ miraculo de loco sepulture eius fragrauit tunc suauissimus odor. Ad cui⁹ mirã fragrantiã. lxx. homies a diuersis infirmitatib⁹ sunt liberati. vt meminit Beda in Chronica sua. et ptz in legeñ. Deniq̧ cõgruent̃ festa hec mutuis suis diebus sunt cõmutata: vt. s. natiuitati chr̃i cõtinuaret̃ natale sc̃ti Stephani ꝓtomartyris potius q̃ȝ festũ inuentionis illo die facte: ꝓpt̃ hoc. quia vt ait Fulgeñ. Chr̃s natus est in terris: vt homo nasceretur in celis. qd̃. s. nasci in celis fit in obitu. Unde obitus sanctoꝝ natale dicit̃. ideo post chr̃i natiuitatẽ cõdecẽter subsequit̃ festũ trãsitus Stephani in passione sua: ⁊ inuentio ad alterũ diem. s. tertiũ Augusti transfertur. Proinde canit eccl̃ia. Heri chr̃us natus est in terris: vt hodie stephan⁹ nasceret̃ in celis. Ad honorẽ itaq̧ beati stephani p̃missa ꝟba hodie accepimus p sermo. quibus cõmendat̃ sic. Stephanus ple. gr̃a ⁊ forti. ⁊c. In q̄bus ꝟbis ip̃e b. stephan⁹ cõmendat̃ triplicit̃. Et s̃m hec tria mysteria notabimus.

¶ Primo a gr̃osa plenitudiue: quia dicit̃. plen⁹ gr̃a.
¶ Sc̃da a ꝟtuosa fortitudie: cũ subdit̃. ⁊ fortitudie.
¶ Tertio a miraculosa sanctitudine. quia dicit̃ ꝙ faciebat signa. ⁊c.

B
Gr̃osa plenitudo sancti stephani.

B ¶ Circa primũ de plenitudine gr̃e stephani q̃stio occurrit. Quõ sc̃tũs stephan⁹ dicat̃ in scp̃tura sacra plenus fuisse gr̃a: cum hoc attribuat̃ pro solius chr̃i ⁊ eius matris p̃rogatiua. Nam illis exceptis de nullo alio cõmuni sc̃tõ: p̃terq̃ȝ de btõ stephano legit̃. s. tam notabilr̃ in canonica scp̃tura ꝙ fuerit plen⁹ gr̃a ⁊c. vt notat Bonaueñ. in suo sermo. Sed de maiorib⁹ legimus aliq̃s repletos spũ sancto: vt ap̃los Actu. ij. Repleti sunt om̃es spiritu sancto. Uel impletos. vt zachariã ⁊ Helisabet. Lu. j. quia nimirũ plenitudo gr̃e altissimã notat sanctitatis p̃rogatiuã. Sed ad hec respondet̃ per ꝯclusionẽ: ꝙ btũs stephanus speciali p̃rogatiua merito dicit̃ plenus gr̃a. Declarat̃ sic. nam notant docto. ⁊ distinguunt p̃cipue quadruplicẽ plenitudinẽ gr̃e. Prima dicit̃ superessfluentie ad silitudinem fluminis sine mẽsura abũdantissime ⁊ cõtinue effluentis. Et hec plenitudo est ꝓpria chr̃o: qui habet gr̃am non ad mẽsuram. Uñ Jo. iij. Non em̃ ad mensurã dat deus. s. chr̃o homi spm̃. Pater em̃ diligit filiũ: ⁊ om̃ia dedit in manu eius. hec ibi. Et Joan. j. De plenitudine eius oẽs nos accepim⁹ gr̃am.

supeffluẽtie

Secũdo dicit̃ plenitudo excellẽtie ad silitudinẽ fontis velociter ⁊ abũdanter emanantis. Et hec est ꝓpria beate ꝟgini Marie que est mat̃ gr̃e. Unde angel⁹ eam sic salutauit Lu. j. Aue gr̃a plena ⁊c. scz sup om̃es angelos ⁊ sanctos. Sicut em̃ s̃m Anshel. de cõceptu ꝟgina. ip̃amet nitet puritate tanta qua maior sub deo nequit intelligi. sic ⁊ habet gr̃e plenitudinẽ tantã qua sub deo maior esse nequit. imo ⁊ ab eius plenitudine velocissime ⁊ abũdanter effluit in om̃es. Unde Anshel. ⁊ Ber. dicunt. Deus oĩm bonoꝝ plenitudiuẽ posuit in Maria vt siquid gr̃e: siquid spei: siquid salutis in om̃es nos redundauerit: nõ nisi per manus Marie transierit ⁊c. O ergo chr̃iane disce sũma deuotiõe venerari eã.

Excellentie

Tertia dicit̃ plenitudo abundantie ad silitudinem riuuli q̄ fuit in ap̃lis: qui spm̃ sanctũ in tanta abũdantia receperunt: vt non tm̃ ip̃is esset sufficiens: sed etiam alijs omibus miraculose possit esse efficax ad salutẽ. Unde Act. ij. Repleti sunt oẽs spiritu sancto: ⁊ ceperunt loqui ⁊c.

abundantie

Quarta dicit̃ plenitudo sufficiẽtie ad silitudinẽ vasis pleni: quaz habent oẽs fideles. Nam sicut vas tunc dicit̃ plenũ vino: quãdo s̃m sue mẽsure ꝓportionẽ sufficienter habet de vino. sic fidelis aĩa que habet gr̃am spũssancti s̃m suam mẽsuram charitatis. s. diuine sufficientie saluti dicit̃ plena spũ sancto. Eph. iij. Impleamini in oẽm plenitudinẽ dei. Ly. i. gr̃e spũssancti. Ad ꝓpositũ btũs plenus dicit̃ gr̃a quadã speciali p̃rogatiua nõ solũ plenitudĩe sufficientie q̄ad seip̃m: sed plenitudine abũdantie que appuit in hoc ꝙ spm̃ sanctũ accepit cũ ap̃lis ad loquendũ varijs linguis ⁊ ad fortit̃ sufferẽdũ q̄cunq̧ aduersa pro chr̃o tanta charitate: vt etiam pro inimicis ip̃m occidẽtibus deũ exoraret. Et insup ad faciendũ multa ⁊ magna ꝓdigia ac signa pro fidei cõfirmatione. Ideo merito dicit̃ plenus spũ sancto: ne minorem gr̃am ⁊ sapĩam putet̃ habuisse ap̃lis: q̃uis dignitate ap̃latus illi fuerint p̃eminentiores. ⁊ vt ceteris discipulis vel fidelibus coibus ampliorẽ plenitudinẽ habuisse ostendat̃. Unde Augu. Inter diacones Stephanus noiatus est p̃mus. sicut inter ap̃los p̃mus nominatus est Petrus. Idẽ. Licz stephanus ab ap̃lis diacon⁹ ordinatus sit: ip̃os tamẽ triũphali morte p̃cessit. Et qui inferior erat ordine: p̃mus factus est passione ⁊ corone adeptione. Idẽ. In stephano emicuit pulchritudo corporis flos etatis: eloquẽtia s̃monis: sapientia sc̃tissime mentis: ⁊ opatio diuinitatꝫ. O ergo magne deus. o bone iesu bñdicaris ⁊ lauderis in hoc sancto. C

sufficientie

C

¶ Circa sc̃dm de ꝟtuosa fortitudine accipiam⁹ pro cõclusione. ꝙ om̃es fideles christi exemplo btĩ stephani debent conari vt sint ⁊ gr̃a pleni: ⁊ fortitudine pfecti Nam ꝓpterea hec duo scp̃tura in btõ Stephano fuisse cõnectit pulcherrime: ꝙ scz fuit gr̃a ⁊ fortitudine plenus. quia sicut gr̃a: ita ⁊ fortitudo est donũ spiritussancti. ⁊ gr̃a sine fortitudine cito amittit̃: quia per fortitudinem ⁊ non alias solidat̃. Ideo. Esa. xj. Req̄escet sup eum spũs dñi: spũs sapiẽtie ⁊ intellectus et fortitudis

Sed hic querit̃ qualis fortitudo dicit̃ vere donũ spiritussancti? Pro respõsione notandũ s̃m docto. plurimos ꝙ fortitudo distinguit̃ quadrupliciter.

Fortitudo quadrupliciter.

¶ Prima est corporalis
¶ Secunda criminalis
¶ Tertia virtualis

¶ Quarta victorialis.

Corporalis. ¶ Prima est corporalis, et hec ad bonū vsum exercēda. sm illud ps. Fortitudinē meā ad te custodiā. i. cōseruabo: vtendo ea ad tuum honorē. Sicut fecit Dauid bel-
Criminalis. lando cōtra hostes dei et populi israel. Scda est fortitudo criminalis: qua qs fortis est ad vicia pperrāda. Unde. xlvij. di. ca. Omes. habet sic. Oēs huius seculi amatores fortes sunt in terrenis rebus: in celestib' debiles. Nam p tempali gl'a vsqz ad mortē desudare appetūt: et pro spe ppetua: nec parū in labore qdem subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerāt: et pro celesti mercede vel tenuissimi verbi ferre cōtumelias recusant. terreno iudici tota etiā die assistere fortes sunt: in orōne pro coram dño: vel vnius hore momēto lassant. Hec ibi. Et sunt dicta Grego. xix. moral. Cōtra tales Esa. v. dns cōminat dicens. Ue qui potentes estis ad bibendū vinū: et viri fortes ad miscendā ebrietatē. ppt hoc sicut deuorat stipulā et ligna flāma ignis: sic radix eorū quasi fauilla erit. s. in inferno. Tertia
Virtualis est fortitudo virtualis. et hec est ad salutē necessaria oībus in tribus. s. i fide: in spe: et in charitate. Primo dico in fide: in qua hō nil debz vacillare. qr vt habet extra de here. Dubius. Dubi' in fide infidel' est. Immo adeo dz esse fortis hō in fide vt etiā si angel' sibi appendo aliud suaderet p anathemate deberet reputare. Sic ad Galathas. j. apls ait. Licet nos aut angel' de celo euāgelizaret vobis: pterqz qd euāgelizatū ē vobis anathema sit. Hinc. j. Pe. j. Aduersari' vester tanqz leo rc. cui resistite fortes in fide. et Athanā. Hec ē fides catholica quā nisi qs fidelit firmi. credi. sal. esse non po. Scdo debet hō esse fortis in spe. Heb. vj. Fortissimū solatiū habemus qui cōfugim' ad ppositā spem. D Sed hic qrit

D Christianus debet tā fortis spei esse vt spat se de nūero saluādorum.

Utrū hō chrianus debeat esse tam fortis in spe: q etiā si sciret certitudinalit nō nisi tres hoies de mūdo fore saluādos: adhuc nihilomin' deberet spare se vnū esse de numero saluādorum? Rūdet ad hoc sm Rayn. in summa sua q sic. Et hoc declarat pmo rōne cautiōis. qr qlibet quātuscunqz pctōr debet cauere ne cadat in desparōez q est pctm pre aliis grauissimū. vt dt Isido. et Hiero. Grauius inquit peccauit iudas desperando qz chrm tradendo. Nullo ergo pacto vel posito casu est despandū. etiā si putaret qs se dānandū: ne grauius peccet: et acerbi' in
Virt' rōnis. inferno puniat. Scdo rōne virtutis. qr spes est vna virtutum theologicarum ad salutē necessaria. et ideo nullo casu relinquēda: sed sp et vbiqz habēda et fuanda. qr dicit ps. Btūs cuius est nomē dñi spes eius. dicit nomē dñi qd est iesus. i. saluator. Et ideo qlibet spare debet q ppter nomē sue bonitatz deus saluare velit quēlibet. j. Tim. ij. Deus q oēs homies vult sal. fieri: et ad ag. ve. ve. Proin. Eccli. xiiij. Felix qui nō habuit animi sui tristiciā. Ly. s. in bonis opibus exequēdis: et nō excidit a spe sua: q. s. spes est certa expectatio future btitudinis ex dei gra et meritz pcedētibus prouenies. vt ait mgr in iij. dist. xxvj. Tertia q ratio ad idē declarādū est. qr
Gra dei. gra dei oībus volētibus et facietibus qd in se est psto est: nec cuiqz qrenti vero corde negat: saluatore teste. Ois q petit accipit (inqt) et q qrit inuenit rc. Mat. vij. Uñ de cōse. dist. iiij. Nec quēqz. dt Cyprīa. papa. q sic dies oībus eqaliter nascit. et sicut sol sup oēs pari et eqli luce diffundit. sic quāto mag chrs sol et dies verus in eccl'ia sua lumē vite eterne pari eqlitate largit. Uñ dato q etiā si tibi cōstaret q de hoc mūdo nullus pter vnū saluari deberet: adhuc nihilomin' sperare deberes te esse illū saluandū. Hoc est dicere q deberes a peccatz cōuerti: et bonis opibus ac meritis vite eterne exercere te: sperās de dei bonitate et gra q salutē sis tu cōsecuturus. Et sic ptz. Tertio dixi q hō debet esse for-
Hō fortis chāritate. tis in charitate: adeo vt dicere possit cū aplo Romañ. viij. Quis nos sepabit a charitate chri? rc. Cert' sum ait: q neqz mors: neqz vita: nec creatura aliq poterit nos sepāre a charitate dei: que est in chro Jesu. Unde tam fortis debet esse in homie charitas: vt pro toto mundo. nolit deum offendere mortali pctō: sed mag vt ait Augusti. eligat homo deo dilecto mori: qz ipo offenso viuere. Ista fortitudo virtualis: scz in fide: spe: et charitate est donum spiritussancti vere gratuitū. et ideo oībus fidelibus amplectendū: vtpote ad salutem necessariū.

E Victorialis. E Quarta fortitudo dicit victorialis: qua homo vincit oīa temptamēta resistendo viriliter carni: mundo: et diabolo. et hec etiam est donū spiritussancti que hoiem coronat Jac. j. Btūs vir qui suffert tentationē: quoniā cum pbatus fuerit accipiet coronā vite. Unde hec est ad salutē oportuna. Juxta illud ps. Fortitudo mea et laus mea dns: et factus est mihi in salutē. Et est hic predicatio per causam sm Magistrū in pmo. quia deus in nobis causat istam fortitudinē. Ex dictis ptz. q fortitudo inquantū est donū spūssancti: est qdam habit' q nobis infundit a spū sancto mentē vigorās: ne. s. per pspera vel aduersa deficiat aut frangat a mādatis dei: sed viriliter resistat tentationi. Uñ Macrob. Fortitudo est animū supra metū piculi agere: nilqz nisi turpia timere et aduersa et pspera fortiter tolerare. Hec ille. Ista fortitudie et gra plenus fuit Stephanus. vt notat thema.

F Questio. An vtili' sit hoi hre sepi' tētationes. F Sed qstio occurrit. Utrū vtilius sit homi ad salutē carere penitus tētatione: vel habere sepi' tentationē? Respōdet Bona. li. de pfectu reli. dicēs. q hoc solius rei exitus pbat. qr habere tētationes et eis virilit resistere magne virtutis ē. supasse pro et triūphasse de ipsis gl'iosum est. Carere aūt eis cōmodius et securi' est. succūbere piculosum est. appetere eas et sese ingerere incautū maxie infirmis et impfectis. exercitare se tamen ad pugnā spontaneā cōtra spūalia vicia: vicz iram: inuidiā: vanam gl'iam rc. aliqn vtile est. vt pbi gra. q int illos morari diligit qui eum districte corrigūt vt discat patiam. aut qui districtū cōfessorem eligit qui in oībus frāgit eius volūtatem: vt sic assuescat humilitatē et obedientiā. De carnalibus aūt vicijs hoc est piculosum et stultū. sed fugiēde sunt eorum occasiōes et a memoria tollēde: atqz a familiari societate mulierū maxie est fugiēdum. j. Thes. v. Ab omi specie mala abstinete vos. vñ Hierony. aduersus Uigilañ. qui ei dicebat. Cur pergz ad eremū? Respondit. vt te non videam: vt tuo furore non mouear: ne me capiat oculus meretricis. Respondebis. hoc non est pugnare; sed fugere. Fateor inquit ibecillitatē meā: sed nolo spe pugnare victorie: ne perdam aliquādo victoriā. si fugero gladiū euitaui. Idē. Uir et mulier: ignis et palea. et hos diabolus insufflare non cessat vt succedat. O itaqz tu homo disce a sanctz vt fugias fornicationē. O Christiane accipe exemplū sanctitatis imitande in isto beato Stephano: qui fuit quidē mulieribus ppositus: virginalez tamē castitatem illibate custodiuit: nec prosperis nec aduersis imo nec metu mortis a charitate chri separe potuit. ppterea merito gra et fortitudie plenus est dict'. Ecce iam regt in celis coronatus. Et tu ergo sis fortis frenādo carnē: et in omibus tentationib' et aduersis sta fortiter in chri amore: vt valeas in celo cū sctis et dño iesu regre. G

G Magnitudo miraclorum. s. Stephani. ¶ Circa tertiū principale de miraculorum magnitudine vel sanctitate accipe pro cōclusione scptum bti Augustini in smo. et in libro. xxij. de ciuita. dei. q scz beati Stephani sanctissima merita benedictus Jesus declarauit in eccl'ia per innumera et maxima miracl'a. Et ad id refert legenda sm Augusti. plurima. Ex quibus aliqua breuiter sufficiant hic annotari quadrifarie pro faciliori capacitate. Primo in eius passione deus ostendit magna miracula. Primū. quia vt habet Actu. vj. Stephanus cum fuisset raptus in conciliū. et p testes falsos accusaret: ecce coram oībus angelico vultu refulsit. Secundū qqz miraculū. quia intendens in celum: tunc vidit gl'iam dei et ait. Ecce video celos apertos: et Jesum stantem a dextris virtutis dei. Ad quod pbum illi exclamātes continuerūt aures: et impetu faciētes eiecerunt eū extra ciuitatē: lapidauerūtqz ipm Tertiū miraculū. qua cum lapidaret aderat et Saulus seuiens in eius necem. Ipe pro positis genibus clamauit voce magna dicens. Domie: ne statuas illis hoc pctm. et sic obdormiuit in dño. Hec autē eius orō fuit a dño exaudita: et tam efficax: vt Paulū miraculose conuerteret ad christū. sicut dicit Augustinus. Et de serie sue passionis latius in alio sermone prosequmur: ne hic

plixitatē faciamus. Deniq₃ quartū miraculū fuit: quia
corpus eius extra ciuitatē ꝓiectum est: vt a feris ⁊ aui
bus deuorarel: sed chr̄s h̄ ꝓhibuit. ⁊ cū p Gamalielē
fuisset collectū ⁊ sepultū: reliq̄as eius ⁊ ossa vsq₃ ad an
nū dn̄i. ccccxvij. quo sunt reuelata: in terra ꝯseruauit
H mirifice. Et sic ptꝫ. H Scd̄o in eius inuētiōe chr̄s
stephani inuentio miraculosa. dn̄s plibus miraculis ip̄m honorauit. Primo q̄dem: q̄a
miraculose manifestauit eius reliq̄as: et honorifice in
eccl'ia Sion recōdi voluit. Nam vt habel in legē. pre
sbyter Lucian⁹ in territorio Hierosolymitano. cum fe
ria sexta in stratu pene vigilans q̄sceret. Senex vir q̄
dam decorus pallio candido gēmis ⁊ aureis crucibus
cōtexto ⁊ caligis deauratꝫ indut⁹ eidē appuit: ⁊ in ma
nu eius ṽga aurea qua tetigit eum dicēs. Sūma cum
diligētia nr̄os patefacito tumulos. quia despecto loco
recōditi sumus. Uade igil ⁊ dic Joāni ep̄o Hierosoly=
mitano vt nos in honorabili loco reponat: q₂ cū siccitas
⁊ tribulatio mundū cōcusserit: nostrorꝫ suffragijs deus
mūdo ꝓpiciari decreuit. Cui ille ait. Quis es domie?
Ego inquit sum Gamaliel qui ap̄lm Paulū enutriui et
legem docui. qui mecū iacet est sctūs Stephanus pro
chr̄o a iudeis lapidat⁹: ⁊ tandeꝫ per me sepult⁹. Alius
q̄q₃ qui mecū iacet est Nicodem⁹ nepos me⁹: qui vene=
rat ad iesum nocte: q̄ eo q̄ baptisma susceperat per p̄nci
pes sacerdotū deposit⁹ a p̄ncipatu: ⁊ mltis ṽberib⁹ affe
ctus semiuiu⁹ est relictus. quem post aliq̄t dies defun
ctū ad pedes beati Stephani sepeliri feci. Sed ⁊ ter=
tius qui mecū est fuit fili⁹ meus Abibas: q̄. xx. anno sue
etatis mecū baptisma suscepat: ⁊ virgo ꝑmansit. Uxor
aūt mea ⁊ filius me⁹ Selēnes chr̄i fideꝫ nō receperūt:
ideo nequaq̄₃ nr̄a digni fuere sepultura: ⁊ eorꝫ tumlos
vacuos ⁊ inanes repies. hec dicēs disp̄uit. Tandē Lu
ciano orante dn̄m appuit scd̄o: ⁊ deinde tertio appens
ostēdit tres calathos aureos: ⁊ quartū argēteū dicēs.
Et inquit posses discernere nr̄as reliq̄as calathus pri
mus plenus rubeis rosis est loculus Stephani marty
rio coronati. alij duo pleni rosis albis sunt mei ⁊ Nico
demi loculi: qui syncero corde in fide chr̄i pseuerauim⁹
Quart⁹ aūt argente⁹ croco plen⁹: est Abibe filij mei vir
ginali mūdicia pollentis. ⁊ sic disp̄uit. Lucian⁹ aūt per
ordinē ep̄o hec enarrauit. ⁊ ad locū accesserūt p̄dictū:
fodieñ. in villa nomie Caphargamala: que. xxij. milia
rio puo distat a Hierl'm. Cunq₃ fodere cepissent: factū
est scd̄m miraculū. quia. s. terra concutil: ⁊ suauissimus
odor sentil. Tertiū q̄q₃: q₂ ad mirā odoris fragrantiam
lxx. hoīes a varijs infirmitatib⁹ mox liberanl. ⁊ sic cum
magno gaudio corpa translata in eccl'ia sion honorifice
sunt cōdita. Deniq₃ tunc quartū miraculū fuit. q₂ eadē
J hora pluuia magna descendit: ⁊ siccitatē fugauit. J
Miracl'a in eius translatione. Tertio in ei⁹ trāslatione chr̄s fecit pl'a alia miracl'a.
Nam vt Augu. ait: tandē de illa eccl'ia sion trāslate sūt
reliquie bt̄i Stephani Cōstantinopolim. Cum aūt na=
uim cōscendissent cū illo bt̄o corpe: ecce hymni angeli=
ci audiunl. Jtem odor effragrat. Jteꝫ demones clama
re ceperūt: dicētes. Ue nobis. q₂ ꝓtomartyr Stepha=
nus transit: diro nos verberās igne. Cunq₃ Calcedo=
nem venissent: demōes iterato clamauerūt. Seru⁹ dei
venit: qui ab iniq̄s lapidatus est iudeis. Jtē in mari su
scitauerūt demones tempestatē. Cunq₃ naute formida
rent naufragiū: Stephanus inuocal: ⁊ cōtinuo appuit
dicēs. Ego sum: nolite timere: statimq₃ magnā tranqlli
tas subsequil. Tunc audite sunt voces demonū di. Na
uem accēde: q₂ aduersari⁹ noster Stephanus est in ea.
Et ecce apparuerūt quinq₃ demones nauem incēdere
volētes. Sꝫ angel⁹ dn̄i apparēs in p̄fundū eos dimer=
sit. ⁊ sic illi venerūt incolumes Constantinopolim: ⁊ in
K quadā eccl'ia corp⁹ reuerenl cōdiderūt. K Quar=
Deportatio corpis. s. stephani ad romam. to in eiusdē Romā deportatiōe mag̃ ⁊ multa fuerūt mi
racula. Prio q̄dem. q₂ Theodosius impator hēbat fili=
am noīe Eudoxiā. hec a demone grauiter vexabal: q̄ de
mon clamabat. Nisi inquit Stephanus Romā veniat:
non exibo. Q̄d cum impator audisset: impetrauit a Cō
stantinopolitanis: vt corp⁹ scti Stephani Romanis da
rent: et ipi ꝓ eo corpus bt̄i Laurentij accipent. Et Pe=
lagius papa cōsensit. Adducil itaq₃ Romam anno dn̄i
ccccxxv. Demonq₃ in puella clamauit: q̄ Stephanus
apud frēm suū Laurentiū sedeꝫ elegit. Jlluc ergo cor
pus deferl: et ad eius tactū puella a demone liberal.
Ecce autē Laurētij corpus in alterā ptem sepulchri se
cōuertit: ⁊ medietatē vacuā fratri reliquit: Jcans con=
gratulari de eius aduētu. Greci aūt dum manus appo
nunt: vt. s. Laurentiū tollant velut exanimes corruerūt:
⁊ om̄es infra decem dies mortui sunt. Tunc vox ange=
lorū de celo audita est. O felix Roma que corp⁹ Lau=
rentij ⁊ stephani tam gl'iosa pignora vno claudis mau=
soleo. Jtem refert ibidē Augu. q̄ adeo exuberat bt̄us
Stephanus martyr miraculorꝫ beneficijs: q̄ flores vl
panni qui ponebanl sup eius altare: inde sumpti ⁊ sup
egros positi: mirabiliter curabāt q̄scunq₃. Nam ⁊ cuiuſ
dam mlieris ecce impositi oclis flores lumē reddiderūt
Jtem q̄dam etiā vir p̄marius ciuitatis: nomie Martia
lis: cum esset infidelis ⁊ egrotaret nec conuerti vellet:
gener suus fidelis de floribus q̄ erant sup altare sancti
Stephani accipiens: ⁊ capiti illius latent supponēs cū
sup illos dormisset homo ille: ptinus ante diluculū cla
mauit q̄ chr̄m crederet: ⁊ baptizatus est. Hic q̄diu su=
puixit: hoc ṽbum semp in ore habuit. Chr̄e accipe sp̄m
meum. cum tamē hec bt̄i Stephani vltima verba fuisse
nesciret. Jtem refert insup idē Aug. mortuos sex suis
meritꝫ suscitatos. Et plura alia q̄ hic cā breuitatꝫ omit
to. refert miracl'a q̄bus dn̄s iesus ip̄m illustrauit innūe
rabiliter ad laudē ⁊ gl'iam sui noīs. O ergo fidelis aīa
lauda chr̄um iesum in hoc suo sancto. O chr̄iane reco=
gnosce talem ⁊ tantū patronū. s. bt̄m Stephanū: ⁊ eius
patrocinio te in om̄i necessitate supplicil cōmenda: vt
eius meritis detur tibi gratia ⁊ gl'ia. Amen.

¶ Pro sancto Stephano Ser. ij. de ip̄ius pro=
tomartyrio cum historiali descriptione.

Lapidabant Stephanū inuocantē et dicentē.
Domine iesu suscipe spiritū meuꝫ. Act. vij. Et
ad laudem huius festiuitatis: ⁊ in ep̄l'a ip̄ius.
A Sicut ait Augu. libro de doctri. chr̄iana. A
Summa pfectio chr̄iane religionis est imitari quē co=
lis. i. chr̄m iesum. Et Grego. Dum inquit chr̄s aliq̄d fe
cit: quid nobis faciēdū sit innuit. Et ideo bt̄us Stepha
nus diligēter cōsiderauit quoniā dn̄s Jesus in sua pas
sione ⁊ morte aīam suam patri deo cōmendauit: ⁊ sic eā
reddidit: ⁊ pro inimicis exorauit. vt ptꝫ Lu. xxij. Pro=
pterea tanq̄₃ bonus chr̄i discipulus ip̄m in his est imita
tus. Quod ⁊ nos charissimi imitari debemus. vt. s. ini=
micis indulgeam⁹: ⁊ pro eis oremus. Sic em̄ ait salua=
tor Mat. v. Diligite inimicos vr̄os: ⁊ orate ꝓ pseqūn. ⁊c
vt sitis filij patris vestri. Et vt in om̄i tribulatione atq₃
in hora mortis aīas nostras deo ⁊ chr̄o iesu recōmen=
demus. Exemplū nobis dedit Stephanus quē lapida
bant iudei: ⁊ ip̄e pro eis orauit: ⁊ spiritū suum chr̄o Je
su cōmendauit: dicens. Dn̄e iesu suscipe spiritū meū: vt
ptꝫ in ṽbis thematis. Jn quibus verbis sancti stepha=
ni in exemplū nobis ꝓponil martyriū. De quo tria my
steria in hoc sermone declarabunl.

¶ Primū de ip̄ius martyrij passione: q₂ dr̄ lapi. ⁊c.

¶ Scd̄m de eius anime susceptione. s. a chr̄o Jesu:
Jdeo dicit. Jesu suscipe. ⁊c.

¶ Tertium de huius historie descriptione: quā ibi=
dem facit Lucas. B

¶ Circa p̄im mysteriū de martyrio bt̄i stephani acci B
piam⁹ hanc cōclusionē: q̄ beati Stephani martyriū a Martyriū scti stephani
christo dn̄o est honore magno decoratū: vt chr̄icolis sit
imitandū in exemplū. Nam Augu. in sermo. de marty=
ribus dicit sic. Quotienscūq₃ frēs charissimi sanctorū
martyrū solēnia celebram⁹: ita ip̄is intercedētibus ex=
pectemus a dn̄o cōsequi temporalia bn̄ficia: vt ip̄os mar
tyres imitādo accipe mereamur et̄na. Ab eis em̄ san=
ctorū martyrū in ṽitate festiua gaudia celebranl: qui
ipsorꝫ martyrū exempla sequunl. Sꝫ nos volum⁹ gau=
dere cum sanctis: ⁊ tribulatiōes mundi nolum⁹ sustine=
re cum illis. Qui em̄ sanctos martyres: vel inquantū
potuerit noluerit imitari: ad eorꝫ beatitudinē non pote
rit ꝑuenire. Hec ⁊ plura alia. Augu. ibidē. Sed dicta

conclusio declarat quia christus dñs sanctū martyriū Stephani decorauit precipue quadrupliciter.

¶ Primo honore christiformalis patientie.

¶ Secundo honore principalis excellentie.

¶ Tertio honore diuinalis apparentie.

¶ Quarto honore angelicalis refulgentie.

Chriformis patientie

¶ Primus inquam honor est chriformis patientie. Nā eius passio vt dt glo. super Act. Primo q̄ ad locū Jesu passioni est conformis: qr vicz in eadē ciuitate ꝛ loco q̄ chr̄s passus est Stephanus mortē exoluit quā chr̄s ꝑ nobis sustinuit. Et ab eodē pplo. s. iudaico q̄ chr̄s pass⁹ est ꝛ eodē anno: qm̄ a passiōe ipsius chr̄i q̄ fuit viij. kal. aprilis passus est Stephanus post q̄tuor menses. s. iij. Augusti. Scd̄o q̄ ad animādi exemplū: qr Aug. in ser. de martyrib. dt: ꝙ valde erat aspa via. s. martyrii: sed chr̄s fecit ipam leuem qn̄ ante oēs trāsiuit: ideo ceteri non timuerunt transire: qr ipe prior transiuit. Hec ille. Sic stephanus videt hāc viā facilitasse ꝛ tutā effecisse qn̄ ante oēs alios secutus est in ista via. Nam est tanq̄ miles strenuus precedens alios in ɔflictu belli: put legit de Joab q̄ primus armis cepit hierlm ꝛ factus est princeps exercitus: qr sic ꝑposuerat Dauid rex. j. paral. ix. s. ꝙ qui primus ascēderit ꝛ ceperit sit princeps. Un̄ figurauit stephanum qui primus cepit celestē ciuitatē ante oēs certan. ꝛ sic aplos ꝛ alios ad martyrium ꝑ chr̄o sustinendū animauit. Tertio q̄ ad martyrii fructum. Tū qr dicente Aug. Fides ꝑ sanguinem chr̄i ꝛ martyrū ꝑ chr̄o morientiū est ɔfirmata ꝑmaxime. Et qr post chr̄m primus oīm est stephanus: ergo sicut chr̄i passio est ad fidei ɔfirmationem ita ꝛ stephani passio. Deniqz tū qr de meritis martyrium venit in ecclia thesaurus qui in indulgentiis dispensat fm doct. sup. iiij. Btūs ergo stephanus post chr̄m multū thesaurisauit ecclesie: ꝛ plus q̄z aux foret Constantini aut alterius imperatoris. Quarto cōformis est q̄ ad modū: qr sicut chr̄s circa mortē in cruce orauit ꝑ inimicis ꝛ animam deo patri commendauit: sic stephanus. Et sicut chr̄s sine iusta causa innocēs est falso accusatus ꝛ cruci dānatus: sic stephanus iniuste lapidatus ꝑ falsos testes accusatus.

C — Supplicium lapidationis qn̄ iponebat

¶ Nimirū fm Fran. may. Lex tantūmō ꝑcipiebat lapidari sacrilegos: vt pz d Achor Josue. vij. Et transgressores sabbati: vt Nume. xv. de eo qui collegit ligna in sabbato dixit dñs. Morte moriat homo iste: lapidibus obruat eū oīs turba. Item blasphemos Leuit. xxiiij. ꝛ diuinos. Leuit. xx. ꝛ adulteros: vt ibidē ptz. Sed quare istud suppliciū. s. lapidationis nō infligit hodie cū non minus sit nunc pctū q̄z tunc: imo maius quanto lex euangelica perfectior est q̄z moysaica. Rn̄det Fran. may. in suo sermone de sctō Stephano: ꝙ lapidationis supplicium non infligitur ad dei misericordiam cōmendandam qua chr̄s pepercit adultere ne lapidaret. Joan. viij. Sed ꝙ ista pctā nūc impune fiunt: hoc est ꝑpter defectū iusticie in iudicibus. Deus tñ iustus non dimittit impunitū: qr nullū malū impunitū: vt dicit Aug. li. de li. ar. Ad ꝑpositū b. Stephanus nullo hoꝝ offenderat. Nō em̄ fuit sacrilegus sed sctissimus minister sacroꝝ: diaconus ab aplis electus. Nec fuit violator sabbati sed deo vacans: nec blasphemus: imo semper deū laudans: nec diuinus imo spū sctō plenus: diuini aūt sunt demoniaco spū pleni: nec fuit adulter: immo ꝟgo purissimus: ꝛ ideo innocenter passus vt chr̄s: qd̄ maximo est ei pro honore: tanq̄ si militi detur vestis regia.

D — Principalis excellentie

D Scd̄o honore. s. principalis excellentie deus decorauit martyriū Stephani: qr ipm fecit ꝑtomartyrem. i. primū martyrē ꝛ oīm principalem. Sed querit vtꝝ Stephanus digne ꝛ ꝟaciter dici possit primus martyrū. Videt em̄ ꝙ non: qr plures legunt ꝛ multi martyres passi ante ipm tā in vet. q̄z in no. test. Nā in statu naturalis legis prim⁹ martyr fuit Abel occisus a Cain fratre: eo ꝙ respexit dñs munera eius. Gen̄. iiij. Et in statu date legis p̄mus videt fuisse Hur qui sputis iudeoꝝ fert occisus: eo ꝙ ipos redargueret de idolatria vituli in deserto: fm Ly. Et tandē fuerūt martyres ꝑphete multi: vt Esaias serratus. Hieremias lapidatus. zacharias filius ioiade: de q̄ Mat. xxiij. ꝛ sic de aliis. Item in nouo testamento innocētes ꝛ Joannes baptista fuerunt martyrizati ante passionē Stephani ꝑ tempus magnum: ergo non videtur quō possit Stephanus dici protomartyr: a protos qd̄ est primus ꝛc̄. Sed ad hec respondet fm Fran. Maī. ꝙ b. stephanus digne ꝛ vere dicitur ꝑtomartyr. i. primus ꝛ principalis martyꝝ.

Stephanus primus martyrum

Primo quia primus est martyrizatus post confirmationem noui testamenti. Testamentū em̄ nouum in morte chr̄i est ɔfirmatum: vt dr ad Heb. ix. Et post hanc ɔfirmationem Stephanus primus martyr fuit pro chr̄o passus voluntarie. Innocentes aūt ꝛ baptista ante passi sunt q̄z testamētum nouū fuerit per chr̄i mortem ɔfirmatum: ergo ꝛc̄. Secundo quia inter omnes martyres stephanus primus ꝑ martyrium volauit immediate ad celum. Alii aūt oēs descenderunt ad limbū. Tertia ratio qr inter oēs primus ipse ꝑ fide chr̄i ɔfitendo passus est martyrium. Alii aūt aliis causis passi sunt. s. ꝑ lege ꝛ veritate. Sed ꝛ innocentes q̄zuis occasione chr̄i occubuerunt non tñ fidem chr̄i ꝑfessi sunt vt stephanus. Merito q̄ stephan⁹ primus martyrum dr tam ratione dignitatis q̄z passiōis post chr̄m

E — Diuinalis apparētie

E ¶ Tertio honore decorauit chr̄s martyrium stephani. s. diuinalis apparentie: quia apparuit ei deus ꝛ dominus Jesus. Un̄ intendens in celum vidit gloriā dei ꝛ ait ecce video celos aptos ꝛ Jesum stantē a dextris virtutis dei vt hr̄ Act. vij. Et iste honor fuit maximus ꝛ paucis in vita ɔcessus. Un̄ glo. sup locū istū dt. Quidam electoꝝ adhuc in hac vita detenti mūdato cordis oculo videre meruerunt gloriam dei: vt Stephanus ꝛ Paulus. Hec de conditōe huius visionis causa breuitatis hic ꝑtranseo: in alio sermōe actur⁹. Sed querit: quō stephanus viderit ꝛ dicat Jesum stare a dextris dei: cū ecclia in symbolo dicat ipm sedere ad dexterā dei patris. Rn̄detur fm Lyram ꝛ ɔcor. Pe. aur. in cōpen. ꝙ tales apparitiōes diuinalesqz visiones fiunt fm ɔueniētiam eius qd̄ fcatur. Et ideo ex q̄ Stephanus totam suā fiduciam habebat in chr̄o Jesu. Vidit q̄ Jesum stantē ad fcandum ꝙ erat paratus ad eius roborationem: qr stare ꝑprium est adiuuātis in prelio: sedere aūt ꝑprium est iudicātis vel regnantis: ideo in symbolo dicimus sedere iesum ad dextram patris fm illd̄ Mar. vlt. Dñs Jesus assumptus est in celū ꝛ sedet ad dextram ꝛc̄. vt ꝑ h̄ intelligamus ipm regnare in celo cum deo patre ꝛ mōm iudicatuꝝ: vt plenius de h̄ dr in ser. de ascensione. Ex his claret ꝙ chr̄s Jesus multū honorificauit bti stephani martyrium vt ei ostenderet gl̄iam dei. i. claritatē diuinam glorificati sui corporis in celo: quam oculus corporalis ꝛ mortalis in suo splendore neqt videre. Un̄ ista visio fuit multum miraculosa ad instruendum fideles: ꝙ q̄ patiunt persecutiōes vel tribulatiōes ꝑpter chr̄m ꝛ iusticiā: merebunt ꝑuenire ad visionē celestis gl̄ie: dicente saluatore Mat. v. Bti qui persecutionē patiunt ꝑpter iusticiam: qm̄ ip. est re. cel.

F — Angelicalis refulgentie

F ¶ Quarto honore. s. angelicalis refulgentie chr̄s dñs decorauit Stephanum: qr dr Act. vi. ꝙ existētes in ɔcilio videbant vultū eius tanq̄ vultum angeli stantis inter illos. Et hoc fuit ꝑ magno honore ꝛ decore miraculoso chr̄i. s. ex q̄dam pulchritudine ꝛ claritate sibi diuinitus data: ad declarationem sue sctitatis ꝛ innocentie: vt dt Lyra. Nam ꝑ hoc manifeste ostendebat ꝙ sicut angelus esset stephanus innocens ꝛ virgo mundissimus gr̄a dei ꝛ sapientia plenus: ꝛ in charitate dei ꝛ chr̄i Jesu constans ꝛ firmissimus. O igit fratres charissimi, O aie chr̄i sanguine redempte diligēter attendite: qr piissimus Jesus in hoc sacro tpe natiuitatꝫ dñice ꝑponi voluit nobis in exemplū imitationis hunc sctm̄: vt discamus his diebus precipue florere virtutibus cōsimilibus Primo. s. virtute puritatis: vt nō maculemus carnem nr̄am que vnita est verbo dei in christo. Secūdo virtute sapientie ꝛ gr̄e: vt nō tpalia sed celestia diligamus: ꝛ christi gratiam recognoscam⁹. Tertio ꝟtute fortis charitatis vt vsqz ad mortē ꝛ sanguinē peccatis resistamus ꝛ mori pro christo non timeamus qui pro nobis mori dignatus est. G

G — De susceptione aie a chr̄o

¶ Circa scd̄m principale de aie a chr̄o susceptiōe sit

hec ꝯclo: ꝙ exemplo scti Stephani conandū est christi
colis summopere ad cōmendandum christo se ꝛ suppli
candum vt mox suscipiantur in morte. Declaratur sic.
Nam vt claret ex scripturis ꝛ sanctoꝝ dictis: quedam
sunt anime humane q̄ mox vt sepantur a corpore susci=
piuntur a demone vt sunt oēs infidelium anime: sic ꝛ
omnium peccatoꝝ obstinatoꝝ: ꝛ oim non vere peniten
tium anime christianoꝝ que oēs mox vt sepantur a cor
pore: rapiuntur a diabolo cui deseruierunt in vita. Un̄
Greg. dt. Quos habem⁹ incentores in culpis: habebi=
mus tortores in penis. Nam ꝛ Matt. xviij. dt saluator
ꝙ iratus dn̄s tradet tales tortoribus quousqꝫ reddant
vniuersum debitum. Remigius. Sēper soluent ꝛ nūqꝫ
persoluent vt in eternum supplicia portent. De hoc ra
ptu diaboli Ps̄. Intelligite hec q̄ obliuiscimi deū ne=
qn̄ rapiat. s. diabolus: ꝛ nō sit qui eripiat: q2 in inferno
nulla redemptio. Job. Item alie sunt anime que mox
vt sepant̄ suscipiunt̄ ab angelo bono ducen̄. eas ad pe=
nas purgatorii: vt sunt oēs anime aliquid purgabile se
cum portantes. Tales em̄ vt volunt doct. p̄cipue Bo=
na. sup. iiij. di. xx. a bonis angelis non a malis suscipi=
untur ꝛ in purgatorium ducūtur vbi p̄ iusticiam dei pu
niunt̄ vsqꝫ ad satisfactionem. Iste ergo anime nō susci=
piūtur mox in morte a christo qd̄ est nō parua: imo ma=
xima pena: quia vt dt Aug. de pe. di. vl. in fi. Nunqꝫ in
carne tanta est inuenta pena licꝫ martyres mirabilia
passi sunt tormenta ꝛ multi nequiter quanta sepe susti=
nuerunt supplicia. Studeat ḡ ait quisqꝫ sic delicta sua
corrigere vt post mortem nō oporteat. s. in purgatorio
vel alibi penā tolerare. Hec ibi. Aug. Deniqꝫ alie sunt
aīe que mox vt suscipiunt̄ a christo merent̄ in morte
ꝛ meruerunt in vita. Talis fuit aīa bti stephani. O qꝫ
felices q̄ sic viuūt ꝛ agūt vt suscipi mox mereant̄ ꝛ gau
denter inuitent̄ a christo dicente illud Mat. xxv. Eu=
ge serue bone ꝛ fidelis intra in gaud. do. t. Hec est grā
perfectoꝝ vt mox a chr̄o suscipiant̄ H Sed gratia
huius querit̄: qualiter posset id hō christianus efficere vt mox post mortem dignet̄ chr̄s eius animam susci
pere. Rn̄r ꝙ s̄m scripta sanctoꝝ ad id valent plurima
Et precipue septem hic annotabimus. Primū est ba=
ptismi regeneratio: q2 Aug. de bap. paruuloꝝ ꝛ notat̄
de ꝯse. di. iiij. Regenerante dt sic. Regenerāte spiritu
non solū originalium: verumetiā voluntarioꝝ fit remis
sio pctōꝝ. Item Amb. ibidē c. Sine pnīa dt. Grā dei in
baptismate non requirit gemitum: nō req̄rit planctū vł
aliquod opus sed solam fidē ꝛ oīa gratis ꝯdonat. Hec
ibi. glo. H̄ dt intelligendū de gemitu exteriori vel plan
ctu satisfactionis ꝛ afflictionis: q2 sine interiori in adul
tꝫ vacuū est baptisma. Et sup v̄bo in baptismate dt. In
penitentia ꝛ si dimittat̄ pctm̄ per ꝯtritionem: remanet
tn̄ tpalis satisfactio. In baptismo nō. Nam tāta est vis
sacramenti ꝙ nec etiam tpalis satisfactio in baptismo
remanet p pctis Hec glo. Et sic ptꝫ ꝙ baptizatus ad
horam si decedat. s. anteqꝫ non peccauit post baptismū
securus hinc exit quia mox in celū a christo suscipitur.
Scdm est martyrii passio. Un̄ Aug. xiij. li. de ci. dei ait.
Quicunqꝫ etiam non percepto regeneratiōis lauacro
p ꝯfessione moriunt̄ tantū eis valet ad dimittēda pec=
cata quantum si abluerentur fonte baptismatis. Hec il=
le. Et sic ptꝫ ppositum. Tertiū est religionis ingressio
vel pfessio. Nam Bern̄. li. de precepto ꝛ dispensatiōe
dt. Inter cetera inquit pnīe instituta monasterialis di
sciplina meruit hanc prerogatiuam vt scdm baptisma
nuncupet̄. Et. j. Hmōi ait conuersatio pfessores ꝛ ama
tores suos angelis siles facit: imo diuinam in hoīe re=
format imaginem ꝯfigurans chr̄o istar baptizati. Hec
ille. Ex hoc ratio sumpta est ꝙ intranti religionem: de
preteritis culpis non est penitentia exterior iniungen
da. de pe. di. j. §. His autoritatib⁹. Et sic ptꝫ ꝙ talis de=
cedens mox a christo in celum suscipit̄. Quartū est in
tensa contricio. Ut em̄ volūt doct. super. iiij. dist. xvij.
contritio pōt tantum intendi ꝙ deleat totum reatū pe
ne p pctis debite: talis ergo decedens mox in celū su=
scipit̄: sicut ptꝫ de latrone iuxta chr̄ꝫ pendente. Quin
tum est condigna satisfactio ꝛ expiatio q̄ pōt fieri tā p

H
Quō chr̄ia
nus efficiet
vt post mor
tē eius aīa
mox a deo
suscipiat̄

Baptismi re
generatio

Martyrii
passio

Religionis
ingressus

Intensa con
tritio

frequentem cōfessionē pctōꝝ (in qua ipā erubescentia
est maxima pars satisfactionis: vt dt Aug.) qꝫ etiā p fer
uentē orationē: elemosynarum largitionē: atqꝫ ieiunii
castigationē: imo ꝛ per quodcūqꝫ opus pniale. Nā ex=
pleta satisfactione cōdigna nō remanet reatus ad pe=
nam vt volunt doc. sup. iiij. Sed quis est hic q̄ hec fa=
ciat ꝛ laudabimus eum. Sextū est indulgentie plena
rie ꝯsecutio. Et hoc est facili⁹ ceteris. Dicit nēpe Ho=
stien̄. sup tit. de pe. ꝛ re. ꝙ si q̄s in fine ꝯsequens plena
riam indulgētiam sic decedat: mox in celū euolat. Rō
s̄m theologos sup. iiij. dist. xx. q2 cum s̄m formā plena
rie indulgētie q̄ sonat ad totum cumulū pctōꝝ fit abso
lutio ꝛ remissio: tunc ex thesauro meritoꝝ chr̄i ꝛ sctōꝝ
fit solutio sufficiens pro oīm debito pene. Et ideo in cō
sequente talē indulgentiam nullus reatus pene rema
net p tunc. Sed q2 nullum impedimentū euolādi in ce
lum cū q̄s morit̄ in grā est aliud nisi solutio pene: ergo
illa soluta p talem indulgentiā mox hō euolat ad celū.
Septimū est valens ad id iniuriaꝝ cōdonatio ꝛ p amo
re chr̄i remissio. Nam Aug. di. xlv. Due sunt ait. Due
sunt elemosyne. Una cordis: alia pecunie. Elemosyna
cordis est dimittere ei a quo lesus es. Nā dare aliq̄d
indulgenti aliqn̄ queris ꝛ non habes: indulgere peccā
ti: quantum volueris redūdat tibi. Elemosyna cordis
multo maior est qꝫ elemosyna corpis. Hec ille. Item
Greg. Qui in se peccanti indulserit: nullum vestigium
pcti in eius aīa remanebit. Et rō: quia dt saluator Lu.
vj. Dimittite ꝛ dimittemini: in qua mensura mensi fue=
ritis remetiet̄ vobis: ergo pōt esse talis iniuria ꝛ tāta
mensura: remissio ꝙ totū tollat reatū pctōꝝ. Hec p̄dic=
ta b. stephanus in exemplo suo nobis ꝯmendauit: p̄ci
pue cum p inimicis orauit: imo qd̄ est maius ꝛ pfecti⁹
qm̄ p inimicis orādo affectū maiorē exhibuit in signis
qꝫ orando p seipō. Nam orando pro seipō non legitur
genu flexisse nec clamasse: sed ꝙ simplr̄ tm̄ dixerit. Do
mine Jesu suscipe spm̄ meum. Sed cū orauit p inimicꝫ
genuflexit ꝛ voce magna clamauit di. Dn̄e ne statuas
illis hoc pctm̄ ꝛc̄. Act. vij. O vere perfectissima ipsius
charitas: quia vt Beda ait: plus dolebat inimicoꝝ pec
cata qꝫ ppria vulnera. Aug. in ser. Attende o tu christi
ane stephanū ꝯseruum tuum homo erat sicut ꝛ tu: de
massa pcti sicut ꝛ tu: eo precio redemptus sicut ꝛ tu: ꝛ
ꝛ cum diaconus erat euangeliū legebat qd̄ legis ꝛ au
dis ꝛ tu: ibi inuenit scriptū. Diligite inimicos vestros
didicit legendo: perfecit obediendo. Fac hoc ꝛ tu vt vi
uas. Et idē. Elige qd̄ vis si inimicū non dilexeris: deū
ppitium nō habebis: si aūt inimicū dilexeris: nō solum
seruus sꝫ ꝛ filius dei vocari mereberis. Hec ille. I

¶ Circa tertium principale de historia passiōis bti
stephani quam ppter simpliciū deuotionē psequamur
Legitur Act. vj. ꝙ in diebus illis. s. post acceptionem
spiritussctī: crescente numero discipuloꝝ. s. conuersoꝝ
ad predicationem aploꝝ: factus est murmur grecorū
aduersus Hebreos. Ly. dt ꝙ oēs erant iudei genere:
sed aliqui nati erant in iudea: ꝛ illi dicebantur Hebrei
aliqui aūt in grecia ex iudeis per regem Antiochū ibi
dem translatis: ꝛ illi dicuntur greci. Et preter hos illi
qui ex gentilitate fuerunt ad iudaismum ꝯuersi. Mur
murabāt aūt eo ꝙ despicerent̄ in ministerio quotidia=
no vidue eorum. Nam repellebant̄ ab hebreis tanquā
magis rudes ne ministrarent: aut grecis viduis nō ita
bene administrabant̄ necessaria sicut hebreis. Hec au
dientes apl̄i conuocan̄. multitudinem dixerunt. Non
est equū nos derelinquere verbū dei. i. predicationē:
ꝛ ministrare mensis: nam spūalia semp sunt tempalib⁹
preponenda. Cōsiderate ergo ex vobis viros septem
plenos spūsancto q̄s ꝯstituamus super hoc opus. s. ad
ministrationē tempalium vt presint aliis. Elegerunt ḡ
stephanum primicerium ꝛ alios ibidem nominatos q̄s
apl̄i ordinauerunt in diaconos. Stephanus aūt plen⁹
gratia ꝛ fortitudine faciebat signa ꝛ prodigia magna
in pplo. Surrexerunt aūt ad persequendum quidā de
synagoga libertinoꝝ: a regione sic noiantur s̄m glo. in
terl. ꝛ Cirenensiū ꝛ Alexandrinoꝝ a ciuitatibus Ciren
nen ꝛ Alexandria metropoli Egypti. ꝛ eoꝝ qui erāt a

Indulgētie
plenarie cō
secutio

Iniuriaꝝ
cōdonatio

I
Historia pas
sionis beati
Stephani

nus diligit deus senem ꝯuersum ꝗ̃ iuuenem: qꝛ scribit Act. x. vbi ait Petrus. In veritate cõperi ꝙ nõ est pso naꝝ acceptoꝛ deus: sed in oĩ gente (ꝛ sic etiam in oĩ eta te) qui timet deũ ꝛ operat iusticiam: acceptus est illi. Uñ ex ꝗ illud p̃mium. s. essentiale (qđ cõsistit in visione deitatis ꝛ fruitione principaliter atq; ex ꝯsequenti hu manitatꝫ ipsius chr̃i charitati respondet: sequit ꝙ siue hõ in senectute siue in iuuentute conuertat ad deum: p̃mium essentiale habebit s̃m gradũ sue charitatis: ita ꝙ si talis in senectute ꝯuersus eq̃li vl' maioꝛi charitate mouet ad deũ: sicut ille in iuuentute ꝯuersus: sic equa lem vel maioꝛem grãm ꝛ glĩam obtinet vt ptꝫ p̃ p̃missa in ꝯtrarium. Sed ꝗ ad p̃miũ accidentale maioꝛẽ glĩam

Iuuenis cõuersus

consequit iuuenis conuersus. Tũ rõne habituate ꝟtu tis: qꝛ vt dt Holkot sup lib. Sap. Om̃e pctm̃ incurabi lius est in sene ꝗ̃ in iuuene. Qđ em̃ noua testa capit in ueterata sapit. Tum qꝛ iuuenis dimisit pctm̃ qñ pecca re potuit: sed senex cum iam defecit. Uñ illud est glori osius Eccĩ. xxxi. Qui potuit transgredi ꝛ non est trans gressus: facere mala ꝛ non fecit: quis est hic ꝛ laudabi mus eũ: fecit em̃ mira. in vita sua. Tũ ratiõe diuturne operationis ꝛ seruitutꝫ: qꝛ dt apl's. i. Coꝛ. iij. Unusq̃sq; ꝓpriam mercedem accipiet s̃m suum laboꝛẽ. Proinde vt dt ph's. j. Eth. vna hirũdo nõ facit ver nec modicum tempus: sic nec vna dies vel modicũ tp̃s facit hoiez fe licem. i. glorioꝛissimum. s. respectiue. Et sic ptꝫ r̃nsio ad obiecta ꝗ accipienda sunt ad sensum p̃dictum. O ꝗ cha rissime iuuenis noli procrastinare tuã ꝯuersionem: no li differre exẽplo Joãnis: vt ampliorem acquiras glo riam p iesu chr̃i dilectionem. O charissime ꝛ tu senex qui tamdiu distulisti cõpungere ꝛ agere pniam: stude feruentius currere post chr̃m vt precedas multos iu uenes in glĩa ꝙ si vires adeo defecerũt tibi vt nil pos sis operari accipe consilium sanũ: hoc. s. vt studeas foꝛ ti ꝯtritionis feruoꝛe deflere pctã tua: ꝛ negligentiã tẽ poꝛis: sicut fecit latro sero penitens. Accende etiam in te foꝛtioꝛẽ charitatem: sicut fecit Magdalena. Nam si cut carnes antique foꝛtioꝛi igne ꝛ cõmotione in olla p cochlearia solent melius decoqui: nec sufficit eis par uus ignis vel parua decoctio ꝗ sufficit iunioꝛibus car nibus decoquendis. Sic sp̃ualiter homo inueteratus in pctis debet facere foꝛtioꝛem ignem charitatis in se: q̃m Hiero. dicit ꝙ in pnĩa plus pensat deus vim amo ris ꝗ̃ diuturnitatem tp̃is. O tu igit quicũq; pctõꝛ age penitentiam. F

F Rõne generositatis

Tertio in sequela chr̃i Joannis p̃ cellit rõne generositatis: qꝛ fuit de maioꝛi genere. s. re gio ꝛ sacerdotali ꝗ̃uis esset pauper. Nam ex ꝗ erat ex parte matris de eodẽ gñe cum chr̃o dño: sequit ꝙ ei9 generositas fuit nobilissima vtpote regalis descẽdens de Dauid: ꝛ sacerdotalis. s. de Aarõ: qꝛ dt Lu. i. ꝙ He lisabet mr̃ Joãnis baptiste fuit de filiabus Aaron ma ter aut Joannis euangeliste fuit cognata matri bapti ste. s. Helisabet: fuit em̃ filia sctẽ Anne: ꝛc̃. Deniq; Jo annes genealogiam habuit cũ dei filio s̃m carnem: ꝛ ſi dem: ꝛ est maximũ sup oĩa bona exterioꝛa: qꝛ a deo ele

Affectuositatis

ctis impendit. Quarto precellit rõne affectuositatis: qꝛ maioꝛa bona ad ꝗ maxime afficiunt hoies reliq̃t Jo annes ꝓ chr̃o: nã Petrus reliquit bona foꝛtune: vt na uem ꝛ retia: sic ꝛ quidam alii discipuli. Sed Joannes reliquit etiam bona nature ꝗ sunt incomparabilr̃ maio ra ꝛ affectuosioꝛa. s. patrẽ ꝛ matrẽ ꝛ sp̃osam ꝛ rete ꝛ oĩa que habuit: vt dt in euãg. O ꝗ serue chr̃i iesu. O disci pule dilectissime: ecce nunc regnas ꝛ gaudes cũ dile ctissimo iesu in celesti regno ꝓ quo cõtempsisti oĩa: pro illo chr̃i amoꝛe memento nostri. G

G De amoꝛe speciali b. ioannis a chr̃o

Circa tertium principale de amoꝛe speciali Joan nis a chr̃o ꝛ econuerso accipiamus hanc ꝯclõnẽ: ꝙ. s. chr̃s dñs Joannem dilexisse p̃ ceteris discipulis spe cialissime ꝓbat p ꝯseruationem ꝛ tutelã custodie. De claratur precipue p hoc ꝙ amicus dr s̃m Catholicõ: q̃si animi custos. Istud ioannes seruauit chr̃o: qꝛ nũq̃ vo luit ip̃m offendere peccato: christus ꝗ̃q; hoc Joanni ex hibuit: quia ipsum preseruauit: multipliciter ꝛ custodi uit. Legenda. H

H Legenda

Primo a feruentis olei lesione. Nã Joannes apl's diuisis in asiam ꝓfectus: multas eccl̃ias ibi fundauit. Impatoꝛ aũt Domicianus audita ei9 fama accersitum ip̃m in doliũ feruẽtis olei ante portã latinã mitti iussit: ille aũt exiit de vase illesus: vnctus nõ adustus. Uidẽs igit impatoꝛ ꝙ nec sic desisteret a chr̃i p̃dicatiõe eũ in Pathmos insulã in exiliũ relegauit vbi Apocalypsim deus sibi reuelauit. Scđo custodiuit ꝛ defendit ip̃m chr̃s in exilii relegatiõe: vt. s. educeret. Nã eodẽ anno Domitianus a senatu ꝓpt crudelitatẽ interfect9 est. Et qꝛ cura fuit deo de suo apl'o: ex totius senatus cõsultu diffinitũ est ꝟ vt q̃cq̃d Domitian9 mãdauerat vel oꝛdi nauerat reuocaret vel cassaret. Sicq; factũ est vt san ctus Joannes ꝗ cũ iniuria fuerat in insulã depoꝛtatus cũ honoꝛe Ephesuꝫ rediret occurrente ei vniuersa mlt titudine ꝛ dicente. B̃ndict9 ꝗ venit in noĩe dñi. Cumq; ingrederet vrbẽ Drusiana ꝗ fuerat p ip̃m ad fidẽ ꝯuer sa ꝛ desiderabat eius reditũ: ecce moꝛtuo efferebatur. Tunc pntes eius ꝛ oꝛphani dixerũt. Sctẽ ioãnes ecce drusianã efferimus moꝛtuã ꝗ nos oẽs alebat ꝛ deo ser uiebat in viduali castitate ꝗ tuũ aduentũ desiderabat plimũ di. O si viduã apl'm dei anteq̃ moꝛiar. Ecce tu venisti ꝛ te videre nõ potuit. Tũc Joannes iussit fere trũ deponi ꝛ coꝛpus resolui: ꝛ dixit. Dñs meus Jesus chr̃s suscitet te Drusiana: surge ꝛ vade in domũ tuã ꝛ para mihi refectionẽ. Statim illa surgens cepit ire sol licita de iussiõe apl'i. Fact9 est ꝗ clamoꝛ ppl'i p tres ho dicentis. Unus est deus quẽ p̃dicat Joannes vnus est dñs iesus chr̃s. I Tertio custodiuit ipsum chr̃s in I ppl'i seditione ꝛ veneni potatione. Nã cum Joannes p totã Asiam p̃dicasset cultoꝛes idoloꝝ seditionẽ in ppl'o concitantes Joannem trahebant ad tẽplum Diane co gentes sacrificare. Quib9 Joannes ꝓposuit vt aut ipi ad inuocationẽ Diane eccl̃iaꝫ chr̃i euerterẽt ꝛ ip̃e ido lis sacrificaret: aut ip̃e ad inuocationẽ chr̃i templũ Di ane euerteret ꝛ illi in chr̃m crederent. Consentientib9 ergo oꝛauit apl's ꝛ funditus templum coꝛruit: ꝛ imago Diane cõminuta est. Aristodemus aũt põtifex idoloꝝ concitauit seditionem maximã: ita ꝙ vna pars ppl'i con tra aliam in populũ pararet. Cui apl's. Quid vis fa ciam vt placeris? R̃ndit. Si vis vt credam deum tuũ dabo tibi venenũ bibere: vt si nullam lesionem habue ris vere deus ipse cõprobetur: cui ioannes. Fac sic. Et ille. Uolo vt prius alios inde moꝛientes videas vt per timescas. Et duos decapitandos a proconsule petiit: ꝛ dato illis veneno moꝛ sp̃m exhalarunt. Tunc apl's ca licem accipiens ꝛ signo crucis se muniens totum vene num ebibit ꝛ nil lesionis incurrit. Uñ deum oẽs lauda re ceperũt. Tũc Aristodemus ait. Adhuc est mihi du bietas: sed si veneno moꝛtuos suscitaueris vere credã Tunc apl's illi tunicam suam tribuit di. Uade tuipse ꝛ mitte eam super coꝛpoꝛa moꝛtuoꝝ dicens Apl's christi misit me ad vos vt in chr̃i noĩe exurgatis. Quod cum fecisset: ilico surrexerunt. Tunc apl's pontificem ꝛ pro consulẽ credentes cũ oĩ parentela baptizauit: ꝗ in ho noꝛem b. Joannis eccl̃iam construxerunt. Quarto cu stodiuit eum ab aeris turbatione: ꝛ qđ maximum est a moꝛtis doloꝛe: sicut ꝛ a carnis coꝛruptiõe: vt dt Hiero. Refert ꝗ̃q; Helinandus ꝙ cum Joannes euangelium vellet scribere: prius ieiuniũ indixit vt oꝛarẽt se digna scripturum. Et p loco illo secreto quo diuina scriptu rus secesserat oꝛauit vt nullas huic insistent operi ven toꝝ ibi aut imbrium iniurias pateret. Hanc eidem lo co vs̃q; hodie reuerentiam elementa seruare dicuntur Hec Helinandus. Hec causa breuitatis hic sufficiant de legenda. Plura omissa sunt quantũlibet ad aliũ ser monem trahenda. Et sic ptꝫ signũ dictũ K Deniq; K vltimo ꝓ signo amicicie vere est sese in moꝛte non dese rere. Prouer. xvij. Om̃i tp̃e diligit ꝗ amicus est ꝛ fra ter in angustiis cõprobat. Btũs Joãnes ꝟ s̃uauit chr̃i sto: qꝛ in angustia crucis cum pateret astitit moꝛienti ꝛ affuit sepulture ꝛc̃. Chr̃s etiã dñs Joanni ꝟ signũ ostẽ dit: qꝛ in moꝛte ip̃m visitauit: non per angelũ vel ange los vt ꝗ̃dam alios sctõs: ſꝫ p seip̃m personalr̃ ad celos euocando s̃m Hiero. ꝛ Petrum Damiani. Hoc fuit gra tie maxie: quia chr̃s personaliter cũ discipulis venit ad

dilectum suum discipulum: sicut ⁊ ad matrem suam in
hora mortis. Ut nempe testatur legenda.

Obitus bti Joannis

℄ Cum Joannes esset .xcix. annorū a passione dñi
ſm Isi. anno .lxvij. apparuit ei chrs cum discipulis: di.
Ueni dilecte mi ad me: q2 tempus est vt in mensa mea
cum fratribus tuis epuleris. Surgens Joannes cepit
ire. Cui dñs. Dominica die ad me venies: Ueniēte do
minica die omnis populus ꝯgregatus est ad ecclīam
eius noīe fabricatam. q̇ a prīo pulloꝝ cantu predicauit
eisdem vt in fide essent stabiles ⁊ in mādatis dei feruē
tes. Postea fecit fieri foueam quadratā iuxta altare ⁊
terram extra ecclīam iactari descēdensq̃ in foueam ex
passis ad deum manibus dixit. Inuitatus ad ꝯuiuium
tuum dñe Jhesu chrē ecce venio gratias agens: q2 di
gnat⁹ es me ad tuas epulas inuitare q̇ ex toto corde
desideraui te. Cumq̃ orationem finiuisset tanta lux su
per eum emicuit ꝙ nullus eū respicere potuit. Rece-
dente aūt lumine manna fouea plena inuenit̃ q̄d in lo-
co illo scaturire videtur instar minute arene. O ḡ chri
stiane anime: o oēs fideles christi laudemus deum no-
strum in hoc sancto suo: ⁊ oremus vt eius merit3 det no
bis gratiam ⁊ gloriam Amen.

Pro sctō Joanne Ser. ij. de dilectiōe eius
specialissima ⁊ visionis ⁊ honoris gratia.

A

Dilectus meus mihi ⁊ ego illi qui pascitur in-
ter lilia. A Hec verba scribunt̃ Can. ij. ⁊
ad laudem huius festiuitatis accipiunt̃ tāq̃
diceret chrs Joanni. Dilectus meus. s. Joan
nes discipulus: mihi. s. est speciali dilectiōe ꝯiunctus:
⁊ ego illi. s. sum speciali amore vnit⁹: q2 vt dicit Beda ⁊
Gre. in offi. Hic est Joānes qui priuilegio amoris pre-
cipui ceter3 altius a dño meruit honorari. Sed qm̄ ſm
ꝙ dt Rich. de trin. Perfecta charitas esse non pōt nisi
sit qui amorem impendat ⁊ qui amorem rependat. Id-
circo chrs dñs vult vt quos ipse dilexit. s. christianos
adeo ꝙ redemit sanguīe suo ⁊ morte: ⁊ illi reamare stu
deant chrm: sicut fecit Joannes: ꝓpter q̄d de eo dicit
chrs in verbis preacceptis. Dilectus meus mihi ⁊ ego
illi. Et qm̄ chrs dñs cum sit mundissimus: ideo suos di
lectos vult esse mundos ab om̄i peccato ⁊ carnali spur
cicia: quia oē animal diligit sibi simile. Eccī. xiij. quod
ſcatur cum subditur in premissis verbis: qui pascit̃ in-
ter lilia que sunt castitatis signacula pro sui decore ⁊
vigore ac odore renitente: ꝓpterea de Joāne qui chri
stum dilexit in mundissima virginitate verba premissa
accipiunt̃. In quibus verbis tria mysteria notabimus
ꝓ sermone ſm ꝙ de tribus commendatur.

℄ Primum dr specialis dilectiōis. s. inter chrm ⁊ Jo
annem. ibi. Dilectus meus mihi ⁊ ego illi.

℄ Scdm supernalis fruitionis. ibi. qui pascitur: sc3
in diuinis.

℄ Tertiū dr celebris honoratiōis. ibi. inter lilia sc3
btōꝝ: nā Joannes honorat̃ intet btōs. B

B

De dilectiōe christi ad Joannem

℄ Circa primum mysterium de dilectione christi iesu
erga Joannem sit ꝯclō ista: ꝙ quilibet fidelis d3 sum-
mope ꝑoptare (Joannis exēplo) vt diligat̃ a chro gra
tuita dilectiōe. Hoc claret ꝑcipue triplici ratiōe. Pri

Rōne vere sanctitatis

mo ratione vere sctitatis: q2 sola chri dilectio est vera
⁊ sctā vel fidelis. Nam inter mundiales hoīes non pōt
esse vera ⁊ fidelis dilectio: eo ꝙ semetipos odiunt dili
gendo pctā: ps. Qui diligit iniquitatem odit animā su
am. Sed non pōt diligere vere aliū q̇ odit seipm: iuxta
illud Eccī. xiiij. Qui sibi nequā: cui bonus est: q. d. nul
li: ḡ ⁊c. Deniq̃ sicut non est vera: ita nec sctā ⁊ fidelis:
eo ꝙ mundani hoīes in malo ⁊ ad malum se mutuo dili
gunt: alii ad carnalitates sectandas: alii ad diuitias vl
delitias: ambitiōes ⁊ honores ꝯsequendos vel ad quā
cūq̃ societatē vitiosa3. Et sic diligere ē poti⁹ od ire: q2
ſm phm. x. Eth. Amicitie dilectio fundat̃ sup beniuo-
lentia. Sed tales malū culpe ⁊ ꝯſiter pene volūt illis
sic dilectis: ḡ ⁊c. Unde Tullius li. de amicicia dt. Hoc
primū sentio nisi in bonis amiciciam esse nō posse. Idē.
Ueri amici est nec turpia rogare nec ad preces amici
turpia facere. Sed chrs dñs diligit eos quos amat ve
re ⁊ sanctissime. s. ſm deum ad grām in pñti habendam
⁊ gloriam in futuro consequendam: ḡ eius dilectio pre
optāda est. Scdo rōne stabilitatis: q2 alii amici sunt ad

Stabilitas

tempus ⁊ non permanebunt nec iuuabunt in mort3 ne-
cessitate: Eccī. vj. Est amicus ſm tempus suum ⁊ nō ꝑ
manebit in tpe necessitatis. Sed amicicia chri ab eter
no est ⁊ vsq̃ ineternum durat: q2 in celo perpetuabitur
⁊ etiam in pñti nunq̃ chrs desinit te diligere nisi tu pri
us ipm deserueris peccādo. Aug. li. ꝯfes. Te dñe iesu
nemo amittit nisi qui te dimittit: nullum tu derelinq̄s
nisi qui te prius dereliquerit: ḡ preoptāda est ⁊c. Ter
tio rōne fructuositatis: q2 alioꝝ amicicia ⁊ dilectio si-
ue regum siue principum quorūcunq̃ transitorium fru
ctum habet. j. Joan. ij. Mundus transit ⁊ ꝯcupina ei⁹.
Sed dilectio chri fructū eternalem ⁊ ineffabilē habet
in celesti premio: vñ Aug. O homo elige tibi ex oībus
amicum. s. chrm qui cum oēs deseruerint: solus ipse te
nō deserit: sed in regionem quam ire debes ⁊ patriam
introducet. Propter predictas rationes multum desi-
derauit ⁊ gauisus est Joannes diligi a chro. C

C

Causa specialis dilectionis b. ioānis

Sed questiones circa hoc alique occurrūt sc3 de ista
Joannis dilectione a christo.

℄ Prima questio de causa

℄ Secunda de preeminentia

℄ Tertia de differentia

℄ Prima questio de causa vic3 huius specialis dilecti
onis. Cur chrs dñs q̇ non accipit personas hoim plus
dilexerit ioannē inter discipulos. Rñdet̃ ꝙ ꝑcipue tri
plici ex causa. Prima rōne. s. incorrupte puritatis.
Nam chrs non affectu carnali dilexit eū: eo ꝙ foret su
us cōsanguineus sed affectu spūali q2 erat dignus pro
pter puritatē. Uñ canit ecclīa ꝙ speciali prerogatiua
castitatis ampliori dilectōe fecerat eū esse dignū: ꝟgo
eīm est elect⁹ a dño atq̃ inter ceteros magis dilectus.
Et hec dt Beda. Ex q̇ habem⁹ documentū ꝙ si ampli⁹
volumus a chro diligi: castitati insistamus: q2 vt scribit̃
Sap. xj. Incorruptio facit esse primum deo: ⁊ Prouer.
xiij. Qui diligit cordis mūdiciam ꝓpter grām labioꝝ
suoꝝ habebit amicū regē. Scda rōne accelerate serui

Rōne accelerate ſuitutis

tutis: q2 in florida etate iuuentutis seruire cepit chro
ipmq̃ secutus est ꝑfectissime. Sicut eīm primi fructus
gratiosiores sunt hoībus: sic seruitioꝝ fructus a prima
etate grati sunt deo. Thre. iij. Bonū est viro cū porta
uerit iugū dñi ab adolescētia sua. Nā legimus ꝙ chrs
paruulos amplexabat̃ ⁊ eis manus imponens bñdice-
bat. Mat. x. ⁊ h̄ in signū magni amoris. Nusq̃ aūt legit̃
ꝙ talia signa vnq̃ oñderit alicui seni: sed sufficiat seni-
bus ꝙ nō ꝓiciunt̃ a chro si tm̄ ꝯuertantur: nec derelin
quunt̃. Uñ Ps. Ne ꝓiicias me in tpe senectutis: cū de
fecerit ꝟtus mea ne derelinq̄s me dñe. Uñ o hō si vis
a chro amplius diligi tempestiue incipe sibi deseruire
Tertia rōne maxīe charitatis: q2 tam ardēter dilexit

Maxime charitatis

chrm vt ⁊ prēm ⁊ mrēm ⁊ sponsam ⁊ oīa q̄ habuit dimi
serit ꝑ ipo: vñ ⁊ a chro ipe multū est dilectus. Prouer.
viij. Ego diligentes me diligo. Si vis ḡ amari a chro
ama chrm. Nā q2 diligētes se diligit: ḡ magis ⁊ maxie
diligētes mag3 ⁊ maxie diligit: ꝑ maximā topicā. Sic
simplr ad simplr: sic mag3 ad mag3 ⁊ maximū ad maximū

Questio

Sed di. Quō ego possum chrm diligere nisi ipe dede
rit ⁊ prior dilexerit. Rñdet̃ ꝙ dilectio nr̄a non pōt esse
causa ꝑcedēs q̄re nos diligat. Ideo. j. Joan. iiij. Cha
rissimi diligam⁹ deū qm̄ ipe prior dilexit nos. Sed ex
cōsequenti possumus plus vel magis mereri vt pl⁹ di-
ligamur: ⁊ h̄ ꝑ exercitiū ꝟtutum: nam Aug. dt: ꝙ chari
tas meret̃ augeri vt aucta mereat̃ ꝑfici. Ad id Sene-
ca. Monstrabo ait tibi amatoriū sine medicamēto: sine
herba: sine vllius veneficii carmie. Si vis amari ama:
sic fecit Joannes: ḡ ⁊c. O itaq̃ charissimi cum audim⁹
Joannem sic mundum: sic adolescentem: sic in chri cha
ritate feruentem ⁊ chrm sequentē inducimur vt ⁊ nos
mundiciā amplectamur: sequamur citi⁹ chrm q̄ possu-
mus: quid dormimus quid sumus inertes ⁊ tepidi: cur
ramus ⁊ nos post chrm ꝑ veram pniam vt diligamur a
christo. O deus eterne q̄ miseri ⁊ infelices sumus si a
tuo amore excludamur: q̄ beati erimus si sic viuimus:
vt tuo amore bone Jesu perfruamur. D Secun-

D Preeminentia dilectõis Joãnis.

da q̃stio de p̃eminẽtia: vtrũ veraciter chr̃s magis dilexit ioãnẽ q̃ petrũ: vł alios discip̃los. Et arguit Bona. sup. iij. dist. xxxij. q. vl. ar. vlt. p̃ ⁊ cõtra. Nã p̃mo videt̃ q̃ magis dilexerit Joãnem. q: in euãgelio locis in pluribus dicit̃: q̃ ip̃e est discipl's quẽ diligebat iesus. Et h̃ etiã testat̃ Beda. ⁊ canit eccl'ia: q̃ Joãnes p̃uilegio amoris p̃cipui ceter; altius a dño meruit honorari. Itẽ Aug. in glo. sup vlt. ca. Joãnis. dicit q̃ Joãnes magis amabat̃ a chr̃o: q̃uis Petrus mag; amabat chr̃m. Sz ↄtra Joã. vlt. dixit dñs Petro. Dilig; me plus his? vbi glo. dt. q̃ hoc nõ q̃reret nisi sciret q̃ plus eũ amaret. sz deus magis diligit eos q̃ magis se diligũt. Juxta illud Prouer. viij. Ego diligẽtes me diligo. g̃ sequit̃ q̃ mag; dilexit Petrũ. nam et ip̃m toti eccl'ie p̃fecit. Rñdet̃ s̃m Bona. vbi s̃. aliosq; doct. q̃ plures modi dicẽdi satis cõgrui hic assignant̃: sed nos accipiamus tres modos.

Dilectio duplex.

Primus est s̃m Augu. sup Joãnẽ: q̃. s. dilectio est q̃dam in signo exteriori: q̃dam in affectu iteriori. Primo modo magis dilexisse videt̃ chr̃s Joãnem: q: maioris familiaritatis signa ei exhibuit. nam ⁊ sup pectus chr̃i recubuit: ⁊ ei proditorẽ singlarit̃ chr̃s manifestauit: ac matri ip̃m in filiũ cõmendauit: ⁊ i frẽm sibi adoptauit. Sed scd̃o modo magis dilexit Petrũ feruentiorẽ charitatẽ ipi dando. ⁊ sic diligebat Petrus fortius quantũ ad affectũ g̃re interioris: adeo vt offerret se ⁊ carceri ⁊ morti pro chr̃o di. Tecũ patus sum in mortẽ ire. ⁊ h̃ vero anio dixit: sed postea timore supatus non p̃fecit. Dilexit aũt chr̃s vtrũq;: ⁊ alios discip̃los eq̃liter ex parte sui quo ad cordialẽ amorẽ. Scd̃s modus dicẽdi est s̃m Berñ. q̃ Petrus dilexit feruẽtius: ⁊ diligebat̃ fortius. Joãnes v̾o dilexit dulcius: ⁊ diligebat̃ familiari⁹ Nã vt idẽ Ber̃. ait. Deus est tripl'r diliged⁹. s. fortiter: dulcit̃: ⁊ sapiẽter. Petrus dilexit fortit̃ mori patus. vñ ⁊ crucẽ p̃ chr̃o sustinuit. Joãnes aũt dilexit dulciter. q: eius dulcẽ familiaritatẽ habuit. vnde ⁊ in sinu dilecti recubuit. Uterq; v̾o ⁊ omẽs discipl'i dilexerũt chr̃m sapiẽter. q: ab eius amore separi noluerunt. Tertiũ modũ accipio s̃m Hugo. de sctõ Uict. q̃ duobus modis inq̃t charitas p̃fecta dicit̃ ↄstantia. q̃n fortis est ad aduersa oĩa tolerãda. Et deuotiõe. q̃n plene succensa est ad ea que recta sũt appetẽda. Cõstãtia fuit in Petro: ardor deuotiõis in ioãne. Et sic s̃m diuersas vias vt in rõnibus p̃scriptis ptz. isti se excedebãt.

Deus tripliciter diligendus.

Charitas p̃fecta ↄstãtia

E Questio Quare Joãnes nõ ad p̃laturam?

E Tertia q̃stio de differẽtia. quia different̃ chr̃s hos dilexit: cuz ioãni m̃rem cõmendauit: Petro aũt eccl'iam. Queritur ergo. cur chr̃s totius eccl'ie p̃ncipatũ noluit Joãni committere: cũ esset v̾tuosissimus ⁊ sctissimus ac p̃dilectus adeo vt esset dignus matri chr̃i in filiũ cõmendari? Rñdet̃ s̃m Fran. ma. in ser. q̃ noluit hoc q̃druplici rõne. Primo. q: habuit impedimentũ etatis cũ esset adolescẽs. nam tales etiã si sint p̃fecti: nõ sunt assumẽdi ad p̃lationẽ eccl'iasticã. vnde ⁊ chr̃s omi v̾tute et sapia plenissim⁹ noluit ante annũ tricesimũ p̃dicare: vel discipulos aggregare: sed erat subditus parẽtibus. Lu. ij. ⁊. iij. Erat iesus incipiẽs quasi annor; xxx. Hinc eccl'ia statuit vt nullus in ep̃um eligat̃: nisi qui iam tricesimũ annum etatis exegerit. extra de electione ⁊ elect. po. cum in cunctis. Scd̃o. quia ioãnes habuit ad chr̃m nimiã cõiunctionẽ cõsanguinitatis: ne. s. sumeret̃ in exemplũ q̃ in eccl'ia succederẽt cõsanguinei: vel q̃ rõne consanguinitat; eccl'iastica bñficia ↄferrent̃. hoc eñ est vetitũ ⁊ illicitũ. viij. q. j. Moyses. extra de p̃ben. ⁊ dig. c. j. Tertio. q: ioãnes fuit insufficient̃ bñficiatus in commendatione m̃ris. q̃ docemur q̃ sufficient̃ bñficiatis in eccl'ia non sunt pl'a bñficia cõferẽda. extra de p̃ben. de multa. Sed heu modo ve ab scandalis ⁊c. Quarto. q: ioãnes erat eleuatus ad g̃ram seraphice cõtemplationis. Cura aũt pastoralis habet distrahere aĩm ad inferiora q̃ docemur: q̃ viri excellẽtis cõtemplatiõis: vt religiosi nõ debẽt assumi ad pastoratũ ne impediant̃ a cõtemplatiõe. Sicut nec seraphici spiritus mittunt̃ ad exteriora. O ergo diuina sapiẽtia lauderis in omibus que optime tua dispensas dona. Joãni comendañ matrem: Petro eccl'iam. De hoc Petrus Damia. dicit sic. Petro cõmissa est eccl'ia mater chr̃ianor;: Joãni vero cõmissa est custodia matris chr̃i. Petro cõmissum est regnum celorũ in quo habitat societas sanctor;. Joãni cõmissum est celũ in quo habitauit tota diuinitas. Petr⁹ factus est eccl'ie fundamentũ. Joãnes cõstruxit eccl'ie edificiũ. Petrus maiora fecit miracula. Joãnes altiora ptulit mysteria. Hec ille. O bone iesu b̃ndicaris in sanctis ⁊c.

F De fruitione diuina et secretor; reuelatione

⁋ Circa scd̃m mysteriũ de fruitione F diuina ⁊ secretor; celestiũ reuelatione quibus Joãnis mens pascebat̃: sit pro cõclusione illud Jsido. de obitu sanctor; di. q̃ btũs ioãnes fluẽta euãgelij de ipso sacro dñici pectoris fonte potauit. Hoc pro grandi miraclo ⁊ priuilegio declarat̃ s̃m Fran. ma. ex pluribus cõcurrentibus miraculis. Primũ miraculũ. q̃ chr̃s dñs in illa cena vltima voluit Joãnem reclinari sup pectus suum: ⁊ ei soporem imisit quo ab exterioribus sensibus abstractus ad celestes instructiões melius foret dispositus. Sicut deus fecerat Ade in paradiso soporẽ imitteñ. ⁊ secreta celestia ac futura eidẽ sic reuelañ. Geñ. ij. Sic Joãni sopito fuerunt euangelij secreta celestia tunc reuelata: vt cerneret quod alios postea doceret. s̃m Greg. ⁊ Jsido. vbi supra. Ideo. j. Cano. j. dicit. Qd̃ fuit ab initio quod audiuim⁹ et perspeximus oculis nostris de v̾bo vite annũciamus vobis. Scd̃m miraculum. q̃ oĩa illa idola vel simulacra sibi ostensa sic fuerunt in eo suspensa ⁊ ligata: vt recordari de eis nõ posset vsq; ad aduentũ sp̃ussancti. Sicut videmus q̃ dona spiritualia gratie ⁊ virtutũ: ac sapiẽtie infuse in puulis baptisatis ligata sunt vsq; ad p̃finitũ tẽpus a deo. Naz nisi in Joãne illa fuissent ligata: non exorbitasset a fide resurrectionis dñice: cum sola mater domini credit in fide stetisse. Tertiũ miraculũ. q̃ oĩa illa repsentatiua fuerunt postea in aduentu spiritussancti relarata et reserata vt libere vteret̃ ad recordañ. quod viderat Unde et Augu. dicit. Tam alte postea intonuit de verbo dei. q̃ si altius aliquantulũ intonuisset: totus mundus cape non potuisset.

G Utrũ Joãnes in hac vita mortali viderit diuinam essentiã

G Hic querit̃. Utrũ btũs Joãnes viderit aliq̃ndo in hac vita mortali diuinam essentiã ex dei gratia? Respõdet Fran. ma. q̃ sic. Et h̃ astruit pluribus rõnibus.

⁋ Primo ex sui scripti argumẽtatione

⁋ Secundo ex diuini verbi reuelatione.

⁋ Tertio ex alior; sanctor; compatione.

⁋ Primo ex dicti sui argumentatiõe. quia in p̃ma sua canonica. ca. j. dicit. q̃ v̾itatem fidei quã vidit ⁊ oculis p̃sperit ip̃e annũciat nobis. sed articulos fidei ptinentes ad diuinitatẽ impossibile est vidisse: quin ip̃a deitas fuerit visa que est obiectũ in illis. ergo. ⁊c. Itẽ euãgelij. j. cañ. dicit. Uerbũ caro factũ est: et habitauit in nobis: ⁊ vidim⁹ g'liam q̃si vnigeniti a patre. Sed quia amicus b̃ificus nõ põt videri vel cognosci: nisi cognoscat̃ eius obiectũ. g̃. ⁊c. Uñ sup illa v̾ba Augu. dicit. q̃ sup oẽm naturã ⁊ cõseruor; claritatẽ euãgelista mentẽ erigẽs ad ip̃um verticẽ bonor; nos p̃duxit: cũ ait. Uidimus g'liam eius g'liam q̃si vnigeniti naturalis a patre. Scd̃o p̃bat̃ ex diuini v̾bi reuelatiõe. q: mysteriũ eterne generationis ip̃ius v̾bi ⁊ incarnatiõis fuit in essentia p̃fecte reuelatũ Joãni. De hoc autẽ Diony. dicit libro de di. no. ca. iij. sic. Cõpositio iesu est ignota oĩ menti ⁊ arcana omi rõni ⁊ ineffabilis etiam sup̃mo seraph: prio ⁊ dignissimo angelor;. Uñ supposito q̃ Joãnes viderit illã verbi vnionẽ vt coĩter concedit inq̃t Fran. sequit̃ q̃ viderit terminũ istius vnionis que est p̃prietas verbi. Et visa hac p̃prietate necessario vidit diuinã essentiã ad quã ista p̃prietas relatiua terminat̃. q: ip̃ossibile est relationẽ cognosci nisi actualiter terminis precognitis tanq̃ extremis. Tertio p̃batur ex alior; comparatiõe. Cũ eñ btũs Augu. cõcedat lib. sup Geñ. ad l'ram. xij. de Moy. ⁊ Pau. q̃ viderint diuinã essentiã facie ad faciẽ: non per speculũ in enigmate: non per visionem corpalẽ sic̃ in mõte Sinai visus est d̃s: nec p̃ sp̃ualem vel imaginariã. sic̃ vidit Esa. ca. vj. sedentẽ sup soliũ excelsũ: ⁊ seraphi stantes subt̃ illõ di. Sctũs sctũs sctũs do. ⁊c. Hoc modo etiã vidit Joã. in Apoc. vt dic̃ Ly. Sed ut ibidẽ August. dicit. Moyses ⁊ Paulus viderunt in raptu diuinam essentiam s̃m speciem quantũ

Moyses ⁊ Paul⁹ diuinam essentiã q̃lit viderint

hūana mens pōt per dei grām. Sed qm̄ non est maior ratio de illis q̄ȝ de Joāne cur illi fuerūt assumpti ad visionē diuie essentie in suo raptu magis q̄ȝ Joānes in suo raptu obdormitiōis: cum singule iste reuelatiōes facte sint ad nr̄am vtilitatē ⁊ eruditionē. Sublimiora aūt documēta habem⁹ a Joanne q̄ȝ a Moyse vel Paulo: eo q̄ in tota sacra scptura nō sunt ita sublimia documēta: sic ɔtinent̄ Joan. j. Unde Chrys. Illiterat⁹ inqt ⁊ indoctus Joānes de celestib⁹ phando tam excelsa dogmata cepit referre q̄ nullus hoim vnq̄ȝ didicit. Hec ille. Si nimirū ergo Joānē compabim⁹ Moysi q̄s hor̄ sit pcellētior. Audi Petrū Dam. dicentē sic. H Joānes inqt Moyse potior inuenit̄. Moyses em̄ minister erat legis: Joānes xp̄o pdicator grē. Moyses petijt videre faciem dn̄i: Joānes xp̄o deū incarnatū nō solū vidit ⁊ audiuit: sed ⁊ manib⁹ cōtrectauit. Moyses tabernaclo p̄erat. Joānes melioris tabernaculi custos factus mr̄is .s. v̄ginis minister extitit. Per Moysen datū est māna israelitico pplo. Joānes aūt multo gl'iosius habet māna etiā in sepulchro. Hec ille. Itē si pphetis Joānem compemus ⁊ aliis etiā aplis ⁊ q̄busuis sanctis. Utrum Joānes magis illustratus fuerit mente: audi eundē. s. Petrum damia. dicentē sic. Joānes piscator illustrate mētis radio p̄cellit pphas: supgredit̄ p̄riarchas: apostolos supat. postremo totius hūanitatis trāscendit ingenia. Hec ille. Itē si Petro. Quis hor̄ alti⁹ contēplatus est diuinitatē? audi Orige. di. Joānes deiformior intellectu fuit magis q̄ȝ Petrus apl's. Petrus em̄ chr̄m deū hoiem factū recognouit di. Tu es chr̄s filius dei viui qui in hunc mundū venisti. Joānes xp̄o chr̄m dn̄m de deo pr̄e genitū ⁊ incarnatū intellexit. Item si Paulo cōparemus. Quis hor̄ maiorē grām accepit? audi eundē Origen. dicentē sic. O btē Paule raptus es (vt tuipe asseris) in tertiū celū. O vas electionis ⁊ doctor gentiū audisti v̄ba que nō licet hoi loq̄. Joānes aūt intimus v̄itatis inspector: vltra oīe celū celor̄: hocest in cām oim ascendēs audiuit vnū v̄buȝ p q̄d facta sūt oīa Et licuit ei illud v̄bum loq̄ quantū pōt hoibus pdicari Hec ille. O itaq̄ȝ btē Joānes. o sctissime hoim p istam maximā grām a deo tibi collatā rogam⁹ te impetra nobis miseris grām a tuo dilecto iesu vt digni habeamur eius visione diuinitatis in celo. J

Joānes moyse potior

J ¶ Circa tertiū de celeberrimo honore Joānis accipiamus p cōclusione illud q̄d canit ecclia. s. Ualde honorandus est btūs Joānes: q̄ supra pect⁹ dn̄i in cena recubuit. Et rō. q̄r ip̄e extitit pmarie sctitatis ⁊ v̄tuositatis ac grē plen⁹. honor aūt est p̄miū v̄tutiȝ. vt dr̄. iiij. Ethi. ⁊c. Un̄ ppt̄ eius sctitatē multiplr̄ Joānes est honorat⁹ in tota q̄ȝ ecclia honorandus. Prio q̄dem honorat⁹ est ab angelis. q̄r vt scribit̄ Apoc. xix. cū cecidisset ioānes ante pedes angeli q̄ sibi visiones ondebat vt ip̄m adoraret: ille phibuit di. Uide ne feceris: cōseruus em̄ tu⁹ sum. q. d. honor talis debet exhiberi a minori illi q̄ maior est: ⁊ nō ecōuerso. sed ego nō sum maior te. imo ex q̄ chr̄s carnē humanā assumpsit: et te in frēm adoptauit: ego tanq̄ȝ seruus debeo te honorare. Scd̄o honoratus est a sctis ⁊ btis. q̄r oēs ad eius transitū cū chr̄o aduenerūt. Tertio honorat⁹ est a mr̄e dn̄i ⁊ chr̄o iesu dei filio speciali p̄uilegio amoris in vita: in morte: ⁊ post mortem. Nam in vita chr̄s ei maximū honorē fecit: cū iuxta se sedentē sup pectus reclinari voluit: ⁊ cū ip̄uȝ in frēm adoptauit: ⁊ mr̄i sue in filiū cōmendauit. Et credit̄ q̄ q̄tiēs btā v̄go ip̄m vidit extūc: sp de filio suo iesu ⁊ ei⁹ in cruce facta recōmēdatiōe recordata: ip̄m Joānē honorauit tanq̄ȝ alter̄ iesū vel filiū. Itē in morte ⁊ post mortem honorauit pre aliis. q̄r ad alios in hora mortis angelos mittit. ad Joānem aūt psonaliter venit ⁊ ad gloriam suā itroduxit. vt dt̄ Petrus Damia. Sic eū (inqt) volo manere donec veniā. Ip̄e per memetip̄m veniā: ⁊ egredientē in gl'iam meā suscipiā. Hec ille. Quarto honorat̄ eius euangeliū pre ceteris. q̄r Ludol. li. de vita chr̄i dicit. Laudabilis inqt cōsuetudo est. q̄ in fine missar̄ euangeliū Joānis legit̄. In p̄ncipio erat v̄bū. ⁊ dum dicit̄: Uerbū caro factum est: genua flectunt̄: De cuius efficacia narrat exemplū. Q̄r in Aquitania erāt

Btūs Joannes multipliciter honoratus.

Joānis euāgelium

Exemplū

duo demoniaci ambo mendici. ⁊ vnus alteri inuidens q̄ plus daret̄ illi: clam vni sacerdoti dixit. Si legeres euāgeliū illd̄: In p̄ncipio erat ⁊c. in aure socij mei: me tamē non audiēte; p certo fugabit̄ demon. Sacerdos intelligens versutiā demonis: alte legit. ⁊ cum diceret Uerbū caro factū est ⁊c. ambo demones fugerūt. Plura ad idē narrant̄ ibidē exēpla: q̄. s. demōes p hoc euāgeliū pellunt̄. Sed p̄terea dicit̄ q̄ hoc euangeliū valȝ contra picula fulminis. Narrat̄ em̄. q̄ quidā simul itinerātes dum audissent missam: ⁊ vnus eor̄ expectassȝ audiēdo post misse finem dictū euāgeliū intactus permansit. Alter autē simul trāsiens cū eodē qui non expectauerat hoc euangeliū: in ip̄a via fulgurāte fulmie pcussus fuit hac de causa vt putat̄: ⁊ fulciri pōt per dictum Helinandi. vt ptȝ sermo. j. de hoc eodē sctō ioāne circa hanc lr̄am J. in fine ante K: Rogem⁹ q̄ȝ dn̄m. ⁊c.

¶ Pro sancto Joāne Ser. iij. De eius adoptatione dignissima gloriaq̄ȝ seraphica.

Ego Joānes frater vester: ⁊ pticeps in tribulatione ⁊ patiētia: ⁊ regno in chr̄o iesu. Apoc. .j. A Uerba ista ait ip̄e ioānes euāgelista: q̄bus docemur in mysterio q̄liter regni christi iesu pticipes esse valeam⁹ cū Joāne ⁊ ceteris sanctis. Nam in eo q̄ dicit. Ego Joānes: nobis in exemplū proponit̄ acq̄rende grē diuine. quia s̄m Hier. in interpta. no. Heb. Joānes interptat̄ grā: vel in quo est grā: sine qua non puenit̄ ad vitam. iuxta illud Romaā. vj. Stipendia pctī mors. grā autē dei vita eterna in chr̄o iesu dn̄o nostro. Itē in eo q̄ subdit: frater vester. non q̄dem carnali cognatione: sed sp̄iali regeneratiōe: dat̄ intelligi q̄ nec dei grām: nec vitam eternā habere possum⁹ sine fide vel baptismo chr̄i. iuxta illud Eph. ij. Grā em̄ saluati estis p fidem. ⁊ Joā. iij. Nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua et sp̄ū sctō: nō intrabit in regnū celor̄. Deniq̄ȝ in eo q̄ addit. pticeps in tribulatōe ⁊ patiētia: ⁊ regno. s. celesti. designat̄ q̄ sicut scribit̄ Act. xiiij. Opt̄et p multas tribulationes nos intrare in regnū dei. vt exponit Ly. Pōdera ergo tu o chr̄iana aīa hec Joānis v̄ba: vt sis in fide ⁊ grā ac patiētia pro chr̄o firma: si vis cū Jesu ⁊ Joāne aliisq̄ȝ sanctis cōregnare in celo: audi q̄d dicat Joānes in p̄misso themate. Ego Joānes frater vester ⁊c. Ex q̄bus verbis pro hoc s̄mone ad honorē beati Joānis tria mysteria eliciemus s̄m q̄ in eis cōmen(datur.

A

¶ Primū de fraternitatis chr̄i grā: ibi. Ego Joānes frater vester in chr̄o.

¶ Scd̄m de veritatis signi noticia: ibi. in tribulatione ⁊ patiētia que sunt signa vera huius

¶ Tertiū de celestiȝ regni gl'ia: cū addit̄. ⁊ reḡ. B

¶ Circa p̄mum de grā fraternitatiȝ chr̄i: qua Joānem chr̄s dn̄s pre cunctis sanctis dignificauit: cū ip̄m in fratrem adoptauit: ⁊ in filiū matri sue cōmendauit. accipiamus hanc cōclusionē: q̄ exēplo Joānis apl'i conandū est oīni fideli: vt sit ver⁹ frat̄ chr̄i ac filius mr̄is dei. Et ostendit̄ rōne tali. q̄r q̄libet chr̄ianus fact⁹ est filius dei in baptismi regeneratiōe. s̄m illud Joā. j. Quotq̄t aūt receperūt eū: de. eis po. fi. dei fieri his qui cre. ⁊c. sed chr̄us est filius dei naturalis. ergo eoip̄o chr̄ianus est frater chr̄i. iuxta illud Heb. ij. Non cōfundit̄ frēs eos vocare di. Narrabo nomē tuum fratribus meis. Hinc Bern̄. sup Canti. dicit. Quid est chr̄ianus sum: nisi q̄ chr̄i frat̄ ⁊ imitator sum. si sum q̄ dicor: vere frater chr̄i sum ⁊ filius dei. q̄ si filius ⁊ heres dei ac coheres chr̄i Amplius. Ex q̄ chr̄us est filius Marie v̄ginis s̄m hūanitatem. ergo ⁊ eoip̄o chr̄ianus est filius adoptiu⁹ spiritualiter ip̄ius v̄ginis gl'iose. Unde Anshel. Si chr̄s inquit oim frat̄: cur non ip̄a que genuit oim mat̄. O btā fiducia. o tutū refugiū: mater dei est mr̄ nostra: Hec ille. O itaq̄ȝ chr̄iane chr̄i frater ⁊ fili marie aduerte tuā dignitatem ⁊ noli degenerare a tam bono patre deo. a tam dilectissimo fratre chr̄o qui sanguinē fudit pro te: ⁊ morte redemit te. noli ɔtēnere tam pie matris. s. gloriose v̄ginis Marie adoptionē filialem. Heu q̄ȝ multi sunt qui hec sūma bona vilipendūt ⁊ se tradūt heu diabolo in filios: peccādo contra deum. De quibus saluator Joā. viij. ait. Uos ex patre diabolo estis: ⁊ deside-

De fraternitatis gratia chr̄i ad Joānem

ria patrꝫ vestri ꝛc. Quid ergo istis sequet̄ nisi ve ꝛ ve. quia peribūt cum diabolo ꝛ angelis eius eterno igne. ipsomet teste Mat. xxv. tanq̄ falsi fratres noīe tm̄ ꝛ nō re. Chrys. Om̄is chr̄ianus q̄ facit pctm̄ falsus est chr̄ianus: nisi peniteat. ꝛ Augu. Humanū est peccare: sed diabolicū in pctō pseuerare. O bone frater mi in chr̄o erubesce prēm habere diabolū ꝛ penitere. Nam cōfusibilius est hoc: q̄ prēm habuisse canem: vel asinū. C

C

Sed circa hoc q̄stiones alique occurrunt.

¶ Prima de huiusmodi adoptionis causis.

¶ Scda de eiꝰ dispositoriis siue ꝟtutibꝰ pmeritoriis.

Chr̄s beatū ioānem adoptauit in filium mr̄is sue ex q̄tuor causis.

Prima q̄stio de causis. vicꝫ q̄re chr̄s dn̄s voluit ipm ioannem cōmendare simpliciter non in obsequiū futurū tm̄: sed quod maximū est in filium adoptiuū ipi gl'iosissime mr̄i Marie. Respondet̄ bm̄ Bern̄. in sermo. sup illud. Stabat iuxta crucē iesu ꝛc. atq̄ Franc̄. ma. ꝛ alios docto. q̄ hoc fecit chr̄s pluribus rōnibus. Prima ratio ex pte sui: vt pceptū de honore parentū impleret: ꝛ implendū nobis cōmendaret. Bern̄. vbi s. Chr̄s viuens matri fuierat vt bonus filius: qui cum iam post mortē fuire nō posset in sui psona: seruitiū per discipulū quē plus amauerat matri honorande exhibuit. Voluit aūt eum non seruū: sed filiū substituere: vt inter ioānem et mr̄em charitatē sanctā extolleret: quā chr̄us in suis discipulis optat. ideo dicit. Ecce mater tua. q̄d est nomē amoris. ꝛ simil'r. Ecce filius tuus. nō ait. Ecce dn̄a tua. ecce fuus tuus. Secūda rō ex pte ꝟginis mr̄is. vt relicta a sponso Joseph q̄ iam ante defunctus fuerat: ꝛ solatio filii destituta: haberet solatiū gratū per filiū adoptiuū. Naꝫ lex adinuenit adoptionē in solatiū liberoꝝ. vt C. de adoptionibus. l. penul. Et hoc erat ꝟgini solatiū valde gratū q̄ predilectū chr̄i discipulū haberet vt filium in oībus obsequiis pcipue sp̄ualibus. s. missis celebrādis corā ea ꝛ sacramētis ministrādis. Valde etiā erat gratū ꝟgini ꝓpter iugeꝫ memoriā filii sui ꝛ mysterii ꝟginalis ptus. q̄ sicut pter naturā erat q̄ ꝟgo pareret: ita pter leges hūanas erat q̄ virgo adoptaret filium. Tertia ratio ex pte Joānis. vt in eccl'ia honorabilior oībus redderet̄ sublimatꝰ per tale puilegiū fraternitatis chr̄i: ꝛ filiationis mr̄is dei: q̄ altissimū sit h̄ puilegiū in alio fmo. agemus. Quarta ratio ex pte nr̄e instructōis: vt agscamꝰ q̄ ineffabili charitate dilexerit nos chr̄s deus noster: q̄ cū non essemus digni fore fui: nihilominꝰ ex charitate voluit nos in psona Joānis adoptare in frēs ꝛ filios dei pr̄is ac ꝟginis matrꝫ. vt dicit Hugo de sctō Vict. Unde Joānes tūc typū tenuit oīum fideliū. nam interptat̄ in quo est gr̄a dei. vnde om̄es in gr̄a existētes sunt frēs chr̄i. Ad hoc fcandū ergo cū esset chr̄s in cruce ꝛ in articulo mortis quā sustinere voluit pro fratribus. i. pro nobis dixit ad mr̄em. Mulier: ecce inq̄t filiꝰ tuus. q. d. Ea diligētia foue electos meos ac si me filiū tuū. q̄ frēs mei adoptiui sunt. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. q. d. O aīa fidelis cōsidera quātū te diligo: q̄ ego pro te morior. ecce sanguinem pro te fundo. ecce meā. s. genitricē dilectissimā tibi ꝓ matre cōmendo: vt ad ipam secure recurras in oī necessitate. Sic exponit Bern̄. ꝛ exclamādo subdit. dicens. O mirā et inauditā pietatē chr̄i. o q̄ proficuū. o q̄ gloriosum est fore tuū discipulū bone iesu. Quis em̄ pncipiū huius mūdi fuis suis istū honorē exhibuit. q̄ chr̄s suos non seruos vocat: sed amicos ꝛ frēs: ꝛ coheredes.

D

Meritū adoptiōis b. Jo.

D Scda q̄stio. Per q̄lia merita de cōgruo ioānes dispositus fuit vt adoptaret̄ pre ceteris discipl'is. Respondet̄. q̄ sicut colligi pōt ex ꝟbis euāgelii. q̄ pmo p virginitatē: vt mater virgo ꝟgini cōmendaret̄. sicut canit eccl'ia. Nam si bene pēsamus: virginē Mariā semp virgo custodiuit sibi mistrando. Primo a cōceptione et natiuitate ꝟgo angelus. s. custodiuit. Secūdo a desponsatione ꝟgo. s. Joseph suus spōsus. Nam dicit August. lib. de bo. cōiuga. q̄ Joseph fuit a pncipio ꝟgo purissimus. al's hoc eius matrimoniū claudicasset: q̄d non decuit dei filiū. Tertio a morte Joseph custodiuit ministrando sibi chr̄s dn̄s virgo purissimus vsq̄ ad mortem crucis. Et exinde. Quarto ꝟgo Joānes. ergo ꝛc. Proinde dicit̄ in euangelio. q̄ stabat iuxta crucem discipulus ille quē diligebat. s. ꝓpter ꝟginitatē. vt dicit Beda ꝛ eccl'ia. Scdo meruit hoc Joānes per crucꝫ chr̄i cōpassionē piam. vn̄ ꝛ dicit̄ sub cruce astitisse: ad fcandum q̄ si cōpatimur ꝛ cōregnabimus. ad Roman̄. viii.

Tertio per spēalez deuotionē ad Mariā virginē. q̄ vt dicit Fran. ma. ex btā ꝟgine sūma dulcedo diuinalis gr̄e refulgebat: ꝓpter quā viris pfectis erat spēali deuotione desiderabilis. vnde cū ꝟgine stetisse dicit̄. Est ergo credendū pie q̄ Joānes sūma deuotione flagrabat ad familiaritatē ꝟginis Marie: q̄d chr̄s sciens dedit ei hāc occasionē castam ꝛ piissimā: ad fcandū q̄ mūdos hoīes chr̄s specialiꝰ diligit ꝛ exaudit: ꝛ matri in filiū: sibiq̄ in frēm: ac etiaꝫ patri in heredē adoptat. Ro. viii. Qui spiritu dei agunt̄: hi here. ꝛc. E

E

De vere fraternitatis chr̄i noticia.

¶ Circa scdm pncipale de vere fraternitatꝫ chr̄i noticia accipe pro cōclusione ꝟbuꝫ apl'i ꝛ eius sn̄iam. q̄ sūt q̄dam hoīes chr̄iani veri frēs chr̄i: q̄dam falsi. Nam. ii. Cor. xi. apl's dicit. Pericl'is in falsis fr̄ibus. Sicut nēpe pro exēplo videmꝰ q̄ multe sunt monete false int̄ monetas regias. aut rōne materie: q̄ nō de vero auro vl' argento sunt cuse. aut rōne forme. q̄ nō habēt verā formā vel figurā regii numismatis. aut rōne autoritatꝫ in eis deficiētis. q̄ non autoritate regis: sed furtiue vl' occulte sunt facte. aut q̄ non habēt debitū pondꝰ ꝛ valorem. sicuti est in florenis sophisticatis. Jta in chr̄ianis multi falsi reputant̄. Quidā ꝓpterea q̄ nō sunt de vero auro vel argēto charitatꝫ ꝛ ꝟtutis chr̄iani nominis. Quidā ꝓpterea. q̄ non habēt verā formā regiā. i. chr̄i regꝫ per imitatonē debitā: sed viuūt in pctis ꝛ nō penitent. q̄d est diabolicū bm̄ Augu. Quidā sunt furtiue nō regis autoritate cuse. vt heretici ꝛ schismatici q̄ nō curant de autoritate romani pōtificis chr̄i. Alii deniq̄ nō hn̄t pōdus ꝛ valorē: q̄uis habeāt formā. vt q̄ confitent̄ fide chr̄m: factis aūt negāt. Sed hi oēs digni sunt proiici in ignē: vt false monete cū falsis monetariis suis. i. demonibus. Matt. xxv. Tunc dicet his q̄ a sinistris eiꝰ erunt. Jte maledicti in ignē eternū: q̄ patus est diabolo ꝛ angelis eius. Nam ꝛ bm̄ leges falsi monetarii comburunt̄ igne. Hec pmissa patent. C. de fal. mo. falsi nominis. ꝛ. l. Qui noīe. Querit̄ ergo vtrū homo chr̄ianus possit scire per expimentū se esse vere fratrē chr̄i dilectū? Respondet̄ bm̄ Alex. de ales. iii. pte sūme. q. lxxi. q̄ concedendū est per sciam expimentalē posse scire nos habere gr̄am. ꝛ per ɔsequēs esse dilectos chr̄o. Quāuis aūt Bona. sup. i. dist. xvii. videt̄ sentire cōtrariū ꝛ plures alii cū eodē. Juxta illud Eccl's. ix. Nescit homo vtrū odio vel amore dignꝰ sit. Sed bm̄ frēm Angel. de Cla. va. in sūma sua hec sic ɔcordari possunt. q̄ loquēdo de charitate finali pro om̄i tempe ꝛ absolute: non pōt hoc sciri certitudinal'r nisi per reuelationē diuinā. ꝛ sic intelligendū est dictū istoꝝ. Nihil tn̄ repugnat quin possit sciri pro aliq̄ tempe certitudine fidei: ꝛ experimentaliter cognosci ꝑ certissima signa. Sed q̄ sunt illa? Nota bm̄ frēm Ange. vbi supra. q̄ vnū est vere penitētie actio: dum. s. infundit̄ aīe fideli verus ꝛ sensibilis dolor de pctis ex charitate chr̄i: et firmum ꝓpositū vsq̄ ad mortē cauendi de cetero om̄e mortale: ac confitendi ꝛ satisfaciēdi. Nam ps̄ teste. Cor cōtritū ꝛ humiliatū deus non despiciet. i. diligit. F Secundū est iuxta Petrū Aurel. ꝛ Nico. de aus. Feruens affectio ꝛ desideriū ad cōformandū suā voluntate in oībus diuine voluntati vt studeat om̄ia pcepta fuare: ꝛ bonis opibꝰ insudare. Unde Mat. xii. dicit saluator. Quicūq̄ fecerit voluntatē pr̄is mei qui in celis est: ipe meus frater ꝛ soror est. Legenda. Btūs Joānes ab om̄i pctō mūdissimus fuit: ꝛ tam feruēs ad chr̄m sequendū: ac eius voluntatē implendā: q̄ cū Domitianꝰ audito. quia apd̄ Ephesum mltos ad chr̄m cōuertisset iussit eum romam duci: vbi ꝓconsul iuxta edictū impiale Joānem admonebat vt chr̄m negaret: ꝛ a pdicatione noīs eius cessaret. Qui respondit. Obedire optet deo magis q̄ hominibus. nec ergo chr̄m negabo: nec a pdicatione cessabo Tunc ante portā latinā iussus est flagellari: ꝛ ad derisionem in capite tōsurari. Sed Joānes gaudebat pro amore chr̄i contumeliā pati. Tunc iussus est in dolium

An hō possit scire ꝑ expimētū se esse vere fratreꝫ chr̄i.

Certa signa

F

Secundū.

Legenda.

feruentis olei igne de subter candeñ. imergi: sed diuina ꝓtegente gratia illesus exiuit. Ad qđ miraculū ꝓconsul obstupuit: ⁊ libertati reddere voluit: sed impatorem extimuit. Jussu ergo Domitiani in exiliū relegat in insulā que dicit Pathmos: vt p̄dicare chr̄i nomē nequeat. Nimirū Romani q̄uis nullū deū respuerēt: tamen chr̄m deū p̄dicari ꝓhibebant: tum ex eo ꝙ Romanis p̄rius nō appuerat: nec eoꝝ autoritate deus vocatus fuerat. Jpi aūt statuto decreuerāt neminē nisi ipo rum autoritate inter deos cōsecrari debere. tum ex eo ꝙ oīm deoꝝ cultū q̄bus Romani inbuebāt chr̄us euacuabat. Et sic ptz. ꝙ si tu homo vis dilectus chr̄i frater esse pniam agere debes: ⁊ p̄cepta dei firmiter obseruare vt sic valeas ad vitā ingredi. Vñ Leo pa. in ser. Excedit q̄dem. dicit sic. Quo spū de intemerate ṽginis matris viscerib⁹ nascit chr̄s. hoc de sctē eccl'ie vtero renascit chr̄ian⁹: cui vera pax est a dei volūtate nō diuidi: ⁊ in his solis que deus diligit delectari. Hec ille. G

G In deo dulcis delectatio.

Tertiū signū in deo dulcis delectatio vl' iocūdatio: qđ signū ponit ꝺm Pe. aureo. ⁊ Alexā. vbi s. vbi ꝓbat per illud ps. Multi dicūt q̄s ostendit nobis bona. Jbi inq̄t fit q̄stio qua multi hoīes q̄runt a fidelibus: vñ certi sunt ꝙ sint accepti deo ex bonis q̄ faciunt. ⁊ ꝓpha respondēdo dicit. Signatū est sup nos lumen vultus tui dñe: dedisti leticiā in corde meo. Et post pauca. Jn pace dormiā ⁊ reqescam. Hec sunt ergo tria inq̄t ex q̄bus colligit experimentū ꝑ quod aīa sancta cognoscit experimentalr se h̄re grām. s. lumen apud vim rōnalē: leticia apud cōcupiscibilē: pax apud irascibilē. Vñ enim ista tria sunt in aīa sctā: certū expimentū est ꝙ illa sit in gr̄a vere dei. Dico aūt vere. q2 ꝑ hoc differt aīa sancta ab aīa infideli pagana vel heretica. quia aīa sctā hab3 ista vera qñ habet grām. Sed aīa heretica similr ⁊ infidelis nunq̄ habet verū lumē in rōnali: nec verā leticiam in cōcupiscibili: nec verā pacē in irascibili: q̄uis habeat vel h̄re possit iuxta suū errorē iocunditatē cōsciētie ⁊ bonū desideriū: ⁊ lumē rōnis q̄bus delectat i deo: sed hoc nō est verū: imo est sophisticū. sicut est in somniando vel phantasiādo. Vñ illoꝝ iocūditas differt a nostra quantū iocūditas somniātis a iocūditate vigilātis Nam apl's dicit. j. Tim. iiij. ꝙ oēs habēt cauteriatā ꝯsciam. ⁊ Esa. lvj. Non est pax impijs. Sic em̄ in paralytico videm⁹ ꝙ est infirmitas: nec tamē est sensus doloris. sic aīa infidelis habet materiā doloris in se: sed nō sentit dolorē. Jn sana aūt anima nec materia est doloris nec sensus. Jn egro aūt non paralytico est materia doloris ⁊ sensus doloris. Jta in aīa fideli egra ꝑ peccatū est vtrūq̄. Vñ ptz ꝙ sola aīa sctā q̄ est in chr̄i gr̄a ⁊ dilectione habet verā delectationē in deo. sicut ⁊ verū lumē irradiās sup vim rōnalem: ⁊ veram in deo leticiā ac cōsciētie pacem. Hec ꝺm Alexan. H

H Ad ꝓpositum btūs ipe Joānes multiplicē habuit et verā in deo delectationē ac dulcedinē cōsolatiōis. Nam Dioñ. scripsit vnā ep'lam Joāni euāgeliste exultāti in Pathmos. vt dicit Fran. ma. in qua notat q̄ttuor p̄cipua. Vnū est. quia sc̄psit sic. Bene gaudere debes: q2 tu es valde dilectus a vero amabili. Aliđ bene inq̄t gaudere debes: quia tu in hoc mūdo cōuersaris incorruptibilr: sicut angeli in celo. Tertiū est. bñ gaudere debes. quia sic̄ mali patiētes afflictionē in hoc mūdo incipiūt penā inferni: ita tu ꝓpter cōsolationes diuinas tibi factas: incepisti hoc gaudiū paradisi. Quartū: bene gaudere debes. q2 tu debes reuerti de exulatu: q̄uis tu idipm nō ignores Et sic factū est eodē anno Domiciano a senatu interfecto: ⁊ cassato eius edicto Joānes cū gl'ia rediit. Quartum signū. mundanaꝝ cōtēptus ꝓsperitatū et aduersitatū iocunda toleratio. Jaco. iiij. Amicicia huius mundi inimica est deo. Greg. Aduersa letant tolerari mai⁹ est q̄ mortuū suscitare. Legenda.

Legenda. Cōtemptus mundi.

¶ Btūs Joānes docuit cōtemptū mundi: ⁊ aduersa libenter pro chr̄o sustinuit. Unde ipm chr̄us dñs magnis ⁊ multis miraculis letificauit. Ex q̄bus hic aliq̄ inserere sufficiat. Nam Craton ph̄s in foro spectaculū ꝓposuit. duos em̄ iuuenes frēs ditissimos oībus distractis emere fecit duas gemmas p̄ciosas: quas cōfringi iussit corā cunctis ostendeñ. per hoc contēptū mūdi ad philosophandū. Apl's videns ait. Stult⁹ est talis mundi ꝯtēptus: eo ꝙ iuxta doctrinā chr̄i debuissent p̄cipua paupibus erogari: nec pro vana laude hec fieri. Ph̄s ait. Et verus deus tuus ꝓbet reintegret has gēmas. Orante ergo ap'lo reintegrate sunt miracl'ose pfectissime. Vñ ph̄s ⁊ illi duo iuuenes crediderūt ⁊ oēs discipuli eius chr̄m publice p̄dicantes. Jtē duo iuuenes relictis oībus aplm sequētes viderūt obuiañ. q̄ndam seruos suos p̄ciosis vestib⁹ fulgeñ. ⁊ seipos egere cōtristati sunt. Apl's pcipiens hoc iussit: vt auferrēt virgas et a littore maris lapides q̄s cōuertit in aurū ⁊ gemmas: dixitq̄. Probate ꝑ aurifices ⁊ gēmarios istoꝝ veritatē ⁊ p̄ciositatē: ⁊ ite redimite vobis ea q̄ vendidist3. q2 celestia p̄mia pdidistis. estote diuites tempaliter vt in ꝑpetuū mēdicetis. Cumq̄ cōtra diuitias mltis rōnibus disputasset: ecce iuuenis q̄dā mortu⁹ efferebat. Et orante ap'lo p̄sentibus cūctis cōtinuo resurrexit. Cui ap'lus p̄cepit: vt illis duobus discipulis enarraret q̄ vidisset. Qui enarrauit multa de penis inferni ⁊ gl'ia paradisi: dixitq̄. O miseri q̄ indicibilia bona gaudijsq̄ plena palatia ꝑpetua pdidistis: quātaq̄ mala infernalia incurristis: tūc illi ꝓsternētes se misc'diam postulabāt. Quib⁹ apl's. xxx. diebus pniam iniūxit: inter q̄s orarēt vt virge ⁊ lapides ad p̄stinā naturā redirēt. Quo facto oēm grām ṽtutū quā p̄us habuerāt reacceperūt. Jtē p̄terea letificauit chr̄s miraculose p̄seruādo Joānē in aduersis. s. in cōcitata seditione: ⁊ veneni bibitione: ⁊ mortuoꝝ suscitatione. de q̄bus claruit supra ser. j. in Legē.

I Deniq̄ in hora mortis ipm p̄seruauit a dolore: ⁊ eidem appens chr̄s euocauit ad celū dulcissime. vt ibidem patuit. O ergo homo aduerte q̄ bonum est fuire chr̄o qui nō derelinq̄t suos. K I

K De gl'ia celesti Joānis questio.

¶ Circa tertiū gl'ia celesti ioānis querit ad quē ordinē spirituū btōꝝ in celo ioānes sit exaltatus: Ad qđ ponit cōclusio talis: ꝙ. s. Joānes ap'lus ad ordinē seraphicū est assūptus. vt sicut in terris fuit p̄dilectus chr̄i frater adoptat⁹. sic in celis sit chr̄o ꝓximus. Jstud declarat ꝺm Fran. ma. pl'ibus rōnib⁹. ⁊ tñ tres ponemus

¶ Prima ratio maxime charitatis.

¶ Secūda ratio ap'lice dignitatis.

¶ Tertia ratio p̄celse sanctitatis.

Rōne charitatis.

¶ Prima rō charitatis maxie. quia Greg. in hom. Accesserūt ad iesum publicani: dicit. Distincte inq̄t cōuersatiōes hoīm: singuloꝝ agminū angeloꝝ ordinibus congruūt: ⁊ in eoꝝ sortē per cōuersationis silitudinē deputant. Hec ille. Sed q2 seraphici spūs dicunt ab incendio charitat3 ꝺm Dioñ. lib. de ange. hierar. ⁊ ordo seraphicus est a chr̄o maxie dilectus in celesti p̄ria. sicut et pre ceteris cōiunctus. Joānes ṽo a chr̄o fuit p̄dilect⁹: ⁊ totus incēdio charitat3 plenus. cuius signū est: q2 de charitate sp eloq̄a frequentauit: ⁊ vsq̄ ad vltimā senectutē semp discipl'is charitatē cōmendauit. sicut dicit Hiero. sup ep'lam ad Gal. ita ꝙ cū vix inter man⁹ discipuloꝝ ad eccl'iam deferret ad singulas pausas dicere solebat. Filioli diligite alterutrū. Jnterrogat⁹ cur semper sic loq̄ret: R̄ñdit. quia p̄ceptū dñi est. ⁊ si solū hoc fiat sufficit ⁊c. Sequit ergo ꝙ Joannes ad seraph est sublimat⁹.

Ap'lice dignitatis.

Secūda ratio ap'lice dignitatis. q2 sūmo ordini in eccl'ia militāte corr̄ñdet sup̄mus ordo in ecclesia triūphante ꝺm Dioñ. cū excellētia p̄mioꝝ sit ꝺm excellentiā meritoꝝ. Et q2 ordo aploꝝ fuit sup̄mus in ecclesiastica hierarchia. vñ oēs apl'i ad illū ordinē videntur assūpti: inter q̄s Joānes nō fuit de minimis: imo de maximis. ergo habet ꝓpositū

P̄celse sanctitatis.

¶ Circa primū mysteriū p pclone accipiam⁹ v̄bū saluatoris chr̄i iesu Mat. xviij. dicentis. Nisi cōuersi fueritis ⁊ effi. sicut puuli nō intra. in reg. ce. Sꝫ querit: Cur chr̄s dn̄s sic nos voluit obligare vt efficiamur sic puuli si volumus celū intrare. Et rō questiōis est: qꝛ puuli h̄nt plures pprietates saluti eterne nō ouenientes. Tū qꝛ sunt ignorantes ⁊ sensu deficiētes: ppter qđ. j. Cor. xiiij. Fr̄es nolite pueri effici sensibus: ⁊ infra. Si quis aūt ignorat ignorabit. Tū qꝛ pueri sunt ocupiscētie sectatores: cupit em̄ puer oē qđ respicit: ppt qđ Eccl̄i. x. Ve terre cuius rex puer est. Tū qꝛ pueri sunt instabiles. Nā tota die se mouēt nec qescere pn̄t. Vn̄ Eph. iiij. Nō sim⁹ sicut pueri fluctuātes. Ecce ptꝫ q̄ scriptura in plurib⁹ passib⁹ dissuadet nobis ne sim⁹ puuli vel pueri. s. moribus. Nā vt v̄bs dr̄. j. Eth. Nihil differt puer etate ⁊ morib⁹. Miꝝ ḡ ē vt videt q̄ chr̄s dn̄s mgr̄ pfectionis chr̄ianos obligauit vt sint sic puuli. Sed ad hec respondet s̄m q̄ dr̄ Bon̄. in suo ser. de innocentibus: q̄ in pueris sunt duplices pprietates gn̄alr. Quedā male: quedā bone. Et bone sunt imitande: sed male sunt fugiende sic sunt iste pprietates i obiectiōe pposite. Chr̄s aūt dn̄s voluit chr̄ianos obligare vt sint sic puuli si volūt celū itrare q̄ ad bonas pp̄etates puuloꝝ imitādas Et iste sunt plures: q̄ breuiter sequunt. C Prima est puritas. Sūt em̄ pueri corde ⁊ carne mūdissimi: ppter qđ nō verent nudi icedere vsqꝫ q̄ dū fiūt dolicapaces In h̄ ḡ habemus primā regulā salutis vt simus mundi corde ⁊ corpe. Mat. v. Bti mūdo corde qm̄ ipi deū vi. Et Apoc. xxi. Nil coinquinatū intro. ⁊c̄. Secūda proprietas pueri est humilitas. Nō em̄ querūt pueri alta loca: sed sedent in puluere: ⁊ in oībus humilia diligūt: vt paruū equū: paruā auem ⁊c̄. In q̄ habemus scđam regulā salutis vt simus humiles. Mat. xviij. Nisi quis humiliauerit se sicut paruulus nō intrabit in regnū celorum. Et Luce. xiij. Oīs qui se exaltat humil. ⁊ qui se humiliat exalt. Tertia est amorositas. Multum em̄ amant pueri parentes ⁊ nutrientes ⁊ multū amari se faciunt ⁊ in om̄i necessitate ad parētes recursum habent In q̄ habemus tertiam regulā salutis: vt. s. deū qui est pater noster creatiōe ⁊ adoptione diligamus atqꝫ beatam v̄ginem matrē dei q̄ est mater n̄ra adoptata: ⁊ in oī necessitate spem in deo ⁊ v̄gine m̄re habeam⁹: ad ipam recurrendo deuota oratione. Proinde Mat. xxij. Diliges dn̄m deum tuum ⁊c̄. Et ps. Sperantem in dn̄o misericordia circundabit. Bern̄. In periculis: in angustiis: in necessitatibus inuoca Mariam: ipa tenente nō corruis: ipa protegente non metuis: ipa duce nō fatigaris: ipa ppitia puenies. s. ad portum salutis. Hec Ber. super Missus est. Quarta est fletus facilitas. Nā pueri minima lesione prouocātur mox ad fletum. In quo habemus q̄rtam regulā salutis: vt cū p pctm̄ ledit aīa mox ad penitentie lamenta recurramus. Mat. iij. Penitentiam agite ap. reg. ce. Quinta est placabilitas: qꝛ irā ⁊ odium pueri non tenent: verberati mox vno pomo placant ⁊ rident. In quo habemus quintam regulam salutis vt inimicis indulgeamus Lu. vi. Dimittite ⁊ dimit. vobis in q̄ mensu. ⁊c̄. Sexta simplex veritas. Sunt em̄ pueri simplices ⁊ sine dolo: sermone veraces nesciunt em̄ mentiri nec falsa profari etiam pro seipsis sed veritatē cōtra se fatentur nisi sint dolicapaces. Et hec est vna rō quare pueris sepe sp̄us pphetie a deo cōfert: vt ptꝫ de Hiere. c. j. ⁊ de Daniele c. eiusdē. xiij. vbi dr̄. Suscitauit deus sp̄m pueri iunioris: ⁊ sequit ibi qūo illos senes falsos testes contra Susannā probauit mentitos. In hoc habemus sextā regulā salutis vt dolum fugiamus ⁊ v̄aces simus. Ps. Perdes oēs qui loquūtur mendacium. Septima pprietas est mentis libertas. qꝛ pueri nil curāt de mūdanis: nec solliciti sunt de diuitiis vel honore: semp sunt iucūdi mente nec h̄nt remorsum ꝯscientie: eo q̄ a pctō sunt mūdi. In q̄ habemus septimā regulā salutis: vt. s. ꝯtemnamus mūdana nec curis hui⁹ seculi mentē suffocemus: sed libera mente ad celestia tendamus. j. Jo. ij. Nolite diligere mđm neqꝫ ea que in mundo sunt. s. inordinate querēdo delectabilia mđi: qm̄ siqs diligit mđm non est charitas p̄ris in eo. Jac. iiij. Amicicia huius mđi inimica est deo. i. inordinata delectabilitas mundi adhesio. Iste pprietates pueroꝝ breuiter sufficiant. Sed ve mđo ab scādalis qꝛ oēs declinauerūt inutiles facti sunt. Quis nāqꝫ est hodie chr̄ianus p̄dicta s̄uans vt sit mūdus mēte ⁊ corpe: sit humil: deū v̄e diligēs in oībus mādatis: aut veram pniam agēs: iniurias remittēs: verax ⁊ mđm ꝯtēnens. Heu heu o magne deus qn̄tū deficit vita sctā in chr̄ianis. Sed attendam⁹ charissimi in chr̄o fr̄es: qm̄ dicēte Gregorio. Momentaneū est hoc qđ nūc delectat: eternum aūt qđ in futuro cruciat. Studeamus ḡ sic viuere vt ad salutem possumus peruenire D

Nihil curāt de mūdanis

C Bone pprietates paruulorum

D De celebritate martyrii īnocētū q̄stio

¶ Circa secundum mysterium de celebritate martyrii innocentum ꝯstat: qꝛ ecclesia solenniter hodie celebrat eorum martyrium. Queritur ḡ vtrum debuerit martyrium istorum innocentum ab ecclesia venerari. Uidetur nempe q̄ non: quia isti paruuli fidem chr̄i non habuerunt: nec baptizati sunt baptismo chr̄i nec etiam voluntarie passi sunt: cum vsum libe. arb. non haberēt: sed passi sunt coacte ⁊ inuite: coactum aūt seruitiū non placet deo nec ē meritoriū: vt dr̄ Greg. xxiij. q. vi. Jam vero sic. Ad bonū qsqꝫ inutiliter cogit cū deus aspnet coacta seruitia. Vn̄ apl's cum ad elemosynas corinthios hortaret ait. Vnusquisqꝫ det prout destinauit in corde suo nō ex tristicia aut necessitate: hilarem em̄ datorem diligit deus. Vn̄ qui inuitus dat ppter presentem pudorem ⁊ rem ⁊ meritum perdet. Hec ibi. Deniqꝫ isti paruuli per illam mortem ad limbū descenderūt. Non videt ḡ ratio quare debuit ecc̄lia coꝝ mortē pro martyrio celebrandam instituisse. Sed ad hec respōdendo ponit ꝯclo q̄ celebritas martyrii ⁊ festi innocentū conuenienter ab ecc̄lia instituta est per spiritūsctm̄. Et habet extra de feriis. c. Cōquestus: ⁊ de h̄ festo celebrando inter alia. Rō aūt quare ecc̄lia venerat istoꝝ mar-

tyrum festum est ppter quatuor precipuas prerogatiuas quas passio eorum habet.

Prima ex eius primitia

Secunda ex eius causa

Tertia ex eius persona

E Quarta ex dei gratia E

Quatuor prerogatiue passionis inocentū

Prima martyrii pmitia

Prima prerogatiua ex martyrii pmitia. Nā de eis canit illud Apoc. xiiij. Hi empti sunt ex oibus primitie deo et agno. Hoc ideo: qr primi effuderūt sanguinem p chro nato: ppter qd Aug. i ser. triplici noie honorifico dignos ondit. s. q ipi sunt et dicunt iure flores martyrū et pmo erūpentes. i. primitie. s. fructuū et gēme ecclie fidelisi. Dicit em Aug. vbi s. sic. Aliorū qdē pciosa mors martyrū laudē in ofessiōe pmeruit: hor in cōsūmatiōe cōplacuit. Et paulo post. Qui iure dicunt martyrū flores quos in medio frigore infidelitatis exortos velut pmas erumpētes ecclesie gemmas qdam psecutionis pruina decoxit. Et ideo dignum est interfectis p chro infantib9 honorē impēdere cerimonias. Hec ille. Et ad id videm9 silitudinē in arbore q flores pcedūt odorifere: gēmeqz turgentes sequunt: et tandē fructus pdeunt Sic in ecclesia pcesserunt flores innocentie: odorifere in istis paruulis: gēmeqz passionis p chro turgētes. Uñ in letaniis ecclesia pmittit eorū suffragia martyribus: qr pmitie et flores et gēme martyrii pmo p chro nato. s. tolerādo mortē esse meruerūt qs alii martyres secuti sunt. Scda progatiua. s. martyrii innocētū est ex causa: qr sine oi culpa innocenter imanem crudelitatē Herodis occasione chri sustinuerunt. Nā dicēte Aug. causa facit martyrem potius q̄ pena. In istis aūt et causa fuit et pena ex psecutoris malitia seuissima: q̄ etc. Tertia progatiua sumit ex chri psona: qr isti nō tantummō passi sunt p noie chri vt alii martyres: sed etiam in psona chri. Nā quodāmō in qlibet eorū occisus est chrs: qd

F nō ita inuenit in aliis martyribus. F Quarta ex dei gra sumit: qr vt dt Aug. de ofc. di. iiij. c. Baptismi vicē. Prodest baptism9 sāguis vl' et flamis cū baptismū flumis nō otēpt9 religiōis: sz articul9 necessitatis excludit. Et sic in latrone (qui qdē nō p noie chri crucifixus est sz p merits facinorū suorū) qd de sacramēto baptismi defuerat cōpleuit oipotentis benignitas. Sic in infantibus q baptizati moriunt eadē gra oipotentis explere credenda est: qd nō ex impia voluntate sed ex etatis indigētia nec corde credere possunt nec ore ofiteri ad salutem. Hec dicto ca. Uñ supra dicta obiecta de istis innocentibus soluunt p hec. Nam q̄uis fidē nō habuerunt nec baptismū fluminis: tñ isti bti paruuli habuert baptismū sanguinis. Et qd defuit de voluntate libera p vsum rōnis: sufficit qd nō ocurrente cōtraria volūtate impia: suppleuit dei misericordia et gra: sicut et i aliis pueris baptizatis supplet vt saluent p baptismū siue fluminis vt fit cōiter: siue etiā sanguinis cū occiderent p chri noie ante baptismū vt tenet a doct. sup. iiij. Secus autē esset de adultis qñ baptizari vel mori p chro nollent et contra volūtatē baptizarent vel occiderent qr in talibus esset cōtemptus religionis et cōtrarietas

Questio impie voluntatis actu otradicentis. Nō aūt sic in paruulis vsu rōnis carentibus. Sed quō in istis paruulis innocētibus dei benignitas et gra nō solū suppleuit qd deerat volūtatis ad salutē put in aliis paruulis habz fieri cū occidunt p chro: sz insup glia martyrii eosdem sublimauit: qr eos p martyrib9 colit ecclesia vt patuit. De h in sequenti mysterio dicem9. O q̄ dei nri maxima pietas: o ineffabil' misedia qñ etiam pueros q non pñt velle saluari p baptismū saluat: et q nil pñt mereri ex se

G merent p grām chri regnum celorum G

De premio et glia inocētū

Circa tertiū de pmio et glia martyrii innocentū sit p oclone: q chrs dñs bon9 et supbonus fm diuitias glorie eius exhibuit in celesti pmio innocentib9 ne dū magnā sed et largifluā et abundantissimā: imo supabundantissimā pietatis grāz. Attendam9 o frēs charissimi et dñi istā grām chri iesu. Nā et apls paulus ad Eph. j. p fidelibus sic orauit di. Nō cesso grās agens p vobis memoriā vri faciens in orōnibus meis vt de9 dñi nri iesu chri pater glie det vobis spm sapientie et in agnitionē eius illuminatos oculos cordis vri vt sciatis q̄ sit spes vocationis et q̄ diuitie glie hereditatis eius in sctis: et q̄ sit supereminēs magnitudo ṽtutis eius in nos q cred. Hec ibi exponit Ly. i. ad pmiandū nos. s. in celo: est em infinita: et sic supeminet oi qd de ea cogitari pōt. Hec ille

Pietas chri qdruplicitr claruit in puer innocētib9

Proinde oclonē pdictā declarando in pmio istorū sctōr hec quatuor elucescunt. Primo magna chri pietas claret. s. in acceptando ad salutē istorū paruulorū mortem: cū nō habuerint fidē chri nec liberi arbitrii vsum et moriēdi voluntatē. Nam ex mera chri gra et nō ex pprijs eorū meritis chrs ipos beatificauit: supplēdo in sanguinis effusione pro baptismo eorū qd defuit de voluntate libera: vt patuit ar. ij. H Secundo chri pietas largiflua claruit in remunerando nō solū ipos inocētes: sz etiam ipsorū mres. s. pro ploratu et cōpassione super iniqua occasione filiorū. Uñ querit: quali premio ipas matres chrs dñs remuneraauit? Rñdet Chry. in ser. di. q matres in lachrymis earū baptizate sunt sicut filii in sanguine eorū: nec carebunt gaudio: qr plus q̄ filii quodāmodo passe sunt. Erat inquit videre maiorem dolorem in matribus q̄ in paruulis morientibus. Unū qdē paruuli sustinebunt dolorē: nōdum em sustinebant mortis timorem. Matres vero duplicem patiebant: vnum q interfici paruulos intuebant: alterū q a filiis ipe desolabantur. Hec Chry. Ad idem etiam Seuerianus in ser. hodier. dt sic. Diuerso modo dono vno in lachrymis suis mres: et sui filii in suo sanguine baptizati sunt: in martyrio filiorum matres passe sunt: et necesse est vt sint premii consortes que fuerūt socie passionis. Martyrium quoddam. s. cōpassionis matres tulerūt: et ideo non carebunt martyrū gaudio martyrii lachryme quas fuderunt. Hec Seuerianus. Sed circa hec aduertendum q ex his nō debet intelligi q ipe matres habeant p suis lachrymis et doloribus martyrii aureolā sed qdam gaudium vel speciale pmium p tali dolore habito et in gra tolerato ppter chrm prout volūt doct. pcipue Tho. in. iiij. di. xlix. I Tertio pietas chri abundātissima claruit in abundantissime donando ipis innocētibus gaudiū celeste: qr nō solū donauit eisdē chrs aureā q est glia essentialis osistēs in dei visiōe et fruitiōe: sed insup speciale eis gaudiū donauit inter sanctos p innocentia et puritate in q mortui sunt p chro vt tenent doct. pcipue Petrus aureo. in suo ope. Uñ de eis canit ecclia. Ji sunt q cū mulieribus nō sunt coinquinati: virgines em sunt et sequūt agnū q̄cunqz ierit. Et infra. In ore ipor nō est inuentū mendatiū: sine macula em sunt ante thronū dei. Et q hec sint eis ad maximā gloriam in celesti patria: ibidē. s. Apoc. xiiij. vbi hec scribunt d ipis accepit ecclesia qd addit. s. q cantabūt canticū nouū qd nemo alius poterat cantare: p qd vt dt Haymo significat singulare gaudiū de incorruptione mentis et corporis: de q ille q corruptus fuit nō pōt gaudere. Et de h sermone. iiij. lati9 in questione de virginitate eorū patebit. K Quarto pterea supabundantissima pietas christi claruit in premiando ex gratia mera tam supabundanter vt in numero martyrū habeant: qm martyrii gloria maximum est fm Aug. Ex gra em chrs dñs obligauit se eis p illō extra de iniur. et dā. da. si culpa. Qui occasionē damni dat dānū dedisse videt. Nā occasionem mortis eorum dedit chrs: ergo pietas chri vt satisfaceret debuit eisdem dare vitam. Sed querit: vtrū data sit eis aureola martyrii? Et videtur q non: qr ad aureolam martyrii necessario requirit cōiter volūtas patiēdi p chro: que nō fuit in istis. q̄ etc. Propter h quidam putauerūt et dixerūt q isti paruuli nil meruerunt nec habeant coronā martyrii. Sed otra hos est autoritas ecclie vlis que hos colit p sctis martyribus: vt ptz in officio diuino de martyrib9 applicator: et ex ser. Aug. in ipo officio. Ecclia aūt in talib9 nō errat: dist. xj. Ecclesiasticarū et c. catholica: et. xxiiij. q. j. a recta: et c. Hec est: et plurib9 aliis. Tenēdo q̄ cōiter cū ecclia. Dicendū est q isti scti hñt coronā martyrii. Sed vñ hoc meruerint aliqui dixerūt q in eis vsus liberi arbitrii fuerit miraculose acceleratus: ita q volūtarie passi sint. Sed h dictū nullibi repit autenticū: ideo eadē facilitate otēnit

Utrū data sit eis aureola martyrii

qua pbat. Rñr q̃ sm Tho. iij. q. cxxiiij. aliosq̃ q̃ martyrii gloriã quã in aliis ppria voluntas merer: isti paruuli occisi p chr̃o dei grã speciali sunt assecuti. Effusio em̃ sanguinis p chr̃o vicem gerit baptismi. Vñ sicut pueris baptizatis: per gratiam baptismalem meritũ chr̃i operatur ad gloriam: sic in istis operatus est ad palmã martyrii ꝯsequendã. Et h̃ est q̃d d̃r Aug. in q̃dam ser. de ephia. alloquendo innocentes sic. Ille de vestra corona dubitabit in passione p chr̃o q̃ etiam paruulis baptismũ pdesse non extimat zč. Ad idẽ facit etiã alia siliᵗudo de latrone iuxta chr̃m pendente: de q̃ Hiero. de pc. di. j. c. importuna: d̃r sic. Christus in paradisum de cruce latronẽ tulit: z neq̃s aliq̃ serã conuersionem putaret fecit homicidii penam martyriũ. Hec ibi. Et glo. d̃r q̃ nõ fuit martyriũ in rei veritate: sed d̃r ideo pena eius ꝯuersa in martyriũ: quia per fidem z patientiã dignus fuit eterno pmio vt statim intraret ad vitã: sicut illi etiam q̃ patiunẽ martyrium. Hec glo. Cũ q̃ pietatẽ z grãm tantam chr̃s exhibuit latroni p ppriis facinoribus: nõ pro noĩe chr̃i vel fide crucifixo vt statim intraret ad vitã: decuit vt eiᵘ grã operareẽ tantũ in paruulᵗ p chr̃o occisis vt. s. obtinerẽt coronã martyrii q̃uis deficiat in eis ppria z pfecta rõ aureole. Et ad idẽ Ber. in ser. dat etiam rõnem. q̃ christi pietas ab herodis impietate non debuit supari. Et d̃r sic. Si apud deũ eorũ merita vis scire vt coronenẽ quere apud herodem crimina vt trucidentur: an forte minor est christi pietas q̃ herodis ĩpietas: vt q̃s ille potuerit ĩnoxios trucidare chr̃s nõ potuerit p se occisos coronare? Hec ille. O q̃ piissime iesu q̃ largissimus es tuis in retribuendo. O peccator: o peccatrix: ecce vbiq̃ pietas iesu tibi presto est in presenti dando veniam z gratiam: in futuro vero vberrimam gloriam. Age ergo penitentiam vt cum beatis chr̃s iesus premium det in celis.

Pro Innocentibus Sermo. iij. precipue de fuga christi in egyptum.

A Accipe puerum z matrẽ eiᵘ z fuge in Egyptũ futurũ est em̃ vt Herodes querat puerũ ad perdẽdum eum. Mat. ij. A Scimus fratres charissimi: q̃ hodie ecclesia sancta colit festũ sctõꝝ innocentũ. Et certe dignissime h̃ festũ nominatur innocentũ. Primo q̃dem q̃ hodie agiẽ festũ innocentũ paruuloꝝ occisoꝝ. Vñ Aug. in ser. d̃r sic. Hodie f̃res dilectissimi natalẽ illoꝝ infantium colimus q̃s ab herode crudelissimo rege interfectos esse euangelii textus eloquiẽ: z ideo cũ summa exultatiõe gaudeat terra nostra: celestiũ militũ z tantaꝝ parens fecunda v̄tutum. Ecce pphanus hostis nunq̃ btis paruulis tantũ pdesse potuisset obsequio quantũ pfuit odio. Hec ille. Scd̃o q̃z d̃r h̃ festum innocentũ dignissime: q̃ est festũ innocentissimi imo q̃ est oĩm innocentũ caput chr̃i Jesu z deniq̃ innocentissime v̄ginis marie m̃ris eius: atq̃ eiᵘ virginalis sponsi Joseph innocẽtis: de quoꝝ exulatu z fuga in egyptum hodie recolit ecclesia specialr̃ ĩ ipo euang. vbi h̃r q̃ apparuit angelᵘ dñi in somnis ioseph d̃i. Surge z accipe pueꝝ. s. iesum: z matrẽ eius. s. Mariam z fuge in egyptum: vt ptz in themate. Vñ p h̃ sermone tria mysteria notabimus iuxta ista verba

¶ Primũ mysteriũ de eccl̃e tristicia. s. in officio hodierno ostensa: q̃d accipiẽ ex dicti causa.

¶ Scd̃m de chr̃i iesu fuga: q̃ d̃r: fuge in egyptũ.

¶ Tertium de herodis seuicia: quia subditur: futurum est em̃ vt herodes zč.

B De lugubri memoria hᵘ martyrii innocentũ in ecclia B

¶ Circa primum de tristi vel lugubri memoria. s. huiᵘ martyrii innocentũ in ecclesia solita. ex q̃ queri põt: cur istoꝝ innocentũ solennitas agiẽ lugubriter in eccl̃ia vt claret q̃ hodie vtitur eccl̃ia nigris paramẽtis z subticet leticie cantica: puta Te deũ laudamus. Gloria in excelsis z All̃a. z Ite missa est. sed ad id ponẽ responsalis ꝯclõ: q̃ ecclesia hodie subticet ꝯuenientissime cãtica leticie. Et hoc triplici causa vel ratione.

¶ Primo in signum exulatus

¶ Secundo in signum illius status

¶ Tertio in signum materni fletus

In signũ exulatus

¶ Primo in signum exulatus quẽ habuit btã v̄go Maria z Joseph z chr̃s dñs quibus ecclesia cõpassionem ostendit: z in hoc docet filios suos. s. oẽs fideles debere compati chr̃o. Nam dicente aplõ Rho. viij. Ipse spiritus testimonium reddet spiritui nostro q̃ sumus filii dei. Si aũt filii z heredes: heredes q̃dem dei: coheredes aũt chr̃i. Si tñ cõpatimur vt simul z glorificemur. Hec ibi. Et certe magnam ꝯpassionem debemus chr̃o z eius matri in hoc exhibere in corde pio recogitãtes q̃ multas anxietates pertulerunt cum cogebantur de terra z cognatiõe sua fugere ad terram z regnum remotũ z gentis paganice vel idolis dedite vbi non erat cognitio v̄i dei: z per ꝯñs timor magnus eis iminebat de feritate ignote gentis. Sed z quõ virgo tenerrima z delicata scz beata maria puerum tam tenere etatis per eremum maxime vastitatis ad aliam regionem tã longo itinere ducendo quantas amaritudines laboris z fatigii: famis z sitis: timoris z penurie ac necessitatis sustinuerit die z nocte recogitare quis sufficit. Dignũ est ergo vt compatiamur. Secundo in signũ illius status: q̃. s. isti paruuli innocẽtes p chr̃o occisi ad limbũ descenderunt: vbi gloriam dei non viderunt vsq̃ quo chr̃s mortuus est. Unde Job. xvij. Si sustinuero infernus domus mea est: z in tenebris straui lectulũ meum. Illius status signum

Tertio in signum materni fletus quem scz habuerunt matres pro morte natoꝝ: sicut fuerat pphetatum Hiere. xxxj. Uox in rama. i. in excelsis audita est: ploratus z vlulatus multus Rachel plorans filios suos. Per Rachel intelligiẽ bethleẽ z eius confinia. Nã Rachel fuit sepulta iuxta bethleem. Geñ. xxxv. Et ideo dicta est mater ibi habitantium. Et est modus loquẽdi. q. d. Tantus fuit luctus q̃ etiam mortui compati z flere deberent. Et tantus fuit meror z dolor q̃ nullam consolationem haberẽt vel admitterẽt. Unde subditur. Et noluit consolari. s. Rachel metaphorice intelligendo vt dictum est: quia non sunt: subintelligitur viuentes sm Lyrã. Materni fletus

C ¶ Sed hic queritur quare ppheta potius matres q̃ patres introduxit flere: nõ em̃ introducitur Jacob seu Israel ad flendum in persona patrum: sicut Rachel in persona matrum. Rñr q̃ hoc ideo: quia matres naturalr̃ z cõmuniter magis solent dolere de morte z aduersitatibus filioꝝ q̃ patres. Tum pp̃ter naturam molliorem z magis passibilem in mulieribus q̃ in viris. Unde mater plus dolet de malo filii q̃ pater naturaliter z cõmuniter: quãuis tñ pater plᵘ gaudeat de bono filii q̃ mater: vt videẽ innuere Salomõ Prouer. x. di. Filius sapiens letificat patrem: filius v̄o stultus mesticia est matris sue. Tũ pp̃ter vehemẽtiorem amorem maternum z laboriosam educationem. Unde phs. viij. Eth. dicit: q̃ matres plus diligunt filios q̃ patres quia plus laboris habent circa eos. Hec ibi. Unde in signum fletus matrum ecclesia hodie ꝯpassionis signũ lugubriter celebrando oñdit vt pietatem imitandã demõstret. Sicut z in Parasceue oñdit chr̃o p nobis passo z eius matri flenti cõpassionem. C Questio

D Item adhuc queriẽ. Cur q̃ in octaua huius festi oĩa cantica leticie resumunẽ. Rñr sm magistros huius rei tractatores: q̃ pp̃ter significationem gaudiose resurrectionis future octaua etate mundi fiendam. Vñ sicut septenarius numerus dieꝝ significat vniuersum tẽpus mundi qui per septenariũ numeꝝ dieꝝ curreñ. circuit z semp circuit put etiã v̄ba Greg. in hom. sonant: ita octaua festi significat octauã etatẽ q̃ erit post tẽpus omne mundi. s. post resurrectionem finalem q̃ñ erit pfecta leticia btõꝝ de glorificatiõe pfecta corpis z aĩe. Propterea ad significationem huius in octaua oĩa cantica leticie resumunẽ in ecclesia. O q̃ charissimi dñi. O fideles anime christi iesu sanguine redempte: videte q̃ dulciter z salubriter nos docet mater ecclesia flere z compati cum flẽtibus: z gaudere cum gaudentibus. s. in celesti gloria. Discamus ergo hic flere nostra peccata: discamus vere compati super proximorum miseria vt p compassionem veniamus ad illa celestia gaudia. D Questio

E De fuga z exulatu chr̃i E

¶ Circa scd̃m principale. s. de fuga z exulatu dñi iesu chr̃i in egyptum sit p cõclõne quod scribit euangelista Matthei. ij. q̃. s. Joseph angelo apparẽte admonitus

accepit Jesum puerulum ꝛ matrem eius nocte ꝛ fugit in egyptum: ꝛ erat ibi vsq₃ ad obitū herodis. Sed tres circa hoc cōtemplationes occurrunt.

¶ Primo de angelica reuelatione
¶ Secundo de fuge causa ꝛ ratione
¶ Tertio de historica prosecutione

Angelica reuelatio

¶ Primo de angelica .s. reuelatione queritur. Primo quis fuerit iste angelus qui sepius apparuit Joseph admonendo? Respondetur fm doct. precipue Ludolphum lib. de meditat. vite chri: ꝛ Simonem de Cassia: ꝙ verisimiliter creditur fuisse ipse Gabriel qui ad ministerium chri incarnati deputatus fuit tam in annūciando q̄ in obsequendo ꝛ protegēdo. Unde super illo verbo Lu. j. Discessit angelus ab illa .s. maria postq̄ annūciauerat christi conceptum. Quedā glo. dicit sic. Discessit angelus Gabriel visum subtrahendo nō vtiq₃ famulatum. F Scdo queritur: cur iste angelus apparuit ipsi Joseph ꝛ non Marie? Rñr ꝙ tum quia curam domus ipse habebat tanq̄ maritus: tū q2 Joseph erat imperfectior ꝛ minus illuminatus q̄ gloriosa virgo Maria ꝑpter quod de consolatione angelica plus indigebat. Tum quia virgo maria fuit post verbi dei ↄceptionem adeo illuminata vt sciret oīa predicta de christo per prophetas: ꝛ per consequens cum hoc fuerit predictum per Osee. ca. vj. ꝙ .s. chrs dei filius deberet transferri in egyptum. Et per Esa. vt infra dicetur: habuit q̄q₃ ipsa certitudinem de tutela chri a spiritusancto. Joseph aūt indigebat de his informari per angelicam reuelationem: ergo ꝛc. Sed quare ipsa virgo eidem hec non dixit: vel quare chrs per seipm eum nō informauit cum tn̄ vsum rationis habuit plenum in pueritia? Rñr fm Ly. in postilla super illo ḃbo Mat. j. voluit occulte dimittere eam: ꝙ talia nō sunt reuelanda nisi q̄ntum se extendit volūtas diuina: ꝛ ideo btā virgo tacuit: sciens ꝙ tpe competenti reuelaret ex beneplacito diuine volūtatis. Deniq₃ vt chrs dn̄s exterius ab aliis pueris se non differre ostenderet qtūs sic veritas nature assumpte ꝓbaretur noluit per seipm informare ipm: fm Tho. i. iij. di. xiiij. q. iij. ar. vj. in solutione primi argumen. Sed voluit per angelum reuelare ꝓ cōsolatione ipsius ioseph ꝛ certificatione de tutela chri. Et fm ꝙ dicit Ly. Licz Joseph ex reuelatione diuina esset certificatus de tutela chri tn̄ non debebat omittere qd̄ poterat facere fm rationem via humana: alias tentasset deum. Unde Chrys. dicit ꝙ misericors deus mestis rebus q̄dam etiam iocūda ꝑmiscet: qd̄ certe in sctis oībus facit q̄s neq₃ tribulatiōes: neq₃ iocunditates sinit habere continuas: sed ex aduersis simul cū ꝓsperis iustoꝝ vitam admirabili quadam varietate ↄtexit. Hec Chry. Et sic ptz ꝙ ꝓ ↄsolatiōe angel⁹ dei appuit. G Tertio querit̄: q̄ tpe fuit ista appitio ꝛ admonitio atq₃ fuga chri i egyptū? Rñr fm Bedā ꝙ statim post festū purificationis Marie. Nā postq̄ ex Bethleē vbi natus fuerat dn̄s ascenderūt in Hierusalē ad purificationē fm legē: inde se transtulerūt in Nazareth galilee ciuitatē suā vbi chrs fuit ↄceptus vt dicit Lu. ij. Et in isto itinere reditus ad nazareth appuit angelus ipi ioseph admoneñ. vt fugeret in egyptū. Et vt dicit Alb. sup ipo euāgelio statim iuerūt in Nazareth ꝛ ordinauerunt de re familiari impēsas accipiēdo: statimq₃ fugerūt i egyptū. Sed hic o charissimi debemus pia mente considerare ꝙ facta appitione ꝛ reuelatiōe Joseph sollicit⁹ de mādato dei dixerit virgini marie. O virgo superbn̄dicta fugiamus repēte anteq̄ audiat Herodes vbi simus q2 querit ꝑdere puerū. O quanto dolore coꝛ ḃginis tunc sauciatū extitit. Credo ꝙ mox in lachrymas ꝓrupit: ꝛ celerius filiū suscipiens in noctis tenebris iter arripiētes: quantos timores habuerūt: quot noctes insomnes duxerūt ꝑ desertū absq₃ cibo ꝛ potu: q̄t fatigia pertulerūt: q̄s enarrare poterit? Cōpatere nūc o aīa tuo creatori peregrināti ꝓ te: cōpatere ḃgini eius mri. O de⁹ meus si affuissem vt eisdē fuire potuissem. H Secūda ↄtēplatio de causa fuge chri ꝛ rōne: vbi querit̄. Cur chrs dn̄s voluit fugere: cū ꝓ suā potētiā potuisset etiā in iudea q̄diu voluisset se tutasse ꝛ precauere mortem sicuti ꝛ fecit qn̄ iudei ipm volebant capere vel lapidare qui tn̄ nil facere potuerunt nisi qn̄ chrs ꝑmisit se capi ꝛ crucifigi: vt pz Jo. vij. ꝛ. viij. Rñr: ꝙ q̄uis chrs potuisset precauere oīe machinamentū herodis etiā in iudea permanēdo: voluit tn̄ potius fugere. Tū ꝑpter prophetiaꝝ impletionem: quia erat ꝓphetatum: vt statim dicet̄. Tum ꝑpter nostram instructionem: vt .s. prudenter ꝛ nos q̄nq₃ declinemus: ꝛ fugiamus iracūdum hoiem: iuxta illud Eccl. viij. Nō litiges cū hoīe linguato ꝛ non struas in ignem illius ligna .i. materiam incendendi furorem .s. ꝑ tuam pn̄tiam vel cōtentionē. Un̄ sic fugiendo linguatū .i. rixosum fm Ly. occasionē peccandi subtrahimus. Uoluit itaq₃ chrs fugere personalem persecutionem: vt ꝛ nos doceat idem facere ad vitandum occasionem peccandi: vn̄. vij. q. j. c. Aduersitas: dicit ꝙ cum persecutio prelato infert̄ rōne persone est fugienda: exemplo chri qui a facie herodis fugit: sed cum ratione gregis vel fidei est constanter subeunda. Nam ꝛ dn̄s ait discipulis. Si vos ꝑsecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam: hec ibi fm Aug. J Sed adhuc restat querēdum. Cur ḡ fugere voluit in egyptum potius q̄ in aliam terram vel regnum. Rñr fm Gorrā aliosq₃ ꝙ hoc voluit. Primo ꝑpter idolatrie euacuationē que maxime increuerat in egypto: adeo vt aliqui adorarent etiā porros ꝛ cepas: alii arbores: alii blada: alii aues ꝛ multa talia: vt etiam dic̄ Ly. Qn̄ Pharao summersus fuit cum suo exercitu in mari: illi egyptii qui remanserant ad colendū terre nascentia quecunq₃ ꝛ aliis artibus vel exercitiis occupati: illa ꝓ deo coluerunt ꝑ que occupati a summersiōe maris sunt ꝓseruati. O stulta demētia. Un̄ vt ꝟcaret̄ ꝙ chrs dn̄s euacuare venerat ꝛ destruere in mundo idolatriam: in egyptum iuit vt ad eius introitum oīa idola corruerēt. Scdo ꝑpter ꝓpheciaꝝ impletionem: q2 nimiꝝ. Esa. xix. scriptum fuerat sic: Ecce dn̄s ascēdet super nubem leuem ꝛ ingredie̾ egyptum ꝛ mouebun̄ simulachra egypti a facie eius. Ly. Dn̄s ascendit sup nubē leuem assumendo carnem humanā que dicit̄ nubes: q2 formata fuit obumbratione ꝛ virtute spūsctī: ꝛ leuis dicit̄: quia nō aggrauata pōdere pctī originalis. Cetera patet in auctoritate: q2 vt dicit̄ in historia scol. ꝛ etiam in legenda: ingrediente dn̄o egyptum oīa idola corruerunt: adeo ꝙ sicut in exitu filiorum israel non fuit domus in qua non iaceret mortuum primogenitum: dn̄o faciente. Ita nec tunc fuit templum in quo non corruerit idolum. Item alia ꝓphetia fuit Osee. vj. de qua Mat. ij. Ut impleretur inquit qd̄ dictū est a dn̄o ꝑ ꝓphetam scz Osee dicentē. Ex egypto vocaui filium meum. Tertio ꝑpter misericordie declarationem. Chrys. Recordatus est dn̄s quot plagas intulerat sup egyptū: ideo filiū illuc mittit vt vna sanaret medicina: q̄ docemur ꝙ dei misericordia inimicos suos non solū ad veniā recipit: sed etiā ipos inquirit ꝛ visitat. O ḡ charissimi in chro attendite dei misericordiā erga oēs pctōres. Aduertite etiam ꝙ si iustus patit̄ aduersa nō debet cōtristari: ↄsiderañ. q2 chrs dominus ꝛ ei⁹ mater ꝛ scti innocētes aduersitatibus sunt tribulati. Ideo Hiero. dicit. A cunabulis ecclesie nō defuit iniquitas premēs ꝛ iustitia patiens: adhuc chrs in cunabulis erat ꝛ iam fugere ꝛ exulare cogebat̄. K Tertia contemplatio de historica prosecutione huius fuge chri .s. qualiter fugit chrs in egyptum. Et circa h̄ notandum ꝙ chrs dn̄s in ista fuga voluit oñdere. Primo humane nature veritatem quia voluit vt ꝛ ipe ꝛ parentes eius sustinerent magnam penuriam ꝛ laborem magni fatigii ꝛ necessitatis anxietatē. Un̄ vt Ludol. li. de medi. vite chri dicit. Fugere voluit ꝛ ire per desertum per quod filii israel ad terram promissiōis se transtulerunt vbi neq₃ aqua neq₃ aliud pro sustentatione vite hūane neq₃ dom⁹ vel villa ꝑ hospitañ. hēbat̄. O q̄ntā ḡ penuriā passi sunt in isto itinere tā lōgo: adeo ꝙ vt idē dicit: distantia est ad iter cursoris velocissimi ꝑ duodecim vel q̄ndecim dietas: ꝛ ꝑ parētib⁹ iesu forte erāt duo mēses vl plus. Hec ille. Infra h̄ ḡ tps nocte ꝛ die requiem nō h̄ntes in vasta solitudīe inter feras ꝛ bestias agri ac scorpiones estū: ventū: famē: sitim timorem:

F Angelus apparuit Joseph ꝛ non Marie

G Quo tpe fuit ista apparitio

H Cur chrs voluit fugere

J Cur in egyptū voluit fugere ꝛ nō in aliā terram.

K Qualiter chrs fugit in egyptū

Arbor palme inclinata puero christo

τ alias anxietates multas habuerunt. Scđo ꝗꝛ oñdit suā pietatē cū parentes pauit miraculose. Narrat eñ Jac. de vora. ꝙ dū puenissent sub altissima arbore palme τ ꝑ quiete aliquantulū pausarēt sub ei⁹ vmbra ait ꝟgo maria. O vtinā ex his fructib⁹ ꝑcipe possem. Cui ioseph. O dña debem⁹ poti⁹ cogitare de aqua q̄ nobis in vase deficit. Et ecce palma se inclinās fructus suos ꝟgini colligendos exhibuit τ de sub radice fons aque erupit: τ sic plurimū sunt recreati. Cas. etiā in histo. tripartita refert ꝙ in alio. q̄dam loco iuxta viā arbor alta existēs vsqꝫ ad terrā inclinata chr̄m supplicit adorauit τ fructū eis ad vescendū ꝓbuit q̄ tāte postea fuit ꝟtutꝫ vt si qd de ei⁹ fructu vl' folio aut cortice collo egrotantium ligaret oīs infirmitas eo ip̄o expelleret. Deniqꝫ

Fons in Alkayron

vulgat fama etiā apd' Saracenos ꝙ i Alkayron fons hr̄ de q̄ solo balsam⁹ irrigat⁹ crescere pōt: τ ꝙ in eo fonte btā ꝟgo tūc chr̄ꝫ puerulū balneauerit: ꝓpter qđ dicūt ꝑ balsami ꝯseruatiōe ex h̄ ꝟtutē hr̄e: vt narrat Joannes nider. Tertio oñdit suā ptātē τ maiestatē: qꝛ vt

Latrones

narrat Jac. de vora: τ memit Anſ. dū icidisset in latrones vn⁹ eoꝝ in pueꝝ respiciens tantū splendorē faciei ei⁹ vidit vt admirañ. mox diceret sociis. Uere si possibile esset deū fieri hoīem dicerē ꝙ iste puer esset de⁹ incarnat⁹. Qui vult ḡ istos ledere vel ꝑdari aut ip̄e occidat me aut ego ip̄m τ sic post multā altercationem eos defendit. Addūt etiā aliqͥ ꝙ idē latro duxit eos ad q̄d dā suū tuguriū qđ hēbat i illis ꝯfinib⁹ τ ibi hospitauit. Habebat aūt quendā paruulū filium mancū τ claudū ac cecū natū: cūqꝫ ꝟgo ibi calefecisset aquā ad chr̄ꝫ balneandū: p⁹ balneū chr̄i vxor latronis in idē capisteriū τ balneū cū suū filiū posuisset mox miracl'ose curat⁹ est ꝑfecte. Uñ latro τ ei⁹ vxor adorare ceperūt. Tunc btā ꝟgo dixit latroni. Scito tibi in futuro mercedē reddendā ꝑ pietate ista nobis exhibita ab hoc filio meo. Hic aūt dr̄ fuisse latro ille q̄ crucifixus est a dextris Jesu: τ tūc h̄ cōpletū est: qꝛ dixit eidē chr̄s in cruce. Hodie mecū eris in paradiso. Cumqꝫ latro ip̄os ꝑduxisset ad me

Idola egypti

tas egypti valefecit τ rediit. Jngress⁹ aūt dñs egyptū oīa idola corruerunt. Qđ sacerdotes tēpli cū mane ingressi vidissent: vllulatum dederūt τ dixerunt ꝙ deus aquaꝝ pugnauerit ꝯtra deos terraꝝ τ vicerit: sic aiūt corruerūt dii nr̄i. Uñ miserūt ad idola extra fines egypti existētia vt sciscitarent de causa ruine: τ rñderunt di. Nolite putare ꝙ vnus demonū alteꝝ deuoret: ſꝫ qꝛ in egyptū intrauit q̄dā forte sctūs ꝑ ꝓphetas ꝑdicat⁹ ꝓpter h̄ ista ruina facta est. Sꝫ vbi mānserūt τ q̄diu dr̄ Cassio. in hist. tripartita ꝙ venerūt ad q̄ndā ciuitatem thebaide in egypto q̄ vocat Elyopol. i. ciuitas sol' τ ibi aliquā domunculā ꝯducētes habitauerūt ꝑ septem annos tanq̄ aduene τ ꝑegrini paupes manuū labore victitātes. Tandē Herode defuncto angel⁹ dñi appuit ioseph moneñ. vt rediret in iudeā τ sic factū est. L

L De seuicia Herodis

C Circa ētiū ꝑncipale d' seuicia crudeli herodis ꝑ cōclone sufficiat breuit ꝟbū euāgeliste. Mat. ij. di. ꝙ herodes iratus occidit oēs pueros q̄ erāt in bethleē τ in oibus finib⁹ ei⁹ a bimatu τ infra. Jn qb⁹ ꝟbis oñdit ꝙ ei⁹ seuicia fuerit tā crudelissima ꝙ excessit hoīm toti⁹ mūdi crudelitatē: τ seuitiā ꝑcipue in q̄tuor. Nā de nullo rege vl' hoīe legit in scripturis silr̄. Prio excessit q̄ ad numeꝝ: cū dr̄: occidit oēs: nā cū deberet vnū occidere occidit oēs. Scđo q̄ ad impietatis modū: cū dr̄: pueros ſcꝫ innocētes: qualib⁹ oē gen⁹ hoīm parcere solet etiā in bello cōtra hostes: q̄nto magꝫ in domesticis. Uñ Cōstant. Jmp. in legenda scti Siluestri ait. Sic ſp cōtra hostes nr̄a certamina stetisse in ꝑliis nuncupant vt re⁹ esset legib⁹ τ capitali snīa puniret q̄cunqꝫ occidisset aliquē infantē. Tertio excessit q̄ ad locū: cū dr̄ in bethleē τ in oīb⁹ finib⁹ ei⁹ cū deberet occidere tm̄ pueros bethleemitas ei⁹ fines inuasit. Quarto q̄ ad annū: qꝛ a bimatu τ infra cū deberet occidere tm̄ pueros anniculos qꝛ tāte etatꝫ fuit chr̄s. O ḡ q̄ꝫ irrōnabile q̄ꝫ crudele herodis edictū. O q̄ flebil' occasio inocētū. Rapiebāt q̄dā d' sinu mr̄m: q̄dā d' cunabul' ad muros ꝑiciebāt: gladio feriebāt: ꝯfodiebant: i gutture scidebant: vidisses tūc cadauera iacētia in terrā respersam sanguine: vidisses mr̄es sparsis crinibus: ꝯplosis manib⁹ vllulātes. O qs nō cōpatiat τ nō collachrymet in tā lugubri spectaculo O crudelissime hoīm herodes nō euasisti vtiqꝫ sine pena: nūc tu cruciaris flens τ dentib⁹ stridens in inferno: innocentes aūt gaudent in celo. O amantissime o piissime Jesu q̄ꝫ bonus deus tu es τ q̄ꝫ pius dñs q̄ tam ex īmani herodis malitia tantū bonum elicere voluisti vt tantam tibi martyꝝ innocentum multitudinem copulares. Per tuā pietatē dñe iesu cōcede τ presta vt tecum in numero sctōꝝ tuoꝝ regnemus sine fine. Amen.

Pro innocētib⁹ Ser. iiij. de ip̄oꝝ multimoda felicitate.

Uidi supra montē sion agnū stantē τ cū eo centū q̄dragintaq̄tuor milia. Apoc. xiiij. τ in epistola hođ. A Sctā mr̄ ecclia hāc epl'am attribuit τ legit de ip̄is sctis innocentib⁹. Et h̄ prio vt nos doceat sectari puritatē τ inocentiā ꝑ quā isti scti ꝯsecuti sunt magnā felicitatē τ gl'iaꝫ. Uñ ad eorū gl'iam dr̄ ꝙ cantabāt canticū nouū qđ nemo ali⁹ poterat cantare: sine macula eiñ sunt añ thronū dei. Et nos ḡ charissimi sim⁹ mūdi vt ad eoꝝ gl'iam τ ꝯsortiū peruiniam⁹. Nam dt saluator Mat. v. Bti mūdo corde: qm̄ ip̄i deū vi. Scđo ꝗꝛ h̄ facit ecclia vt ꝓuocet ad patiēdū ꝑ chr̄o q̄cūqꝫ aduersa: sciētes ꝙ vt dt apl's Rho. viij. Nō sꝫ ꝯdigne passiōes hui⁹ tpis ad fut. glo. q̄ reue. in nobis τ ideo in hac epl'a ꝓseq̄ q̄ꝫ magnis τ multꝫ felicitatib⁹ τ gloriosis ꝓmiis remunerauit chr̄s i celo hos ꝑ se passos ꝑuulos qb⁹ nō suppetebāt ꝓpria merita. Multo ḡ abundanti⁹ nos patiētes volūtarie remunerare dignabit piissim⁹ chr̄s. Ut ḡ agnoscam⁹ q̄ꝫ bonū sit ꝑ chr̄o pati aduersa vl' amara saltē ꝟe pnie. Ecce ꝓponit nobis ecclia in ip̄a epl'a istoꝝ ꝑuuloꝝ passoꝝ felicitatē multiplicē di. Uidi supra mōtem sion agnū stantē τ cū eo τc. Ex qb⁹ ꝟbis atqꝫ ex tota epl'a notabim⁹ tria mysteria. A

C Primum de felicitate magna descripta in epistole principio. Uidi agnum τc.

C Secundum de felicitate iocunda posita in medio ibi. τ cantabūt canticum τc.

C Tertium de felicitate gloriosissima subiecta i termino. ibi. Hi empti sunt primitie τc. τ sine macula sunt ante thronum dei. B

B De felicitate innocentū pueroꝝ

C Circa primū mysteriū sit ꝯclo ꝙ ꝑ maria est innocētū istoꝝ felicitate ꝙ ecclia solet h̄ de eis cātare vicꝫ. Uidi supra montē sion agnū stantē τ cū eo centū quadragintaq̄tuor milia habentes nomē ei⁹ τ nomē pr̄is eius scriptū in frontibus suis. Declarat: qꝛ in his ꝟbis tres magne felicitates eisdem attribuuntur.

C Prima nobilissime associationis

C Secunda numerose multitudinis

C Tertia gloriose inscriptionis

Prima nobilissime associationis

C Prima felicitas dr̄ nobilissime associatiōis: qđ notat cū dr̄ Uidi agnū stantem τ cū eo. s. istos stātes. Magna eñ felicitas est ꝙ chr̄o specialr̄ associari meruerunt. Sꝫ querit q̄liter ꝓmeruerūt societatē chr̄i vt τ nos nouerim⁹ talit ꝓmereri posse? Rñr ꝙ prio ꝑ puerilis inocentie silitudinē. Nā silitudo est causa dilectiōis: qꝛ oē ens tēdit ad sibi silē. ij. d' aīa. Uñ videm⁹ ꝙ puer semꝑ pueꝝ diligit associari: nā ꝑ h̄ associstos ip̄os chr̄o dño fore ptꝫ: qꝛ herodes nō occidisset eos si pueri nō fuissēt sicut τ chr̄s puer tunc erat. Scđo ꝑ natiuā originē: qꝛ nati fuerāt in bethleē sicut τ chr̄s: τ nisi fuissent ibi nati non fuissent occisi ꝑ chr̄o: τ ꝑ ꝯñs non associati fuissent chr̄o: sic τ alii pueri alibi tūc nati. Uñ Mat. ij. dr̄ ꝙ occidit pueros herodes in bethleē τ finib⁹ ei⁹ non alibi natos. Tertio ꝑ passionē τ mortē. Nā nisi isti ꝑuuli fuissēt ꝑ chr̄i passi τ mortui: nō fuissent chr̄o associati vt clarꝫ qꝛ nō erāt baptizati: nec tūc credere in chr̄m nouerant ſꝫ effusio sanguinis eis suppleuit vicem baptismi: vñ dt Aug. τ hr̄ de ꝯse. di. iiij. baptismi. τ c. Cathecuminū ꝙ ſcꝫ baptism⁹ salutaris triplex specificat: vicꝫ fluminis: flaminis τ sanguinis. Si ḡ o chr̄iane vis chr̄o associari: his modis poterꝫ. s. ꝑ fidei vnionē vl' baptismi suscepti onē. Jo. iij. Nisi qs renat⁹ fue. ex aq̄ τ spūsan. nō intra. τc. Hec ē natiua imo regnatiua origo ad societatē chr̄i Itē ꝑ moꝝ silitudinē. Cyprian⁹ de abusiuis dt. Non recte dr̄ chr̄ianus nisi q̄ moribus chr̄o equat. Tertio per

C Numerose multitudinis.

passionē pro chrō. Romanꝰ. viij. Si cōpatimur ꝛ conregnabimus. ¶ Scda felicitas innocentū dicit nūerose mltitudinis. q2 dicit in epla. cxliiij. milia. Licet q̄ppe eoꝝ numerꝰ a nobis ignoret: ecclesia tamē sub h̄ magno numero eos honorat: di. Centūquadragintaq̄ttuor milia q̄ empti sūt de terra. Et hoc ad lrām expōit Lyra de illis q̄s Mahumetici vl' Saraceni occiderūt. s. christianos ꝛ religiosos tempe Eraclij impatoris inuadendo ꝛ capiēdo Egyptū ꝛ Ethiopiā: Damascū: Phenicem: ꝛ Hierosolymā: totā Syriā ꝛ Antiochiā. Tūc eñ in tanto numero vel circiter extimant fore occisi pbabiliter religiosi voto castitatis astricti in magnis cenobijs ducentoꝝ tricentoꝝ ꝛ amplius monachoꝝ et monacharū in castitate viuentiū: quoꝝ maior pars: vel saltē multi erant ꝟgines. Et de hoc allegat Lyra Hugonē Floriacen. in Chronica. Sed q̄ri pōt. q̄re ecclia hunc numerum istis puulis pro chrō ab Herode occisis attribuit. Rñdet q huius rōnem possumꝰ assignare fm docto. huius rei tractatores triplicē. Pria ratio ex pte puuloꝝ: vt cū in magno nūero licz occulto nobis recitant: maiꝰ gaudiū ꝛ dei collaudatio insinuet. Naz in celo gaudiū vnius auget ex gaudio singuloꝝ. Augu. lib. cōfes. dicit Qn cū mltis gaudet in singlis vberiꝰ est gaudiū. Proinde dei maior laus appet ex mltis. vt impleat illd ps. q̄d canit ecclia in missa de istis. Ex ore infantiū ꝛ lactētiū pfecisti laudē.

Ex assignatione nūeroꝝ.

Scda ratio ex pte assignatoꝝ numerorū. s. centū ꝛ q̄draginta q̄ttuor milia. Cētesimus eñ nūerus debet ꝟginibus q̄bus fructus cētesimus assignatur Mat. xiij. pro pfectiōe puritatꝫ. Quadragenariꝰ et q̄ternarius cōueniunt ptinet ad fideles in chrō: q̄ legē x. pceptoꝝ fm q̄d cōtinet in scptis q̄ttuor euāgelistarū in fide chri obuant. Millenarius ꝟo q̄ est vltimꝰ limes terminoꝝ ꝛ cōpletissimus obuantie huiꝰ fcat cōpletā pfectionē. Et q̄m isti puuli fuerūt mūdissimi innocētia: ꝛ sine pctī vel trāgressionis legis veteris vel noue macula: atq3 per passionez chrō pfectissime copulati. ideo merito hic numerꝰ eis ascribit pro nr̄a instructione: licz nūerus iste determinatꝰ pro indeterminato ponat: q̄m eorū nūerus ignorat. Tertia ratio ex pte alioꝝ fideliū: vt. s. accendant ad venerandū istos btōs puulos p chrō occisos. Si eñ miles regis vnꝰ honorādus est: mlto fortiꝰ milites mlti regis familiares ꝛ secretarij sūt aduerteñ. q sicut dt Hiero. ipossibile est pces multoꝝ intercessorum apud deū nō exaudiri. Vñ dicit etiā apls. ij. Cor. j. Coadiuuātibus vobis in orōne: vt ex multaꝝ psonis facieꝝ p multos pticipes agant grē deo pro nobis. O quāta ḡ istoꝝ felicitas sctōꝝ multoꝝ in celo. vbi vt dic Grego. q̄libet gaudet de alterius bono tanq̄ de pprio O quantū debemꝰ eos honorare tam mltos vt orent p

D Gloriose inscriptionis.

nobis apud chrm p quo occisi sunt. D Tertia felicitas istoꝝ dicit gliose inscptionis. Nam dicit q hēbāt nomē agni. i. chri: ꝛ nomē pris eius. s. dei scptū in frontibus suis. In quo ondit magna dilectio chri ad sctōs ꝛ ecōuerso. q2 nomē suū in frōtibus eoꝝ scribit ad eorū gliam. Et ecōuerso noia sctōꝝ scpta sunt in deo ad ampliorē iocunditatē eorundē. Vñ ꝛ Apoc. iij. ca. dt chrs. Qui vicerit. s. malignū: faciā illū colūnam in tēplo dei mei: ꝛ foras non egredietur amplius: ꝛ scribā sup eū nomen dei mei: ꝛ nomē ciuitatꝫ dei mei noue Hierlm: ꝛ nomen nouū meū. Hec ibi. Ex q̄bus ꝟbis ptz q sancti habebūt scpta in fronte hec tria nomia. s. heloy. q̄d est nomen dei pris. sic ei vocauit eū chrs Mat. xxv. ꝛ interptatur deus meus. Et nomē iesus. ideo dr. ꝛ nomē meū nouū. s. scribā sup eū. et nomē hierlm. vt ptz ibidē. Per hec dat intelligi q bti pleni erunt deo ꝛ eterna salute in corpe ꝛ aīa post resurrectionē. Nā iesus salꝰ interptat: ꝛ pleni erūt pace ꝛ leticia. q2 hrielm visio pacis intptat. Deniq3 q nomia sanctoꝝ scpta sunt in deo. habet ad Phil. iiij. Quoꝝ noia scpta sūt in libro vite. Quo cōtra de malis ps. Deleant de libro vite: ꝛ cū iustis non scribant. ꝛ Exo. xxij. Qui peccauerit mihi delebo eum de libro meo. O q̄ magnū ergo est gaudium beatis. O quāta felicitas bonoꝝ. q2 sic cōiungunt deo. Ideo Lu. x. Gaudete ꝛ exulta. q̄m no. vr̄a scpta sūt in celis.

E De iocūda felicitate sctōrū innocētū.

E ¶ Circa scdm pncipale de iocūda felicitate sctōꝝ innocentū sit pro cōclusione. q beatoꝝ innocentū glia nedū magna: sed ꝛ pbat esse iocundissima ex ipa epla: cū subditur. Et audiui vocē de celo tanq̄ vocē aquaꝝ multarum fm Lyrā. i. mltitudinis sanctoꝝ. s. istorū. Aque eñ multe populi multi. Apoc. xvij. sequit. Et tanq̄ vocez tonitrui magni. i. magnifice laudis de victoria triūphali ꝛ glia. sequit. Et vocē quā audiui sicut citharedoꝝ citharizantiū in cithara. s. quo significat q hec laus est coram deo ꝛ angelis grōsissima. sequit. Et cantabāt cāticum nouū ante sedē dei ꝛ ante q̄ttuor animalia. i. sanctoꝝ euangelice fidei: vel noui testamēti in p̄sentia. Et seniores. i. patriarchaꝝ ꝛ pphetarū veteris testamēti in p̄sentia. sequit. Et nemo poterat dicere canticū: nisi illa centum q̄draginta q̄ttuor milia: qui empti sunt de terra. Hi sunt q̄ cum mulieribꝰ non sunt coinq̄nati: virgines eñ sunt ꝛc. Nimirū in pdictis his verbis tres iocunde felicitates beatoꝝ puuloꝝ insinuant.

¶ Prima dicit noue decātationis. quia dicit q cantabant nouū canticum.

¶ Scda virginee incorruptōis. q2 dicit q nemo aliꝰ poterat illud cantare: ꝛ ꝟgines sunt.

¶ Tertia prime comitatiōis. hi sequunt ag. ꝛc.

F Prima felicitas noue decantationis.

F Prima felicitas noue decātationis. Vbi est notandum. q in sacra scptura distinguit triplex canticū. s. vetus ꝛ nouū: ꝛ ptim vetus ac ptim nouū. Canticū vetus quod accepimus a veteri homine. De quo ad Col. iij. Expoliantes vos veterē hoiem cum actibus suis: pax chri exultet in cordibus vestris: cōmoneñ. vosmetipos in canti. spūalibus. ꝛc. Veterꝫ itaq3 ꝛ viciosi hois canticū esto ē mendaciū. Nā ꝛ p mendaciū decepti sunt pmi pentes a diabolo. Gen. iij. Itez viciosum veteris hois canticū ē in ludis choreis et q̄buslibet vanis tripudijs. De hoc Exo. xxxij. Vocez cantantiū ego audio. Sedit poplus mādicare ꝛ bibere: ꝛ surrexerūt ludere. Chry. Non dat deus ludere: sed diabolus. Nā ꝛ Job. xxi. scriptum est de mala iocūditate reproboꝝ. Tenent inquit tympanū ꝛ citharā gaudent ad sonitū organi: ducūt in bonis dies suos: ꝛ in puncto ad infernū descendūt. Itē canticū vetus est corruptiōis q̄ nascimur oēs filij ire: p pctō veterū parentū. De quo Sap. vij. Primā vocē oībus silem emisi plorans. s. A vel E. Isti bti puuli q̄uis sic nati in pctō vt alij: tamē p dei grām mūdati ab omni mendacio alieni. non eñ est inuentū in ore eoꝝ mendaciū. vt dicit in epla. ꝛ a pctī corruptiōe ac macula sunt extranei. quia vt ibidē dicit. sine macla sunt ante thronum dei: exemplū pstant nobis innocētie. vt sic placere studeamꝰ deo: fugiētes oē canticū veteris hois. Quid ḡ charissimi est q mlti vestrū hodie exercēt vanas truffas in mutuis ꝟberibus di. Herodes iratus occi. mul. pueros in beth. da. ꝛc. Et q̄multa inibi mala nedū mēdacioꝝ: sed ꝛ piurioꝝ: imo ꝛ tactuū impudicoꝝ ꝛ alioꝝ nefandoꝝ operū admiscent. Quō rōnem coraz deo de omibus illis prauitatibus reddituri estis. Ve ve vobis qui nunc sic ridetis: quia flebitis. Lu. vj.

Triplex canticum.

Secundū

Secundū dixi est canticū nouum quod canunt sancti in celo pro nouitate regeneratiōis ꝛ vite in chrō. Unde cantabāt inquit canticū nouū. Sed q̄rit q̄d vel quale est hoc cāticū? Rñdet q est maximū alleluia. Ut eñ scribit Tobias. xiij. Per oīnes vicos Hierlm. s. supne cantabit alleluia. ꝛ Apoc. xix. Laudē dicite deo nr̄o oēs scti eius: ꝛ qui timetis deū pusil. ꝛ magn. Et paulo infra dicentium ait. alleluia. q̄m regnauit deus nr̄ oīpotēs: gaudeamus ꝛ exultemꝰ et demus gliam deo. Nimirū istud cāticū. s. alleluia optime cōuenit prie celesti. q2 hec dictio celitus. s. tradita habz in se oēs vocales pter solū o: q̄d est vocalis plangentiū in inferno. Et p hoc fcat q sancti in celo nil aliud loq possunt nisi q̄d est ad laudē dei: ꝛ gaudiū btōꝝ. Vñ fm Hiero. alleluia laudatio dñi interptatur.

Tertium.

Tertiū dixi canticū est ptim vetus: ꝛ ptim nouū. s. gemitus penitētie. de quo ps. Laboraui in gemitu meo: laua. per singu. noct. lectū meū lachry. meis stratū meū rigabo. De quo dicit Augusti. Nemo potest nouā vitā inchoare: nisi veterꝫ vite ante penituerit. Legitur de cygno fm dictū Ambro. in hexam. q cū appropinquat morti dulces cātus saltem ter emittit. Sic aīa

munda sicut ⁊ cygnus albus debet triplicẽ cantũ face-
re.s.cõtritionis:cõfessionis:⁊ satisfactionis circa tẽpus
mortis.Ad ꝓpositũ. Beati innocẽtes habent pro glĩa
G cantare canticũ nouuz.i. celeste alleluia magnũ.⁊ nos
Virginee in ergo charissimi ad illud conemur. G Secunda feli
corruptiõis. citas virginee incorruptionis.de qua specialissimũ ha
Questio bere dicunt̃ gaudiũ:quod nemo alius põt cãtare.Sed
q̃d per hoc intelligit̃? Respõdet Haymo sup Apocal.
cõcor.Beda. Nouũ inq̃t canticũ cantare est de incorru
pta mẽtis ⁊ corpis ĩtegritate gaudere.qđ canticũ ceti
electi audire possunt:licet dicere neq̃ant.qꝛ p charita-
tem q̃dem de eoꝝ celsitudine leti sũt: q̃uis ad eoꝝ pre
mia non assurgãt. Nullus eñi qui corruptus fuit de in-
corruptione gaudere poterit. Ad maximã itaq̃ glĩam
istorũ dicit̃.ꝙ eorũ canticũ alius non poterat cantare.
Et subdit̃ expssius. Hi sunt qui cũ mulieribus nõ sunt
coinquinati:ꝟgines eñi sunt. Sed hic q̃stio occurrit.
Utrũ isti innocentes habeãt in celo aureolã ꝟginitatꝭ
Nõ.qꝛ ꝟba dicta sonare vident̃ ꝙ habeãt. Sed rñdet̃
ƀm Petrũ aure.cõcorditeq̃ alios sup.iiij.dist.xlix.ꝙ au
reola ꝟginitatis debet̃ ꝓprie illis ꝟginibus q̃ habuerũt
ꝓpositũ vel votũ ꝑpetuo ƀuandi ꝟginitatẽ:⁊ in hoc de-
cesserũt.Vñ dicit Augu.ꝙ ꝟginitas est in carne corru-
ptibili ꝑpetue incorruptõis meditatio. Hoc eñi est opꝰ
ꝓcellentissimũ cui debet̃ aureola ꝓpter pfectã victoriã
carnis.Et quia isti innocẽtes nõ habuerũt ꝓpositũ vel
votũ ƀuandi ꝟginitatẽ ꝑpetuo: nec etiam habuerũt ex
etate pugnã aut victoriã ↄtinentie carnis.nõ habent ꝗ
ꝟginitatꝭ aureolã:qua nõ coronabit̃ nisi q̃ legitime cer
tauerit.ij.Tiñ.ij.Verũtñ exquo isti bti puuli ↄcesser̃t
in innocẽtia ⁊ puritate ꝟginali mẽtis ⁊ corpis.de h̃ ha
bent spẽale quoddã gaudiũ incorruptiõis: sed infra au
reolã illã virginũ ꝓpriã ⁊ excellentissimã.vt patuit. Et
ad hunc sensum ꝟba epl̃e de istis sunt accipiẽda.Et silr̃
est de alijs ꝟginibus decedentibus: qui tñ virginitatẽ
ƀuare ꝑpetuo nõ ꝓposuerũt:sed aliq̃ñ nubere legitime
voluerũt.Vñ de talibus possumꝰ quodãmodo dicere.
ꝙ ambulabũt cũ chr̃o vestiti veste alba.Apoc̃.iij.Qui
nõ inq̃nauerũt vestimẽta sua ambulabũt mecũ in albis
H qꝛ digni sunt:tamẽ sine corona. H Tertia felicitas
Proxime co prime comitatiõis.quia dicit̃ in epl̃a.Hi sequũt̃ agnũ
mitatõnis q̃cunq̃ erit.Et hoc est iocundissimũ.s.proximos esse chr̃i
comites vbiq̃.Et de hoc tertio articulo ƀmõis dicemꝰ
clarius.Hoc solũ hic querit̃.quare talibꝰ sanctis.s.in-
nocẽtibus ⁊ ꝟginibus attribuit scp̃tura ꝙ sequũt̃ agnũ
.i.chr̃uz in celo q̃cunq̃ ierit:cũ hoc sit cõe oĩbus btis
⁊ angelis.Respondet̃ ƀm Ly.ibidẽ.ꝙ ideo.quia tales
sequunt̃ chr̃m.s.in hac vita:non solũ per viã mandato-
rum:sed etiã cõsilioꝝ pfectoꝝ.ergo.⁊c.O ergo charis-
quod ſubdit. Cum claritate. Naz dicit Hiero. ad Pau.
ꝛ Euſtochiū. In carne p̄ter carnē viuere nō terrena vi
ta eſt: ſed celeſtis. Etem̄ in celo neq̄ꝫ nubent neq̄ꝫ nubē-
Tertio tur. Matth. xxij. Tertio pulchritudine angelicali. vñ
dicit. Immortalis eſt em̄ mēoria illiꝰ. angelis q̄ppe im
mortalibꝰ aſſilat Chry. ſup Mat. Oēs q̄dem ꝟtutes
inq̄t ſpūales res ſunt: p̄cipue tamē caſtitas res angeli-
ca eſt. per hanc em̄ ſolā ſingularit hoīes angelis ſilan-
Quarto tur: ꝛ vincit natura ꝟtutibus. Quarto pulchritudine
diuinali. quia chr̄o dei filio et eius ꝟgini matri aſſilat.
Vñ ſubdit. Que ꝛ apđ deū nota eſt. ſ. per approbatio-
nem: ꝛ apud hoīes. Unde ipe deus ſpecial'r habitat in
caſtis. j. Cor. vj. Neſcitꝫ quia mēbra veſtra tēplū ſunt
ſpūſſancti. O ergo q̄ꝫ fatui qui hanc ꝟtutē cōtemnūt: et
ſe carnalitate maculāt. Nam ꝑfecto tales per cōtrariū
habēt non ſolum beſtialitatꝫ turpitudinē: ſed ꝛ culpe ꝛ
cadaueris fetidi. Unde Grego. Cōputreſcere iumenta
in ſtercore ſuo. eſt carnales hoīes in luxuria vitam fini
re. Tales etiā habēt turpitudinē infernalē ꝛ demonia
cam. Apoc. xxj. Fornicatoribus ps in ſtagno igne ardē
ti ꝛ ſulphure. Merito ergo carnalis amor dicit fetidꝰ:
turpis: ꝛ imūdus amor per oīa. C Scđo rōne odo-
C rifere ſuauitatis. Nam ſicut roſa eſt odore ſuauiſſima:
Scđo odori- ita caſtitatis odor deo ꝛ angelis ac aīabus btīs. Pro
fere ſuauita pterea aīa btā dicit Cant. j. Trahe me poſt te curremꝰ
tis. in odorē vnguentoꝝ tuoꝝ. Chr̄s etiā dñs dicit paſci in
ter lilia caſtitatis delectabilit. Cāti. ij. Chry. Corā deo
ꝛ angelis ſūt bone ꝛ caſte volūtates ſicut odorifere flo
Q̄ſtio gradꝰ res delectabiles. Querit q̄bus gradibus valeat ho
caſtitatis. mo in ꝟtute caſtitatis ꝑficere: vt magis ac magis place
re poſſit in ea oīpotēti deo. Reſpondet ſm Franci. de
may. ſermo. de ſancta Agnete. ꝙ ex q̄ ꝟtus caſtitatꝫ mi
litat cōtra paſſiones ꝯcupiſcētie carnalis. ideo pōt hō
in ea militādo ꝑficere ad placendū ſic ampliꝰ deo. Prio
nanq̄ꝫ gradu ſunt aliq̄ qui militant ſic. vt nec carnalē cō
cupiſcentiā ſupent: nec ſupent ab ea: ſed manēt in cōti-
nua lucta donec paſſio diſcedat. Et tales dicunt pſeue
rantes: quia non cadunt nec vincunt. ꝛ iſtis ſufficit non
peccare mortaliter in cōſenſu ꝯcupiſcētie. Scđo aliqui
ſic militant ꝙ diu pugnāt ꝛ tandē vincunt: ſed cum diffi
cultate vincūt. Et tales dicunt cōtinētes. Tertio alij
ſic militant. ꝙ ipas paſſiones faciliter vincunt cōfeſtim
vt inſurgunt ad modū fortiū bellatoꝝ. Quarto alij ſic
militant ꝙ iſtas paſſiones habēt ſic domitas vt inſur-
gere nō p̄ſumāt. Et qr tales ſunt impaſſibiles ad modū
ſanctoꝝ angeloꝝ. ideo dicunt habere ꝟtutem heroicā:
que dicit ꝟtus diuina. quia aſſecuta eſt diuinā ſimilitu

dinē q̄ꝫtū in hac vita poſſibile eſt. adeo vt terrenas cu-
piditates neſciat. Tales ꝟtutes a philoſopho. vij. eth.
dicunt virtutes heroice: id eſt diuine. Iſto modo ſūmo
ꝟginitas attribuit beate virgini Marie. Primus gra-
dus p̄miſſus eſt incipientiū qui placet deo. Secundus
ꝑficientiū magis acceptus. Tertius perfectoꝝ. Et q̄r
tus ꝑfectiſſimoꝝ qui ſunt deo ſumme grati. In hoc gra
du videtur fuiſſe btā Dorothea poſt btām ꝟginem. er-
go pro ſigno magne gratioſitatis roſas meruit de pa-
radiſo habere a chriſto dño miſſas in Februario gran-
di miraculo tanq̄ꝫ ſponſa p̄dilecta chriſti. D Ter- D
tio rōne ſpinoſitatis. quia roſa non niſi inter ſpinas ha Tertio ſpi
bet ortum ꝛ incrementū: ꝛ pſeuerantiā. ſic caſtitas non noſitatis.
naſcitur nec nutrit niſi in vite auſteritate ꝛ carnis mor
tificatione. Berñ. periclitat caſtitas in delitijs. Chry.
ſup pſ̄. l. homel. j. Caſtitas ſine comitibꝰ ſuis ieiunio
ꝛ tempantia cito labeſcit. ꝙ ſi his quaſi adminiculis ro
borata fuerit perfacile coronabit. Hec ille. Hec patēt
in btā dorothea. Quarto ratione ꝟtuoſitatis. ſ. refri Quarto vir-
geratiue. Nam roſa habet virtutē refrigeratiuā eſtus tuoſitatis re
ꝛ caloris. vt ptꝫ in expientia de aqua roſe ꝛc. Sic caſti frigeratiue.
tas debet refrigerare oēm eſtum concupiſcentie. quia
contra illam habet militare. vt patuit ſupra. Unde Ec-
cleſiaſti. xviij. Poſt cōcupiſcētias tuas ne eas. quia fa-
cient te in gaudiū inimicis. Notandū ſm Franci. ꝙ plu
ribus modis male ſe habent homīes circa iſtas paſſio- Notandū ho
nes. quia aliqui ſūt qui nō expectāt ipas: ſed inſequūt mines circa
ꝛ deſiderant. ꝛ hoc eſt demoniacū ꝛ pluſq̄ꝫ beſtiale ex paſſiōes plu
conatu peccare. Alij ſunt qui cū inſurgūt paſſiōes mox ribus modis
ſequunt: licet antea non deſiderauerint: quod eſt viciū ſe habent.
beſtialitatis. quia vt dicit Augu. ſup Io. iij. Non diſtat
homo a pecore niſi intellectu ꝛ rōne. Noli inq̄t aliunde
gl'iari. de viribus p̄ſumis: a beſtijs vinceris. de veloci-
tate: a muſcis vinceris. de pulchritudine p̄ſumis: quan
ta pulchritudo eſt in pēnis pauonis. vnde ergo melior
es? Ex imagine dei in mēte ꝛ intellectu. Hec ille. Sed
quō tu homo ſequēs vt beſtia ꝯcupiſcētias ꝛ non refre
nans rōnalis iudicaris? Propter qđ pſ̄. Nolite fieri ſi
cut equus ꝛ mulus q̄bus nō eſt intellectꝰ. In chamo ꝛ Homo beſti
freno. ſ. rōnis ꝛ mortificatiōis: cōſtringe eos. ſ. motꝰ ſen alis.
ſualitatis: qui nō approxi. ꝛc. Ad id ph̄s. vij. Eth. dicit.
Hō beſtialis cēties milleſies eſt peior beſtia. Cōmen-
tator. Hō beſtialis. i. viuens ſine rōne vt beſtia. Ter- Tertio
tio aliq̄ ſunt qui ſtatim vt inſurgūt paſſiones ꝯcupie re
ſiſtunt: ſed tandē finaliter ꝯſentiūt. ꝛ hoc eſt hūane fra
gilitatis. Quarto ḡ alij ſunt q̄ paſſiōes in carne ſenti
unt: ſed nō cōſentiūt. ꝛ hoc eſt hūane ꝯtinētie ꝛ declina Quarto.
tionis culpe. qr ſcribit. xv. q. j. Si concupia. ꝛ eſt ꝟbum
Augu. ꝙ cōcupia abſq̄ꝫ culpa eſt in corpe nō ꝯſentiētis
Itē Berñ. Nō nocet ſenſus: vbi non eſt cōſenſus. E E
Sed gr̄a dictoꝝ querit. Quō vel per q̄lia remedia
poſſit homo cōcupiam carnis deuincere vt non peccet
mortaliter? Rñdet ſicut colligit ex ſcp̄turis ꝛ doctorū
dictis ꝙ p̄cipue p q̄ttuor. quoꝝ Primū eſt attenta ꝛ la
chrymoſa orō. Sap̄. viij. Sciui qm̄ aliter nō poſſum eē Remedia cō
cōtinens niſi deus det. Et hoc ipm̄ erat ſapia ſcire cuiꝰ tra ꝯcupiam
hoc eſſet donū. adij dñm ꝛ dep̄catus ſū illū. vñ Aug. cō carnis.
feſ. lib. x. Cōtinentiā dñe iubes. da qđ iubes: ꝛ iube qđ
vis. Hec ille. Scđm eſt corpis caſtigatio vel macera- Scđm.
tio. j. Cor. ix. Caſtigo corpus meū ꝛ in ſuitutē redigo:
ne cum alijs p̄dica. ipe reprobus efficiar. Ideo etiam
Eccl'i. xj. Malicia hore obliuionē facit luxurie magne.
Unde cum tentaris ſtatim carnē lede affligēdo ꝛ obli-
uiſcetur ac deſinet luxuriari. Exemplū de btō Franci.
ꝛ etiam btō Berñ. de q̄bus legit ꝙ cū tentabant: in fo-
ueas glacie plenas ſe mergētes: totaliter ab eſtu cōcu
piſcentie refriguerūt. Tertiū eſt laboris exercitatio. Tertium.
quia ocium ꝛ voluptas ſunt arma hoſtis antiqui ad mi
ſeras animas capiēdas. extra de renun. Niſi cū p̄dem.
§. verum. Propterea Hero. de cōſe. diſt. v. Nunq̄ꝫ. đt.
Semp aliq̄d opis facito: vt diabolus ſemp te occupa-
tum inueniat. Nam ꝛ Sodoma legit per ocium ꝛ gulā
cecidiſſe. Ezech. xvj. Fuge ergo ocium. Quartū eſt
ſenſuum refrenatio. Eccl'i. ix: Auerte faciem tuaz a mu
liere compta: ꝛ ne circumſpicias ſpeciem alienā. Nam

mors intrat per fenestras nostras.i.per quinq; sensus. Hieremi.ix. Obstruandi sunt ergo oēs sensus: ꝛ non solū exteriores: sed etiā interiores. Unde Hiero. Quia impossibile ē nō irrūpere q̄sq; motū cōcupiscētie: ille ꝑdicatur btūs qui stati vt aperit cogitat⁹ allidit ad petraꝫ .i.chr̄m: ꝛ eius passionē recogitando. Bern. Nil tam efficax remediū cōtra oīa tentamēta vicioꝝ q̄ memoria passionis chr̄i. O ergo homo obseua hec ꝛ non laberis. Hec oīa btā Dorothea sollicite seruauit. ꝛ ideo castitate decora fuit vt rosa florēs ꝟgitate: ꝛ rubēs martyrio. ergo rosas meruit. F

F In hoīe plenitudo diuini amoris et gr̄e ꝓbat exemplo Dorothee.
Circa tertiū ꝑncipale de roseo rubore charitatꝫ accipiamus pro cōclusione. q̄ btīssima ꝟgo Dorothea ꝑfectissimi amoris chr̄i gr̄a tanq̄ rubens floruit rosa. Qd̄ probatur mltipliciter ex eius vita. Quero nanq;. Unde ꝓbatur in hoīe plenitudo diuini amoris ꝛ gr̄e? Respondeꝛ q̄ ꝑcipue ꝑ hec q̄ttuor que habuit btā Dorothea.

Primo. quia legiꝛ q̄ fuerit spū̄sancto plenissima. seqtur ergo q̄ charitate chr̄i ꝑfectissima. Nam dicēte apostolo Roma.v. Charitas dei diffusa est in cordib⁹ nr̄is ꝑ spm̄ sctm̄ qui datus est nobis. Legenda

Legenda. Legiꝛ nempe. q̄ gl'iosa virgo ꝛ martyr Dorothea ex patre Doro: ꝛ m̄re Thea nobili ex sanguine senatoꝝ fuit ꝓgenita. In illo autē tempe ꝑsecutio chr̄ianoꝝ vigebat ꝑ impatores Romanoꝝ. Quapropt̄ ip̄e Dorus cuꝫ vxore: ꝛ duab⁹ filiabus q̄s genuerāt .s. Christen ꝛ Calixten sperneñ. idola: ꝛ derelinqueñ. romana ꝑdia: possessiones: vineas: agros: ꝛ domos ac castra trāsfretarūt in regnū Cappadocie: ꝛ habitauerūt in ciuitate Cesarea: ibiq; genuerūt filiā hanc Dorotheā: quā ep̄s sctūs baptizans nomē eidē imposuit cōpositū ex noībus patris ꝛ m̄ris .s. Dorothea. Ip̄a aūt puella repleta est spiritu sancto: ꝛ oībus ꝟtutibus et oī disciplina chr̄iana imbuta: formosa valde sup oēs puellas illi⁹ regionis: sed formosior vtiq; fide chr̄i ꝛ charitate. Patet ꝓpositum.

Scd̄o Secūdo. quia pro amore chr̄i cōtempsit oīa terrena ꝛ carnalia: qd̄ est magne ꝑfectionis. Nam vt dicit Augusti. in Enhiri. Regnat carnalis cupiditas vbi non est charitas. minuiꝛ cupiditas charitate crescēte. Et de peñ. dist. ij. Hec qui. in fine habeꝛ. q̄ tunc ꝑfecta charitas est in homīe quādo nil aliud q̄ chr̄m q̄rit. Sic fecit Dorothea. Inuidens nanq; diabolus eius castitati ꝛ sanctitati. Fabriciū terre ꝑfectum in amorē Dorothee stimulauit: vt eam carnali cōcupiscētia appeteret Qui mittēs pro ea legitimo pro thoro accipieñ. spopōdit thesaurū ꝛ res pro dote donaturū absq; compoti determinatione: que Dorothea q̄si lutū despiciēs respuit diuitias ꝛ carnalē thorum horruit: ꝛ intrepida se chr̄o desponsatā fatebaꝛ: quē pre cunctis amauit ꝛ ꝑelegit.

G Tertio G Tertio. quia pro amore chr̄i sustinuit queq; penarum genera. Nam habeꝛ de pe. dist. ij. §. Charitas ē. q̄ amor dei facit pctō resistere .s. vsq; ad mortem: bonis opibus abundare: seculi blandimēta cōtemnere: ꝛ oīa que humane fragilitati sunt difficilia ꝑficere. Uñ cuꝫ Fabricius videret eam nō posse blandimētis ꝛ ꝓmissionibus tempalib⁹ a chr̄o auellere: furore succēsus in doliū feruētis olei mitti iussit. Sed ip̄a ꝟgo chr̄o ꝓtegente illesa ꝑmansit. Ad qd̄ miraculū multi paganoꝝ conuersi sunt ad chr̄m. Item in carcerē reclusit nouem diebus sine oī alimēto: sed ab angelis sanctis nutrita fuit ꝛ reducta ad tribunal pulchrior apparuit. Item Fabricius dixit eidē. Adora deos in ꝑsēti: alioq̄n penas non euades. Erexerat quippe ibidē Fabricius colūnā ꝛ desup idolū. Dorothea respondit. Deum celi adoro: non demones qui sunt in idolis. Orauitq; mox vt chr̄s dn̄s oīpotentiā suam: ꝛ q̄ ip̄e solus esset deus ostēderet. Et ecce mltitudo angeloꝝ cū impetu veniēs cōtriuit idolū ꝛ colūnam adeo vt nec ꝑticula inueniretur. Et audita est vox demonū clamantiū per aera. Dorothea cur nos sic deuastas? Et ad hec milia paganoꝝ ꝯuertebantur et martyriū passi sunt. Sed Fabricius hec magicis artibus attribuens: ip̄am eculeo iussit suspendi: vncis lacerari corpus eius ꝛ flagellari: ac ardentes faculas ad mā̄millas ꝟgineas eius applicari: ꝛ semimortuā recludi in carcerem. Ad crastinūq; producta nulli⁹ lesionis vestigiū in ea apparuit. Admirans ꝑses: iussit eam duci ad suas sorores Christen ꝛ Calixten que metu mortis a chr̄o recesserāt: vt .s. ille Dorotheam a chr̄o auellerent. Sed potius beata Dorothea alloquēs illas ad christū reuocauit: quas Fabricius igne cremari fecit: ꝛ Dorothee dixit. Noli nos ꝓtrahere: aut sacrifica diis vt viuas: aut capitali sentētia plecteris. Dorothea respondit leta. Quicq̄d vis: pati parata sum pro chr̄o dn̄o ꝛ sponso meo: in cuius horto rosas cum pomis colligam ꝛ letabor in eternū. Tunc tyrānus ꝑcepit: vt facies eius pulchra baculis ꝛ fustibus cedereꝛ: adeo q̄ nec vestigia faciei in ip̄a apparerēt: ꝛ incarcerata est. De mane quoq; ꝑducta illesa est visa: a saluatore curata.

H Quarto ꝓterea pro amore chr̄i mortē ꝓtulit in ꝑseuerantia. Et hoc est ꝑfectissime charitatis. Ut eñi glo. sup Heb. xij. dicit. Perfectior in hac vita charitas nulla est illa ad quā sancti martyres ꝑuenerūt. Sic in ꝓposito. H

Legenda. Nam post ꝑmissa capitali sententia est Dorothea adiudicata. Et dum extra muros ducitur: videns eam Theophilus notarius ꝑncipalis regni q̄si illusorie petiuit sibi mitti rosas de viridario sponsi sui: qd̄ illa ꝑmisit. Cum autē venit ad locum decollationis: rogauit dn̄m: vt qui memoriā sue passionis pagerent: in oībus saluarenꝛ tribulationibus: ꝛ ꝑcipue a verecūdia ꝛ falso crimine: ꝛ in fine cōtritionē peccatoꝝ obtinerēt: ac mulieres parturiētes ip̄am inuocātes celerem sentirēt ꝑfectū in doloribus. Et ecce vox de celo audita est. Ueni electa mea: oīa que petisti ip̄etrasti. Dorothea autē inclinata ad ictum spiculatoris: ecce apparuit ei puer purpura indutus: discalciatus: crispo capite. in cuius veste stelle auree fuerunt: ferēs in manu sportulā cum rosis tribus ꝛ tot malis. Cui Dorothea. Obsecro te domine mi fer eas Theophilo scribe. Et decollata est anno dn̄i. cclxxxvij. Idus Februarij sub Diocletiano ꝛ Maximiano impatoribus. Et sic migrauit ad chr̄m. Theophilus autē stans in palatio presidis: ecce vidit sibi apparentē puerum ꝛ dicentem. Has rosas et poma mittit tibi soror mea Dorothea de paradiso sponsi sui. Et hoc dicto puer disparuit. Theophilus ergo ꝓtonotarius viso hoc miraculo: baptizatus est. Et ad laudem dei ac btē Dorothee laudes carminis edidit de hoc miraculo rosarū in mense Februario. Cuius affirmatione ꝛ ꝑdicatione tota illa terra cōuertitur. ꝓpter quod tyrānus Theophilū martyrizauit. Ecce q̄ mirabilis deus in sanctis ꝛ gl'iosus in maiestate sua. O bone Jesu. o fili dei. tibi laus ꝛ gl'ia. I

I Circa tertiū d̄ rose felicitate: ex quo rosa florido decore virgintatē significat: ꝛ rubro colore martyriū: quorum vtrūq; fuit in btā Dorothea. propter qd̄ rosea corona meruit felicitari. Queriꝛ ergo huius rei gr̄a. Utrū ꝑcellentiorē gl'iam felicitatis et maius gaudiū habeat in celo de ꝟginitate q̄ de martyrio: vel ecōuerso? Respondeꝛ f̄m Thomā in. iiij. dist. xlix. q̄ aureola martyrij ceteris paribus est potissima simpliciꝛ loquendo inter oēs aureolas alias. ꝛ ideo de illa habet mai⁹ gaudium. Unde diciꝛ in glo. Matth. v. q̄ in octaua btitudine que ad martyres ꝑtinet: scꝫ Bti qui ꝑsecutionē patiunꝛ ꝛc. oēs alie ꝑficiunꝛ. Haymo etiam dicit. q̄ cōiugati martyres ꝑcellunt ꝟgines non martyres. Et ratio. quia aureola ꝓprie respicit pugnam ꝛ victoriā: vt dicatur illa aureola potior que debeꝛ fortiori pugne. Sꝫ pugna martyrij fortior est q̄ ꝟginitatꝫ. ergo est potior. Cum autē vtraq; sit collata beate Dorothee. quāta est ergo eius felicitas. O ꝟgo gloriosa. o martyr inclita. o rosea felicitate ꝑclara: btā videlicꝫ Dorothea: te rogamus: vt apud tuum dilectissimū sponsum iesum pro nobis intercedere digneris. vt det nobis gratiam ꝛ gloriam Amen. Utrū ꝑcellētiorē gl'iaꝫ felicitatꝫ habeat in celo de ꝟginitate q̄ de martyrio?

In Cathedra sancti Petri Sermo cum Legēda.

Confiteantur domino misericordie eius ꝛ mirabilia eius filiis hoīm vt exaltēt eū in ecc'ia plebis: ꝛ ī cathedra sctoꝝ laudent eum. A Hec ꝟba scribunꝛ Ps. cvi. que bñ

cõueniũt hodierne festiuitati: in qua vicariꝰ chr̃i petrꝰ fuit exaltatus ⁊ incathedratus apud Antiochiam: ⁊ fides catholica tunc cepit sublimari: ecclesie quoqꝫ prelati loco ⁊ potestate ⁊ nomĩe ceperunt exaltari. ⁊ ideo ecclesia hoc festũ sub nomĩe cathedre petri celebrat: vt om̃es chr̃ianos inuitet ad gr̃as agendũ deo. Juxta p̃missa autẽ verba debemus deo hodie gratias agere. Primo de dei miscd̃ia qua fecit filijs hominũ multa miracula ad fidei catholice roborationẽ tam in ip̃a liberatione petri hodierna: q̃ꝫ in alijs factis plurimis. ꝓpter hoc dicit. Confiteant̃ dño miscd̃ie eius ⁊ mirabilia eiꝰ: scꝫ facta filijs hominũ. Confiteant̃. Lyra. i. inducãt ad confitendũ ⁊ gr̃as agendũ homines. Nam maxima dei miscd̃ia in hoc est hoĩbus exhibita: cum in fide vera solidant̃ per diuina miracula: vt ab eterna dãnatione liberent̃. Secũdo debemꝰ gr̃as agere de exaltatione dignitatis ⁊ p̃tãtis qua deus exaltauit petrũ in eccl̃ia. vt infra dicet̃. ꝓpter hoc subdit. Exaltent eum. i. deũ in ecclesia plebis. i. in loco diuini cultus vbi cõueniũt fideles pro tali dei bñficio. exaltent deũ ꝑ debitas laudes quia ip̃e exaltauit eccl̃iam hodie nomĩe ⁊ dignitate. vt patebit. Tertio debemꝰ gr̃as agere hodie de sacerdotij honore. Nam vt infra dicet̃: deus maxĩo honore sublimauit hodie sacerdotiũ. Et quia caput eccl̃ie ⁊ oĩm fideliũ est sacerdos sũmꝰ. s. chr̃s. Et post eũ in ꝑsona eiꝰ ip̃e petrus ⁊ q̃libet vicarius chr̃i. s. papa romanꝰ. ideo cuilibet gaudendũ est de honore capitis: si illd̃ verꝫ est membrũ. iuxta illud. j. Corꝫ. xij. Si gloriat̃ vnũ mẽbrũ: congaudẽt om̃ia mẽbra. Uos autẽ estis corpus chr̃i et mẽbra de mẽbro ⁊c. ꝓpter hoc dicit̃ in themate. In cathedra seniorꝫ. i. presbyterorꝫ. Naꝫ presbyter grece latine senex interp̃tat̃. laudent eũ. i. deũ. Dicant ergo hodie om̃es chr̃iani gr̃as agendo. Confiteant̃ dño misericordie eius ⁊ mirabilia eius ⁊c. Ex q̃bus verbis eliciamus tria mysteria in hoc ſmone declaranda ad honorem beati petri apostoli.

¶ Primũ mysteriũ dicit̃ cathedralis honorationis.
¶ Secundũ dicit̃ salutaris exaltationis.
¶ Tertiũ dicit̃ festiualis celebrationis. B

B De cathedrali honore beati pe. apl̃i

¶ Circa primũ de cathedrali honore bt̃i petri apl̃i accipiamꝰ pro cõclusione. vicꝫ cathedra petri honore sublimiori p̃fulget dono chr̃i pre cunctis dignitatibꝰ seculi Declarat̃ istud p̃cipue ex q̃ttuor. quia in sc̃ptura q̃druplicem cathedrã distingui legimus: sup quas om̃es et singulas cathedra petri honore p̃tãtis p̃eminet ⁊ auto-

quadruplex cathedra.

ritatis. Prima est cathedra pestilentie. De qua loquit̃ ps̃. dicens. Btũs vir q̃ non abijt in cõsilio impiorꝫ: ⁊ in via pctõrꝫ non stetit: ⁊ in cathedra pestilẽtie non sedit. Ecce exp̃sse dicit esse cathedrã pestilẽtie. Secũda est cathedra sacerdotalis excellẽtie. de q̃. j. Reg. j. c. Heli sacerdote sedente sup sellã. Et in themate. In cathedra seniorꝫ ⁊c. Tertia est cathedra magistralis doctrine. De qua Matt. xxiij. Super cathedrã Moysi sederunt scribe ⁊ pharisei ⁊c. Quarta est cathedra regalis magnificẽtie seu potestatꝫ iudiciarie. de qua. ij. Regum. xxiij. Dauid sedens in cathedra sapiẽtissimus p̃nceps ⁊c. Om̃ibus est supior cathedra petri. Prima

Prima cathedra.

cathedra substrata est pedibus petri vt illam dissipet: cõterat: ⁊ ad fidẽ cõuertat aut excoĩcet ⁊ dãnationi iudicet. s. cathedrã pestilentie. Nam petro data est potestas ligandi. vt quodcũqꝫ ligauerit sup terrã erit ligatum ⁊ in celis. Matth. xvj. Unde Chry. xj. q. iij. Nemo cõtemnat inquit ecclesiastica vincula. Nõ eñi homo est qui ligat: sed chr̃us qui hanc potestatẽ dedit: ⁊ dños fecit homines tanti honoris. Et Augusti. ibideꝫ ca. Om̃s. dicit sic. Om̃is chr̃ianus dilectissimi: qui a sacerdotibꝰ excõmunicat̃: sathane tradit̃. Quomõ? quia scꝫ extra eccl̃iam diabolus est: sicut in eccl̃ia chr̃us. ac per hoc quasi diabolo tradit̃: qui ab eccl̃iastica cõmunione remouet̃. Hec ibi. Si queras. Que vel qualis dicit̃ ista cathedra pestilentie. Respondet Berñ. in ep̃lis dicẽs sic. Cathedra pestilentie q̃ttuor pedibus cõsistit. Pes p̃mus est malicia. Secũdus ꝯtemptus dei. Tertius irreuerentia. Quartus astutia. Malicia est amare malum ⁊ saporem mali: id est peccati delectationẽ habere. sic facit diabolus ⁊ nõnulli iniqui. Sed quia aliquãdo tales ne incurrant cruciatũ vel damnũ rerum. ideo amplius sunt mali. q̃bus est pes secũdus vt contemnãt deum nec timeant. Item posset fieri vt maluꝫ amarẽt: deum contẽnerent. sed inhibet eos pudor hominũ. ideo ad augmentũ mali sequit̃ tertius pes irreuerentie: vt nec deum timeant: nec homines vereant̃ Ad consummationem vero totius adest quartus pes astutia: vt sciant vti tribus pedibus dictis. quod fit se excusando: occultando: ⁊ in cõfessione palliãdo peccata. Sicqꝫ intra se veneno pestilẽtie moriunt̃ eternaliter. Hec ſm Bernardũ. vt habet̃ in libro originaliũ. C Secũda cathedra est sacerdotalis excellẽtie: que tam sublimis dignitatis est vt om̃is creatura imo ⁊ ip̃e deus reuerentiam ip̃i sacerdotio exhibeat. Primo q̃dem creatura mundana om̃is: cum sacerdotio scꝫ christo om̃ia obediant ⁊ adorent eum: qui est sacerdos in eternũ ſm or. ⁊c

C Sc̃da sacerdotalis.

Secundo creatura humana. quia om̃is homo subiectus est potestati sacerdotũ in soluendo a peccatis vel ligando. etiam reges ⁊ imperatores ⁊c. Et quod est summum ip̃emet chr̃us dñs subiecit quodãmodo seip̃m sacerdotũ potestati in cõsecrando tractandoqꝫ ⁊ sumẽdo: ac alijs administrãdo sacrum suum corpus in sacramẽto eucharistie. Unde btũs Franci. in testamento sacerdotes sup om̃ia voluit a fratribus amari ⁊ venerari: sicut dominos: eo ꝙ sacramentũ eucharistie ip̃i soli cõficiunt ⁊ ministrant. Dicebat quoqꝫ idẽ btũs pater Franciscus. ꝙ si sibi obuiarẽt sacerdos ⁊ angelus: prius vellet salutare sacerdotẽ ⁊ eidem reuerentiã facere q̃ꝫ angelo. Tertia creatura angelica. que reuerenter assistit sacerdoti cõsecrãti ⁊ diuina officia celebrãti. Unde Grego. in homel̃. paschali. vt ptꝫ de cõse. dist. ij. Quid sit. dicit sic. Quis fideliũ habere dubiũ possit in ip̃a immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri in illo iesu christi ministerio angelorꝫ choros adesse: summa ⁊ ima sociari ⁊c. Et. j. Corꝫ. xj. vbi dicit apostolus. ꝙ mulier debet habere velamen super caput suum propter angelos. Ibi glo. dicit. Angelici spiritꝰ nobis adesse credendi sunt maxime cum diuinis obsequijs mancipamur. i. cum eccl̃iam ingressi: vel lectionibꝰ aurẽ accõmodamus: vel psalmodie operam damus: vel orationi incũbimus: vel missarũ solẽnia celebramꝰ. Deniqꝫ quarto deus ⁊ tota trinitas reuerentiã dignat̃ facere sacerdoti: cum ad v̾bum eius mox aderit in sacramẽto. quia cum pater ⁊ filius: ⁊ spũssanctus sint inseparabiles. vt dicit Augusti. lib. de trini. ergo cum ibi christi corpus cõficitur vnitũ filio dei: adest per cõcomitantiã ⁊ pater ⁊ spũssanctus. Et sic patet. Huic autẽ p̃cellentissime cathedre sacerdotali preeminet cathedra petri. quia ip̃e tenet principatũ totius eccl̃ie. propter quod dicit chr̃s petro. Tu vocaberis cephas: id est caput. di. xxij. Sacro sancta ec. ⁊ dist. xxj. In nouo. Et iterũ Matth. xvj. Tibi dabo claues regni celorꝫ: scꝫ p̃ncipalitꝰ: vt a te habeant alij sacerdotes ſm iurisditioneꝫ. O deus magne ⁊ mirabilis quantã dignitatẽ p̃stitisti hoĩbus. O tu homo perpende q̃ꝫ grauiter offendis: qui sacerdotes dei cõtemnis: ⁊ irreuerentiã illis facis. O sacerdos ⁊ tu cõsidera tuam dignitatẽ: quam si peccato inq̃nas q̃ꝫ grauiter peccas. D Tertia cathedra magistralis doctrine siue p̃dicatorie subest cathedre petri. qr ad ip̃m ⁊ ad successores suos: scꝫ sũmos pontifices spectat expositio sacrarꝫ scripturarꝫ: ⁊ interp̃tatio: ⁊ modificatio: ⁊ autenticatio. dist. xv. Sancta. ⁊ dist. xix. ca. Sic om̃s sanctiones apostolice sedis accipiẽde sunt tanq̃ꝫ ip̃ius diuina voce vel petri firmate. Unde non licet laico predicare vel sc̃pturas exponere. quia non est dictum turbis: sed apostolis. Predicate euangeliũ om̃i creature. Marci vltimo. Quarta cathedra regalis potestatꝫ: vel iudiciarie subest cathedre Petri. quia ad ip̃um spectant oĩm causarũ iudicia tam ciuilia: q̃ꝫ ecclesiastica. Ip̃e eñi papa est iudex oĩm. ix. q. iij. Conq̃stus. ⁊ extra de maioritate ⁊ obedieñ. ca. Nolite. vbi sic habetur inter cetera. Fecit deus duo magna luminaria. i. duas instituit dignitates: que sũt põtificalis autoritas: ⁊ regalis p̃tãs. Sed illa que p̃est diebus. i. spũalibus: maior

Potestas sacerdotũ.

Tertia

D Tertia magistralis doctrine.

Quarta regalis p̃tãtis.

est ⁊c. Itez dist. x. l. Lex diuina ⁊ etiã canonica supior
est lege ciuili: nec possunt imperiali iudicio iura ecclesia
stica dissolui. Ecce ergo charissimi q̃ꝫ maxima dignita=
te ⁊ ptãte Petrus ⁊ eius sedes est a chr̃o honorata su=
per oĩes creaturas terrestres ⁊ celestes. imo etiã sup
infernales inquantũ hoĩes ꝟtute clauiũ liberat ab in
ferno: ⁊ p indulgẽtias a purgatorio. Vñq; mirabile est
p orõnes legit Petrus etiam de inferno dãnatoꝝ libe
rasse filiũ Theophili: quẽ mortuũ ab annis tredecim ⁊
in puluerẽ redactũ reduxit ⁊ resuscitauit ad vitã. De q̊
expsse dicit Bonauen̄. in suo sermo. ꝙ non dubiũ qñ re
uocauit de inferno in paganismo mortuũ ad miscḋiam
dei: q̇ hoc puiden̄. sñiam finalis dãnationis suspendere
potuit. O beate Petre pro chr̃i amore qui te exaltauit
memento nostri in celo. E

E

Qualiter hõ coram deo meritis ⁊ p̃mijs exaltatur.

¶ Circa scd̃m pncipale de exaltatione salubri ad quã
nobis est conandũ: ⁊ q̃ petrus factꝰ est gl'iosissimꝰ ostendit.
Qualit valeat hõ corã deo meritis ⁊ p̃mijs in sublime
exaltari? Rñdet ꝙ sicut colligi põt ex sc̃ptura ⁊ docto
rum dictis: ad id valent q̃ttuor p̃cipua.
¶ Primũ est feruida voluntas.
¶ Secundũ pfunda humilitas.
¶ Tertiũ votiua fidelitas.
¶ Quartũ est patiẽtia ⁊ eius equanimitas
¶ Primũ est feruida volũtas q: vt Greg. in homel. dt.
Deus nõ q̇d: sed ex quãto offerat pensat. Et itez. Apḋ
deũ non est manus vacua a munere: si arca cordis ple=
na fuerit bona volũtate. Hec Greg. Rõ. quia volũtas
magna ⁊ feruẽs ex charitate magna pcedit. Ut aũt ait
Ambro. affectꝰ opi nomẽ imponit. ergo ⁊c. Hinc Bern̄.
Quantũ crescit volũtas tua: tantũ crescit meritũ tuũ.
tantũ mereris quãtũ vis. Fac magnã voluntatẽ: si vis
habere meritũ magnũ. Exemplũ ad id ponit. Nam q̃re
olim erãt magni scti: nũc ꝟo minime. audi Chry. li. de
laudi. pau. rñdentẽ sic. Possibile est inq̇t iussa dei pfice
re si tm̃modo velimꝰ. Si em̃ quantũ in nobis est viriũ
apponimꝰ: maximũ deus adiũgit auxiliũ. Et ĩfra q̃ren̄.
de Paulo dt. Cur ille magnus: nos modici: cũ tale cor=
pus illi q̃le nobis: talis aĩa illi fuit q̃lis nobis. sed volũ
tas in illo mirabilis fuit ⁊ p̃clara deuotio. in nobis aũt
pigra ⁊ tepida torpet. Et sic ptꝫ ppositũ. Scd̃m est p
funda hũilitas. Nam saluatore dicẽte Luce xviij. Ois
q̇ se hũiliauerit exaltabit. ergo quãto q̇s se magꝭ humi
liauerit: tãto magis exaltabit. p regulã topicã. Sic sim
pliciter ad simplr: sic magis ad magis: ⁊ maximũ ad ma
ximũ. Exemplũ de btã ꝟgine q̃ per hũilitatez sũme est
exaltata. O ergo pctõr disce pctã tua recog̊scere ⁊ te
coram deo hũiliare. Audi ipm eundẽ Petrũ monentẽ
j. cano. ca. v. vbi sic ait. Hũiliamini sub potẽti manu dei
vt exal. vos in die visi. F Tertiũ est votiua fideli=
tas: vt scꝫ homo fideliter ĩpleat qḋ vouit in baptismo
abrenũciare. s. diabolo ⁊ omĩbus pompis eius: ⁊ oĩbus
opibus eius. vt habet de ꝯse. dist. iiij. Prima. ⁊. xvij. q.
j. Sunt q̃dam. Et ꝙ alia sua vota deo pmissa fideliter
omĩa impleat. puta religiosus pmissam regulã. sacer=
dos castimoniã ⁊ diuinũ officiũ ⁊ alia ad ordinẽ suũ pti
nentia: ⁊ cõiugati fidem pmissam. vidue ⁊ ꝟgines casti
moniã ⁊c. quã sicut ⁊ alia bona re voto ĩplere vel face
re ptinet ad magnitudinẽ meriti. Querit ğ. Utrum
opus meritoriũ ex voto factũ sit magis a deo remune=
randũ: q̃ꝫ sine voto factũ? Rñdet ꝫm Rich. in. iiij. dist.
xxxviij. ar. vj. q. ij. ꝙ sic. quia quãto opus bonũ pcedit
a volũtate magis firmata in bono: tanto est ꝟtuosius. ⁊
per ꝯñs magis meritoriũ. Nam ⁊ phs. iij. Eth. ca. iiij.
dicit. ꝙ ad opari ꝟtuose requirit firmit ⁊ ĩmobilit opa
ri. Sed ceteris paribus volũtas est firmior in voto q̃ꝫ
sine voto. ğ ⁊c. Unde q̇ ex voto facit opꝰ bonũ: plus du=
pliciter offert deo. s. illud opus. ⁊ cũ hoc volũtatis ple=
ne ⁊ obligate sacrificiũ. ⁊ per ꝯñs duplicit plus meret
Propterea Ans. li. de silitu. ponit hic exẽplũ tale. Qr
qui facit opus bonũ cum voto: est quasi dare arborẽ to
tam iure hereditario regi cũ suis fructibus optimis et
placidis. Sed q̇ sine voto: quasi qui dat solũ fructꝰ sine
arbore possidẽda. p̃mũ autẽ est g̃tiosius. ergo ⁊c. Hoc
pbatur. xxiij. q. v. tunc saluabit. Et sic patꝫ. Quartũ

Primo feruida volũtas.

Scd̃o pfũda humilitas

F

Tertio votiua fidelitas.

Questio vtrũ opus ex voto sit plꝰ meritoriũ.

est patiẽtie equanimitas. quia vt Grego. ait. Maiorꝭ
meriti est aduersa patient ⁊ equo aĩo tolerare: q̃ꝫ qui=
busuis bonis opibus insudare. Item in collationibus
Isaac abbas Syrie dicit. Tribulatio pua pro chr̃o sus
cepta melior est magno ope qḋ sine tribulatiõe perficit
Hec sufficiant. Ad ppositũ. Btũs Petrus in his p̃ful=
sit. ergo sup cũctos exaltari meruit. O ergo ⁊ tu homũ
cio noli dormitare: noli iacere in pctõꝝ feditate: sed in=
siste ꝟtutibus. expgiscere ad celestia. conare ad p̃mia
btõꝝ imitanda pro tuo modulo. puus certe labor: sꝫ ma
ximũ ⁊ eternũ p̃miũ. quo neglecto: q̇d tibi restat nisi et=
num cum diabolo suppliciũ? G

G

Festũ cathedre Petri q̃druplici rõe celebrat

¶ Circa tertiũ de celebratione huiꝰ festi ⁊ eius institu
tione sit pro cõclusione. ꝙ sancta ecclesia hoc festũ ca=
thedre celebrandũ instituit cõuenientissime pro deo fien
da gr̃aꝝ actione. Et hoc p̃cipue q̃druplici rõne ꝫm legẽ
das vel historias de hoc festo desc̃ptas.
¶ Primo ppter Petri liberationem
¶ Secũdo ppter nominis noui impositionẽ
¶ Tertio ppter clericalis corone dedicationẽ
¶ Quarto ppt erroris destructionẽ ⁊ misse celebra
(tionem.
¶ Primo ppt Petri liberationẽ: ⁊ ipius ex
altationẽ: ppt qḋ et hoc festũ cathedre nomẽ accepit.
Cum em̃ btũs petrus apud Antiochiã p̃dicaret: ciuita
tis illius pnceps Theophilus phibebat. Quẽ (cum a
p̃dicatione nõ cessaret) vinculari fecit ⁊ sine cibo ⁊ po=
tu manere. Qui cum iam pene defecisset: orauit dicẽs.
Dñe iesu chr̃e adiuua. Cui dñs respõdit. Petre ne cre
das te derelictũ a me: mee em̃ bonitati derogas: si ta=
lia cõtra me sentire p̃sumas: p̃sto est qui tue subueniat
miserie. Paulus autẽ audiẽs de incarceratione Petri
venit ad ipm pncipem Theophilũ: cui ⁊ cõplacuit pro
arte scenofactoria quã paulus optime sciebat. vt patꝫ
Act. xviij. Et occulte die quadã introiuit ad carcerẽ.
Uidens autẽ ibi Petrũ iam pene mortuũ in amplexus
ruit dicens. O petre frater meus: gaudiũ meũ ⁊ dimi=
diũ anime mee: resume vires in introitu meo. Tũc pe=
trus oculos apiens ⁊ ipm cognoscẽs lachrymari cepit:
sed loqui sibi nõ potuit. Paulus autẽ in os eius cibum
imposuit: ⁊ sic ipm refocillauit. Tũcq; in oscula ruerũt
⁊ ambo plurimũ fleuerunt. Tandẽ paulus rediens oc
culte intrauit die q̃dam ad Theophilũ: cui dixit. O bo
ne Theophile magna est gloria tua: sed ipam dehone=
stat hoc exiguum malũ: ꝙ ipm petrum deicolã qui est
pannosus pauper: macie consumptus: solo tm̃ sermone
clarescit: in carcere detines: qui potius si libertate fru
eretur solita posset tibi in aliquo vtilior esse. Nam infir
mos sanat; mortuos suscitat ⁊c. Cui Theophilus ait.
Si hec potest: cur seipsum de carcere non liberat? Ad
quem Paulus. quia sicut deus suus chr̃s de cruce no=
luit se liberare. sic petrus eius exemplo pro christo pa
ti non formidat. Cui Theophilus. Dic ergo ei vt filiũ
meum iam per quatuordecim annos mortuũ resuscitet
⁊ ipm incolumẽ ac liberum reddam. Quod cum pau=
lus spopondisset ingressus in carcerem Petro retulit
hec verba. Cui petrus ait. Rem grandem frater pau=
le pmisisti: sed dñi virtute facillimã. Petrus ergo edu
ctus de carcere aperto monumento cum pro illo oras=
set: cõtinuo surrexit. Tunc Theophilꝰ ⁊ vniuersus po
Antiochie ⁊ alij plures domino crediderunt et glorio
sam eccl'iam fabricauerunt. In cuius medio excelsam
cathedram collocauerunt: ⁊ petrum vt ab oĩbus vide=
ri possit ⁊ audiri exaltauerũt: in qua septẽ annis sedit.
Sed postmodũ in Romana sede sedit annis. xxv. De
hac ergo p̃ma cathedra ecclesia celebrat pro honoris
cleri inchoatione. H Secundo hoc festũ celebrat
ppter nominis noui impositionẽ. quia vt etiam Chry.
sup Matth. testatur. chr̃iani p̃mo Nazarei vocabant.
Sed apud Antiochiam mutatũ est hoc nomen vt dice=
rent chr̃iani a Christo. quod factum est postq̃ꝫ ad Pe=
tri p̃dicationẽ ⁊ tandem Paulo ⁊ Barnaba aduenientibus ⁊ p̃dicantibus totam illam regionẽ cõuerterũt: et
tunc ibi mltiplicati fideles vocati sunt christiani: quod
est maximũ beneficiũ habere nomẽ a chr̃o dño cõmuni
catũ nobis q̇ est dei verꝰ filiꝰ. ⁊ iõ pro gr̃aꝝ actione cele

Propt ipius liberationẽ.

H

Scd̃o ppter nomĩs ĩpositionem.

Tertio cleri calis corone dedicationē

bzat. Tertio ppter clericalis corone dedicationē. Nā tūc corona clericoꝝ sumpsit initiū. Nam ibi Petro in cōtumeliā nois chriani capitis sūmitatē abraserāt. Sed btūs Petrus huare hoc voluit spūsancto inspirante in honorē: ꝛ toti clero seruandū tradidit ob mysteriū hcationis.

Quid hcet corona clericorū.

Sed querit qd hcat ista corona clericoꝝ? Respōdet ꝙ inter cetera hcat tria pcipua. Primo in eo ꝙ est figure circularis hcat coronā. s. perpetuā regni celestis que in chro expectat qua vt reges decorant. vt dt Hiero. xij. q. ij. c. Clericus. Et c. Duo sunt. Scdo qꝛ in eo ꝙ a pte supiori capilli detondent. hcat hm Diony. li. de eccle. hierar. mundā ꝛ non formabilē vitā. Tertio in eo ꝙ denudant in vertice: hcat ꝙ inter se ꝛ deū terrenum nil debet esse mediū: sed imediate debent deo vniri amore: vt deū pro populo valeant placare. vnde Alexander papa sic dicit. j. q. j. Ipi sacerdotes pro populo interpellāt: ꝛ pctā popli comedūt. quia suis pcibus ea delent atqꝫ cōsumunt. qui quāto digniores fuerint tanto facilius in necessitatib⁹ pro qbus clamāt exaudiunt. Hec dicto ca. Ipi.

Quarto ppt erroris destructionē.

Quarto ppter erroris destructionem atqꝫ pme misse celebrationē. Ut em dt magr Joannes Beleth. Antiqtus fuit cōsuetudo gentiliū in h mēse Februario eplas offerre sup tumulos defunctoꝝ suorum ꝛ cibos ꝛ vina. Has aūt de nocte demones cōsumebant ad decipiendū homies vt crederēt anias exutas a corpibus cibos reqrere carnales. Vn scti pres ordinauerūt hoc festum cathedre Petri quo die Petrus putat pmam missam in pōtificalib⁹ Antiochie celebrasse qn inthronizat⁹ fuit. vel saltē pro illo tpe. ꝛ ideo istaz diem celebrē statuerūt. Nam ꝛ Jacob⁹ pmā missam dixit in Hierlm in pōtificalibus. Joānes in Asia. Marc⁹ in Alexādria. Et hanc solēnitatē pres statuerūt: vt per hāc festiuitatē a chrianis illa ꝯsuetudo epulaꝝ cōferendarū sup tumulos extirparet penitus vacādo diuinis laudibus ex ꝟtute eius ac intercessione bti Petri. O ḡ fidelis aia chriana fuge errores ne pereas. amplectere chrm dnm. honora btm eius aplm Petrū: qtūs eius meritꝫ detur tibi gra et gla: oibus quoqꝫ nobis Amen.

¶ De sctō Matthia aplo. Ser. pmus cum legenda de surrogatione eius in locū Jude.

A

TU domie qui nosti corda hoim ostende quē elegeris ex his duobus vnū. Act. j. A Ex qbus ꝟbis docemur. ꝙ cū aliq volunt prelatū vel pncipem quēcunqꝫ eligere: debent deū deuote orare. Q dptz rōne. quia q ad prelationē vel pncipatum ponit: loco dei ponit. Juxta illud Rom. xiij. Nō est potestas nisi a deo. Ministri em dei sunt. s. plati ꝛ pncipes in hocipm huientes. Hec ibi. Sed ponere aliquē loco dei specialiter ad deū ptinet. Unde. viij. q. j. Si ergo pnceps vel qlibet platus diuina ordinatiōe ad regendū poplm instituit. ergo a deo est spēaliter platus vel rector petēdus: maxime ecclesiasticus. Hinc pro exēplo chrs dns electur⁹ aplos in mōtem pus ascendit orare. Luc. vj. Sic ergo cum iam Judas ex aploꝝ numero ceciderat: loco eius ipi apli eligere volētes in aplatū: duosqꝫ sanctos ꝛ idoneos statuerūt. Unū Joseph: qui vocabat Barsabas cognoiatus iustus. Is hm Lyram nō est iste sctūs Barnabas: qui cū Paulo fuit vocat⁹ in aplatū. qꝛ ille fuit Cyprius: sed iste ē ali⁹ dict⁹ barsabas: nō barnabas. ꝛ fuit fili⁹ alphei ꝛ sic de galilea oriūdus. Aliū aūt statuerūt Matthiā. Orantes ergo deuote vt chrs dns ondēret quis horū foret dignior aplatu sic dixerunt. Tu dne qui nosti corda hoim ꝛc. Ex qbus verbis tria mysteria notabimus pro hoc sermone.

¶ Primum de Jude puaricatione.

¶ Secundū de Matthie surrogatione

¶ Tertiū de historie prosecutione.

B

Questio de casu Jude ꝛ puaricatiōe.

B ¶ Circa primū mysteriū. s. de casu Jude ꝛ puaricatione: ex quo hm Catonē. Felix quē faciūt aliena pericula cautū. Ideo vt per Jude periculū cauti reddamur: qstio hic occurrit. Per que ꝛ qualia vicia hoies sic demerent cadere vt habeāt perire: ꝛ alij loco eorū dei iudicio succedere, sicut claruit in Juda. Rndet p cōclusionē. ꝙ sacra scptura edocet hoies multos per varia vicia taliter pire vt nō resurgat: sed alij habeāt succedere.

Qualia vicia faciāt hominē cadere

Primū viciū est supbia. per quā cecidit Lucifer ꝛ angeli. Esa. xiiij. qrū locū homo obtinet p hūilitatē. s. penitētie. Matt. iij. Pniam agite: appro. reg. ce. Unde chrs se humiliauit: vt nos ad angeloꝝ locū exaltaret. quia q se hūiliat exaltabit. Lu. xviij. Scdm est inobedientia. per quā cecidit Saul: in cui⁹ locū successit Dauid per obedientiā ꝛ subiectionē diuinoꝝ mandatoꝝ. j. Regum lib. Tertiū est idolatria. p quā cecidit ppls Chaldeoꝝ adorantiū creaturas. Gen. xv. ꝛ poplus Chanaan cum. xxxij. regibus suis. Josue. xij. ꝛ. xiij. In qꝝ locum successit israel ꝛ eius filij per dei veri cultū: q oēs illos occiderūt. Quartū est auaricia ꝛ eius iniusticia. Unde Eccli. x. Regnū de gente in gentē transfert ppt iniusticias. Lyra exēplificat de monarchia Assyriorū translata ad Babylonios: ꝛ a Babylonijs in Persas ꝛ Medos. Dan. v. ꝛ ab illis in grecos. j. Mach. j. ꝛ ab illis in Romanos. Luc. ij. nam sequit. Hic venalē habet aiam suam. s. diabolo. ꝛ sic auaricie succedit diabolus. Quintū est luxuria. per quā mūdus totus perijt diluuio in filijs Cain: qui fuit pmus parens damnatoꝝ. vt patet Gen. vij. In hoꝝ locum successerūt filij Seth. i. Noe cum liberis casti ꝛ mūdi. O ergo carnales hoies cur non timetꝫ periculū. Sextū est ira diu tenta. p quā cecidit Esau ꝛ poplus Edom. In quoꝝ locum successit Jacob cum filijs suis patriarchis per māsuetudinē. vt ptz Gen. xxv. Septimū est inuidia. per quā ceciderūt pharisei ꝛ mgratus iudeoꝝ inuiden. chro. In quoꝝ locum successerūt discipli chri per charitatē. Juxta illud Joā. xv. In hoc cognoscēt oēs: quia mei estis discipuli si dilectionē ad inuicē habueritis. Octauū est negligētia. s. corrigēdi subditoꝝ pctā. per hanc cecidit Heli cū filijs suis Offni ꝛ frēs ei⁹. j. Re. ij. Et amota est eoꝝ posteritas a cōsequēdo sūmo sacerdotio. In qꝝ locū successerunt filij Thamar. s. Sadoch ꝛ posteri eius p vigilantiā ꝛ sollicitudinē. Vn Hiero. sup dicto loco dicit sic. Heli pro iniqtate filioꝝ suoꝝ dānatus est. corripuit qdem eos: sed lenitate pris: nō autoritate pōtificis. Et quia eos tenebat corripe nō solū p iniqtate filioꝝ: sed etiā pro sua fuit morte punit⁹ subita. O ergo hō aduerte qꝫ malū sit negligere correctionē subditoꝝ.

Negligentis correctionis subditoꝝ.

Nam di. lxxvj. Culpam. dicit Joā. papa. Culpā pculdubio facientis habet: qui qd pōt corrigere negligit emēdare. Scptū quippe est. ꝙ digni sūt morte nō solū qui faciūt: sed etiā qui cōsentiūt facientibus. Roma. xij. Nonū est obduratio siue obstinatio in malicia. p quā cecidit ꝛ reꝓbatus est iudaicus pplus a chro ꝛ obcecatus. In cuius locū successit gētilis poplus per fidei adhesionē. ad Rom. xj. Cecitas ex pte cōtigit in israel donec plenitudo gentiū intraret. Vn ibidē aplus admirando exclamat dicens. O altitudo diuitiaꝝ sapiētie ꝛ scientie dei: qꝫ incōprehēsibilia sunt iudicia eius: ꝛ inuestigabiles vie eius ꝛc. Ad ꝓpositū. Judas multis hoꝝ vicioꝝ funibus iplicatus erat: pcipue aūt in eo erat auaricia sūma ꝛ iniusticia. quia fur erat ꝛ loculos habens. Joā. xij. Et p auaricia pecunie innocentē: et qd est maximū filiū dei interficiendū pcurauit ꝛ tradidit. Fuit cū hoc ꝛ supbus et a fide chri deui⁹ ꝛ iracūdus ꝛ inuidus pro vnguento qd Magdalena in caput chri ex pietate effudit. vnde ꝛ Judas murmurauit aliosqꝫ ad obloquendū induxit di. Ut qd pditio hec vnguēti facta est. poterat em venūdari plusqꝫ. ccc. denarijs: ꝛ dari paupibus. Et insup erat indurat⁹ et obstinat⁹ in malo: adeo ꝙ chrs dominus volens eū reuocare nec ꝟbis eius acqeuit cum pdixit se traditurū ab eo ob hoc: vt se Judas recognosceret: nec obsequio hūilitatis cū eius pedes lauit. nec osculo charitatis chri voluit a malo cōuerti vel retrahi. ppterea iusto iudicio perijt: ꝛ eius aplatū alius. s. Matthias accepit. O ḡ hō caue te ab his pdictis vicijs si vis saluari.

C

Cur dns hominē quē cōuertit: tandē pire pmittit.

C Sꝫ qri pōt. Cur deus hoiem quē cōuertit ꝛ ad suam gram vocauit: tandē excidere ꝛ pire pmittit? Rndet vt colligit ab Alex. de ales. ij. p. summe. q. xxij. Bona. sup. iij. dist. xxiij. Petroqꝫ aure. ꝛ Fran. may. sup. j. di. xxxix. ꝛ. xl. Plures ad id tradunt

rõnes e q̃bus sufficiat aliq̃s breuius accipe. Prima ra-
tio est ex parte dei: vt manifesteꝫ eius potẽtia ⁊ sapia
⁊ iusticia ⁊ bonitas. Nam potẽtia in hoc claret. quia co
gnoscit hõ ex hoc. ꝙ sicut non poterat sine deo velle bo
num ⁊ ad grãm dei ꝑuenire: ita nec sine deo põt ꝑseue-
rare. dicente saluatore Joã. xv. Sine me nihil poteſtꝫ
facere. Itẽ sapia qua ex malis elicit bona. vt dicit Au-
gusti. in Enchi. Ex hoc em̃ electi cautiores reddunꝫ ne
cadant: sed fortiter vicijs resistant ⁊ ꝑseuerẽt: ⁊ mali co
gnoscunꝫ suo arbitrio vtendo ꝑire. ⁊ iusticia simul ⁊ bo
nitas dei claret: cum ⁊ malos futuros: ⁊ non tm̃ bonos
velit deus saluare. s. volũtate añcedẽte. ⁊ ideo eos vo
cat ad grãm quos tamẽ scit non ꝑseueraturos. vñ Au-
gusti. li. xj. sup Geñ. dt. ꝙ deus relinq̃t hoĩes arbitrio:
vt q̃cq̃d culpabiliꝫ agunt deũ de se laudabiliꝛ oꝑantem
inueniãt. a se q̃ppe habẽt voluntatẽ malã: a deo aniam
bonã ⁊ iustã penã que in eis debitũ habet locum. Hec
Augu. Secũda ratio ex ꝑte hoĩs ne suꝑbiat: sed semp
timeñ. hũilis existat. Unde apl's Roma. xj. Noli altũ sa
pere: sed time. Si em̃ deus naturalib⁹ ramis. i. iudeis
Tertia non pepcit: ne forte nec tibi parcat. Hec ibi. Tertia
ratio ex ꝑte meriti ⁊ p̃mij celestꝫ. quia pcti lapsus ⁊ ite
ratio in malis auget meritũ in bonis ẜm Augu. vbi s.
dum impugnãt vicia nec cõsentiũt. ⁊ per ꝯsequẽs maio
rem glĩam ꝯsequenꝫ. iuxta illd Eccli. xxxj. Qui potuit
facere mala ⁊ nõ fecit. ideo stabilita sunt bona illius in
dño ⁊c. O magne deus. o bone iesu q̃ꝫ pius et mi̾icors
es erga bonos: q̃ꝫqꝫ terribilis tua iusticia cõtra obstina
D tos in malo. D

De surrogatione Mathie i aplatũ

Circa scdm̃ ꝑncipale de substitutiõe Matthie i apo
stolatũ seu surrogatiõe. ex quo btũs Matthias aplatũ
Jude accepit. Queriꝫ vtrũ inter hoĩes ad btĩtudinem
vocatos ipam coronã quã perdit vnus: accipiat alius?
Ratio q̃stionis. q2 cõstat ꝙ aplatus coronã ⁊ dignitatẽ
quã ꝑdidit Judas: accepit Matthias apl's. Et q2 Pe-
trus Act. j. ait. Oꝑtet impleri inq̃t scpturã quã p̃dixit
spũssanctus per os Dauid. s. in ps̃. Fiat habitatio eorũ
deserta: ⁊ non sit q̇ inhabitet in ea. Hoc dicit p̃dicando
penã sacerdotũ mortẽ chr̃i ꝓcurantiũ. Nam Hierusalẽ
fuit cõbusta per Romanos ⁊ destructa: ⁊ sacerdotes in
terfecti ꝑtim ⁊ captiuati. ⁊ sic eoꝝ facta ẽ habitatio de
serta. Et subdit de pena Jude ꝓditoris chr̃i. Et episco
patũ eius accipiat alter. i. Matthias. Sequiꝫ ergo ꝓ-
positũ. Sed in cõtrariũ. Cũ difficile sit videre quõ vn⁹
homo possit alteri⁹ coronã accipe. quia dicẽte apostolo
Unusq̃sqꝫ ꝓpriam mercedẽ accipiet ẜm laborẽ suum. j.
Coꝝ. iij. ergo q̃stio oritur. Ad hec rñdeꝫ ꝑ pl'es doct.
sacre scripture. Primus est sctũs Joãnes euãgelista ⁊
apl'us. qui Apocal. ca. iij. scribit sic. Tene qd habes ne
alius accipiat coronã tuã. Secũdus est Augu. lib. de
p̃destinatione sctõꝝ. qui dicit sic. Predestinatoꝝ ita cer
tus est nũerus vt nec addaꝫ eis quicq̃ꝫ: nec minuaꝫ ex
eis. Tene g̊ qd habes: ne alius accipiat coronã tuã. Si
em̃ ali⁹ nõ est acceptur⁹ nisi iste ꝑdiderit: certus est nu
merus. alius aũt nõ est acceptur⁹ nisi ipe ꝑdiderit. s. ꝑ
pctm̃. g̊ ⁊c. Terti⁹ est s. Tho. j. ꝑte. q. xxiij. art. vj. in
solutiõe p̃mi argumẽti di. sic. Corona diciꝫ esse alicui⁹
dupl'r. Uno mõ ex p̃destinatiõe diuina. ⁊ sic nullus ꝑdit
coronã suam. Alio mõ ex merito grẽ. Qd em̃ meremur
quodãmodo nr̃m est. Et sic aliq̃s põt coronã suam amit
tere per pctm̃ mortale sequẽs. Alius aũt illam coronã
ꝑditam accipit inquãtũ in locũ eius surrogaꝫ. Non em̃
ds ꝑmittit aliq̃s cadere q̃n alios erigat. ẜm illud Job.
xxxiiij. Cõteret mltos ⁊ innũerabiles stare faciet alios
pro eis. Sic em̃ in locũ cadentiũ angeloꝝ substituti sũt
homĩes: ⁊ in locũ gẽtis iudaice substituti sunt gẽtiles.
Substitutus aũt in statu grẽ etiã q̃ꝫtũ ad hoc coronã ca
dentis accipit. ꝙ de bonis q̃ alius fecit in vita et̃na gau
debit: in q̃ vnusq̃sqꝫ gaudebit de bonis tam a se q̃ꝫ ab ali
is factis. Hec Tho. Et ꝑ hec soluiꝫ obiectio in ꝯtrariũ
Quart⁹ doctor est Nico. de Ly. q̇ sup Apoc. iij. in postil
la dt: sic ꝑsequẽdo lr̃am. Ecce inq̃t venio cito (ad te ac
cipiendũ) tene qd habes. i. grãm tibi datã: vt nemo ac-
cipiat coronã tuaꝫ. Cadẽtibus em̃ aliq̃bus a iusticia in
p̃senti: alij eis surroganꝫ. sicut patꝫ in legenda. xl. mar
tyrũ. quia vno ex eis cadẽte clauicular'⁹ ei surrogatus
fuit: ⁊ eius coronã accepit. Hec Ly. Legiꝫ q̃ppe in illo
rum martyꝝ legenda. ꝙ dum in stagno essent nocte po
siti veluti gelu cõstringerenꝫ ⁊ mane crura eoꝝ dirũpe
renꝫ. vnus ex eis pusillanimis effect⁹ refugit ad balne
um: ⁊ statim resolutũ reddidit spiritũ. In nocte aũt ec-
ce lumẽ feruens sup eos resplẽduit velut sol: ⁊ glacies
resoluta est. Porro custodibus eoꝝ dormiẽtibus: claui-
cularius solus vigilabat: videnscꝫ tantã lucem ⁊ mirãs
vnde esset: respexit ⁊ vidit. xxxix. coronas sup sctõs de
scendẽtes: cepit cogitare. Quadraginta inq̃t sunt: vni⁹
corona vbi est? Unde expgefacieñ. custodes mox ꝓie-
cit vestimẽta suo in eoꝝ facies: ⁊ exiliuit in stagnũ cla-
mans ⁊ dicẽs. Chr̃ianus sum. Uñ ipm̃ cõnũeratũ mar-
tyribus vnde vnus ceciderat: ⁊ fidelẽ comptũ cũ cete-
ris crurifragio martyrizarũt. Et sic patet ꝓpositũ. Ad
idem clarũ est etiã hoc exemplũ de Jude casu: ⁊ beati
Matthie surrogatione. Ecce ergo maxia dei nr̃i mise-
ricordia ⁊ bonitas ad saluandũ hoĩes. O aĩa fidelis di
lige deũ tuũ: ⁊ ꝑseuera in eius amore: ne coronã tuã ac
cipiat alter. O pctõr age pniãm vt cõsequaris coronã.

E Historia scti Matthie. Legenda

Circa tertiũ de historia sufficiat ꝓ cõclusione. E
ꝙ btũs Matthias in apl'm electus: officiũ p̃dicationis
vsqꝫ ad mortẽ fidelissime est execut⁹. qd claret ex eius
legenda. Legenda. Nimirũ cum apl'i inter diẽ
ascẽsionis chr̃i ⁊ pentecostes simul essent in cenaculo.
Uidẽs petrus ꝙ nũerus duodenari⁹ aploꝝ erat minu-
tus (Juda cadẽte) quos in h̾ nũero chr̃s elegerat: vt
fidem trinitatꝫ in q̃ttuor mũdi ꝑtibus p̃dicarent: surre-
xit in medio fratrũ di. Uiri frẽs oꝑtet impleri scpturaꝫ
que dicit. Ep̃atum eius accipiat alter: vt. s. loco Jude
substituam⁹ aliquẽ qui testeꝫ nobiscũ resurrectõeꝫ chr̃i
sicut ipe dixit duꝫ ascẽderet in celũ. Eritis mihi testes
in Herl'm: ⁊ in omĩ iudea ⁊ Samaria: ⁊ vsqꝫ ad vltimũ
terre. Sed q2 testis nõ debet q̇s esse: nisi de his q̃ vidit
Et ideo eligẽdus est aliq̇s ex his viris q̇ semp nobiscũ
chr̃i miracula viderũt: ⁊ eius doctrinã audierũt vsqꝫ in
diem q̃ assũptus est in celũ. Et sic ex lxxij. discipl'is ele
gerũt duos tanq̃ꝫ sanctiores ⁊ notabiles in scia ⁊ facto
rum chr̃i expientia. Joseph qui vocabaꝫ Barsabas: q̇
non ille Barnabas fuit: de quo legiꝫ Actuũ. xiij. ꝙ cũ
Paulo fuit assumptus in aplatũ: sed alius. vt patuit s̃.
A. Iste Barsabas cognoĩat⁹ est iustus ꝓ euidẽtia san-
ctitatis. Aliũ aũt elegerũt Matthiã. Hos statuẽtes ig̊
rabant q̇s hoꝝ esset dignior aplatu. Ideoqꝫ implorau e
runt dñm sup hoc iudiciũ di. Tu dñe q̃ nosti corda ho-
minũ. vt in themate. Et dederunt sortes eis. et cecidit
sors sup Matthiã: ⁊ annũeratus est cũ apl'is. De sorte
ista varie sunt opiniones doctoꝝ. Beda em̃ ⁊ Hieroñ.
volũt ꝙ in electione ista Matthie apl'i ꝓuata lege spi-
ritussancti q̃ nõ faciũt legem cõem: vsi sunt sortibus ne
a lege veteri discreparẽt: in q̃ sũmus sacerdos sorte q̃-
rebaꝫ: ⁊ ꝙ vsi sũt. s. talib⁹ sortib⁹ q̃liũ in veteri lege vsus
creberrim⁹ erat. Sed q2 vti sortibus in eccl'iasticis ele-
ctionibus ꝓhibitũ est iam. extra de sortile. ca. vl'ꝫ. quia
talis electio ex inspiratiõe spũssancti fieri debet. Ideo
peccarẽt nũc q̇ sortibus eligerẽt p̃latum spũalem. sec⁹
de tempali. Exemplũ. Ly. narrat sup. ij. lib. Esdre. c.
iiij. ꝙ cũ Perse volẽtes sibi p̃ficere regem: magi. vij. cõ
siliarij cõdixerũt. ꝙ ille cui⁹ equus p̃mo hinniret cũ in
crastino ꝯuenirẽt: ad electionis locũ ille regnaret. Qd
cõtigit de eq̊ Darij. ⁊ ille regnauit. Nam tales eliguntꝫ
ad tpalia disponẽda. ideo in electiõe tali possunt homi
nes vti sortibus. sicut ⁊ in diuisione reꝝ tpaliũ. puta cũ
per festucas breuiores vel longiores: seu per ꝓiectio-
nem taxilloꝝ ad pũcta plura vel pauciora. ⁊ ex cõsimi-
libus determinaꝫ inter hoĩes cõmuni cõsensu q̇s quaꝫ
ꝑtem accipiat. q̃ vocaꝫ sors diuisoria. hoc non est de se
pctm̃. Posset tñ ibi causa motiua. s. cupiditatꝫ vel discor
die viciũ ꝯcurrere tale ꝙ esset pctm̃. Uerum apl'i in ele
ctione illa vtendo sortibus non peccauerũt. Tum quia
tũc non erat hoc ꝓhibitũ in electione p̃lati. Tum quia
hoc fecerũt familiari cõsilio spũssancti. Nam ⁊ orõnem
p̃miserũt. Sed hoc non est retrahendũ ad sequentia in
electiõe p̃lati spũalis. vt patuit. Hec ẜm Ly. Sed btũs

Utrũ inꝫ hoĩes p̃destinatos ipam coronã quaꝫ ꝑdidit vnus ali⁹ accipiat.

Solo thome

Diony. lib. eccľastice hierar. asserit ꝙ ista sors nihil ali
ud fuerit nisi q̄dam splendor ⁊ radius diuinit⁹ emissus
sup Matthiam: per quē ipe ostendebaᷣ in apľatū assu=
mendus. F ¶ Hic igitur Matthias electus: cum
F Legenda tandē in Macedoniā aduenisset fidem chr̄i p̄dicañ. q̄n
dam potionē toxicatā: que visu cunctos ꝓuabat: dede=
runt eidē. Quā in noīe chr̄i bibit: ⁊ nullā lesionē incur=
rit. ⁊ illa potione excecatos plusqꝫ. ccl. homīes manus
singulis imponēs illos oīes illuminauit. Diabolo aūt
suadente vt popľs infidelis illū occideret: cum ip̄m fu=
ribunde q̄rerent nec inuenirēt: tertio die seip̄m manife
stauit di. Ego sum. Quē manibus post tergū ligatis: et
fune in collo posito crudeľr affligeñ. in carcerē incluse=
runt: vbi demones appareñ, dentibus fremebāt in eū:
sed appropinq̄re nō poterāt. Dn̄s aūt cum mľto lumīe
adueniēs ip̄m de terra leuauit: vincľa soluit: ⁊ dulciter
confortans ostiū aperuit. Qui egressus ꝟbum dn̄i p̄di=
cauit. Dum aūt q̄dam obstinati p̄sisterent: dixit eis. De
nuncio vobis ꝙ viui in infernū descēdetis. Moxqꝫ ter=
ra se apuit: ⁊ cunctos illos deglutiuit. Reliq̄ ꝟo ad do
G minū sunt cōuersi. G Tandem egressus in Iudeā
quā in sortē p̄dicationis accepat: cū ibi p̄dicationi insi=
steret ⁊ multa faceret miracula: accusatus est corā pon
tifice. Cui ille. Si tibi danᷣ inducie: vis penitere? Ad
quē Matthias respōdit. Absit vt a ꝟitate quā seľ inue
ni per apostasiam disgrediar. Tunc adiudicat⁹ est pati
bulo crucis: in quo pendēs viuus est lapidat⁹. Et dum
nec sic moreref: sed lapides in testimoniū secū peteret
runt in pyxide alabastro: ⁊ vnxit pedes Jesu adustos
ex calide terre puluere. vtpote qui nudis pedibus in-
cedebat: ⁊ extersit capillis. Hoc ordine cõuerso dicit.
q2 ꝑmo lauit pedes eius. secũdo capillis extersit. ter-
tio vnxit. Et eiusdẽ vnguẽti residuã ptem maiorẽ effu-
dit sup caput ipius recũbentis in mẽsa: ⁊ domus imple
ta est ex odore vnguenti. Erat em̃ liquor ille refrigera
tiuus ⁊ cõfortatiuꝰ mẽbroꝝ ⁊ valde odoriferus. ⁊ ideo
effudit sup caput quod videbat pre calore solis nimis
exustũ: cum chr̄us sine pileo incederet: vt sic refrigera
retur. sicut sole fieri in effusiõe aq̄ roseacee. O q̄ gra-
tissimo anĩo btã ṽgo Maria que tunc aderat: istud ac-
cepit a Magdalena ⁊ ei resalutauit. Tunc Judas qui
eum traditurus erat murmurauit dicens. Ut quid per
ditio hec vnguenti facta est: poterat em̃ venũdari plus
q̄. ccc. denarijs: ⁊ dari paupibus. Quod dixit: quia fur
erat ⁊ loculos habens: ⁊ ea que mittebant. s. in elemo-
synam pro chr̄o ⁊ discipulis portabat. ⁊ ad murmuran-
dum consimilr̄ discipulos induxit: sed discipl̄i moti sunt
ex compassione ad paupes. Judas aũt ex auaricia vt
posset furari decimã saltem ptem. ccc. denarioꝝ. Tunc
ergo concepit chr̄m iudeis vendere pro. xxx. denarijs:
qui sunt decima pars. ccc. denarioꝝ. Jesus ergo seda-
uit eos dicens. Quid molesti estis huic mulieri: bonũ
em̃ opus operata est. Nam semp paupes habetis vo-
biscum: me autẽ non semp habebitis. Amen dico vobis:
vbicunq̧ ꝑdicatũ fuerit hoc euangeliũ dicet: ⁊ ꝙ hec
fecit in memoriã eius. i. ad laudẽ eius recitabit ꝙ hoc
fecit virtuose: ꝑueniens vngere corpus meũ in sepul-
turam. Unde ⁊ Ly. sup Matt. xxvj. dicit ꝙ Magdale-
na spũsancto edocta ptem vnguenti ad sepulturã chri-
sti reseruauit. ⁊ ꝙ chr̄s sibi hoc ꝑceperit vt seruet. ⁊c.

Scdo traditionis cõsultatio.

Et sic ptz occasio. Secundo nota huius traditionis
consultationẽ. quia post hec feria quarta ꝓxima. s. post
ramispalmaꝝ ꝑncipes sacerdotũ fuerũt cõgregati ad
tractãdũ de morte chr̄i vt eum dolo tenerent ⁊ occide-
rent. s. occulte sine populi seditione. Dicebant autem.
Non in die festo. i. in solẽnitate paschali iminente de ꝓ
ximo: ne forte tumultus fieret in populo. quia multi cõ
uenerãt pro festo in hierl̄m: ⁊ reputabãt iesuz esse chri
stum verum. ꝓpter qđ timentes ppl̄i seditionẽ cõtra se
fieri: cõsulebãt mortẽ eius post festa differẽdã. sed hoc
consiliũ mutauerũt postea: quia inuenerũt oportunita
tem capiẽdi chr̄m per Judã. Interea dñs iesus dñica
Palmaꝝ ascendit Hierl̄m: ⁊ turba cum maximo hono-
re eum deduxit. vt ptz per euangeliũ dñice palmarũ.
Ascendit etiã scda feria ⁊ tertia feria. ⁊ singl̄is diebus
illis ꝑdicauit in templo: et multas insidias a iudeis ac
cõtradictões sustinuit. de q̄bus longũ esset hic enarra
re. nullus aũt ipm hospitio recipiebat. quia iã erat apđ
iudeos diffinitũ. ꝙ si quis eum cõfiteret chr̄m extra sy
nagogã fieret. ꝓpterea quolibet die ꝑdicto redire ipm
optebat in Bethaniã ieiunũ: ⁊ ibi hospitari apđ Mar-
tham. ⁊ iterato mane ascẽdebat. Ipa aũt feria quarta
ſm Lyram. tunc iesus non venit Hierusalẽ: sed mansit
in Bethania: vt iudei liberius haberent locum tractan
di de morte sua: ⁊ Judas tradẽdi haberet optunitatẽ.
Ipso itaq̧ die Judas spũ maligno instinctus: ascendit
Hierl̄m tanq̄ dispensator empturus aliqua pro die fe-
sto: ⁊ accessit iudeoꝝ cõsilium se sponte ingereñ. nec vo
catus: dixitq̧ eis. Quid vultis mihi dare ⁊ ego eũ vo-
bis tradã. s. sine strepitu occulte capiendũ. Chry. q. d.
Ita vilis ⁊ pphanus factus est mihi iste Jesus quem
vultis occidere. ꝙ si velletis mihi dare saltem vnicum
denariũ: ipm patus sum vobis tradere. Illi ergo gaui-
si sunt. vt dicit Luc. xxij. Et cõstituerũt ei triginta argẽ
teos: quoꝝ quilibet valebat vsuales decem nũmos. et
per cõsequẽs in toto valebãt. ccc. vsuales. ⁊ sic recupa
uit valorẽ vnguenti. Hec Lyra sup Matth. Hic Ber.
exclamat di. O Juda oĩm sceleratissime. o peruerse la
tro ⁊ infidelis fur. si nolebas misereri filio: saltẽ miser-
tus debuisses fuisse dolori materno. Quid fecerat tibi
magr̄ tuus qui tibi pctã tua enormia indulsit: apostolũ
te fecit. ptãtem eijciendi demonia ⁊ infirmos curandi
tribuit. pedes lauit. corpus suũ dedit. ⁊ eterna premia
repromisit. O stulte ⁊ cece mercator pessime: ex q̄ vo-
luisti eum vendere: cur non vendidisti eum Magdale
ne: que non triginta: sed mille tibi pro eo denarios ob-
tulisset. Item Augu. O Juda inique potuisti petere a
matre. xxx. denarios: que ostiatim mendicãdo tantã ti-
bi ⁊ ampliorẽ ordinasset pecuniã. Item Berñ. O iuda
infelicissime: q̇d fecisti pdens pecuniã ⁊ te? nõ verecũ
daris exhibere venalem: cuius vna gutta sanguinis di
gnior fuit om̄i argẽto ⁊ auro mundi. ⁊ tu ponens in op-
tione triginta denarijs cõtentaris. Hec ille. Quo fa-
cto Judas redijt Bethaniã: ⁊ exinde q̄rebat oportuni

Tertio traditionis executio.

tatem tradendi sine turbis. Tertio nota traditionis
executionem quam expleuit in nocte sequentis diei p
osculi signũ tradẽdo. de quo infra. D

D

Questio de Juda

Questio hic
occurrit. Utrũ Judas ⁊ iudei aliq̄ modo habeãt excu-
sationẽ in traditione et occisione chr̄i? Et potest argui
ꝙ sic. quia sic a deo erat ꝑordinatũ ⁊ per ora ꝓphetarũ
a spũ sctõ sic ꝑnunciatũ. ꝙ chr̄us tradi deberet a ꝓprio
discipulo. Juxta illđ ps. Qui edebat panes meos ma
gnifica. sup me. ⁊c. Et occidẽdus foret a suo popl̄o: vel
a fratribus suis iudeis. sicut Abel a fratre Cain est oc
cisus: ⁊ Joseph a fratribus venditus. Uñ Esa. j. Filios
enutriui ⁊ exaltaui: ipi aũt spreuerũt me. Cognouit bos
possessorẽ suũ: ⁊ asinus ꝑsepe dñi sui: israel autẽ non co
gnouit me. Unde sicut deus non peccauit sic ꝑordinan-
do vt pro nobis traderet filiũ. videt ꝙ nec isti peccaue
runt adimplẽdo dei voluntatẽ. Rñdet Tho. iij. pte. q.
xlvij. ꝙ eadẽ actio diuersimode iudicat bona vel mala
ſm ꝙ ex diuersa radice ꝓcedit. Quia ergo deus pater
tradidit filiũ: ⁊ filius seipm ex charitate passioni ⁊ mor
ti ⁊ humili obediẽtia filius factus est ꝓ nobis obediẽs
vsq̧ ad mortẽ: qđ spũssanctus ꝑdixit per ꝓphetas ꝓ no
stra salutifera fide fundanda. Judas aũt coopatus est
passionẽ ex cupiditate ⁊ iniq̄tate. Pilatus ex humano
timore iudeoꝝ: sacerdotes ⁊ pharisei ex liuore ⁊ inui-
dia. quia arguebat chr̄s eoꝝ vicia. Ideo isti non excu
sant: sed vitupant. deus aũt laudat pro bñficio charita
tis. Si dicas vel petas. Si nullus chr̄m tradidisset:
⁊ nullus occidisset: quomõ genus humanũ redẽptũ fu-

Questio

isset? Respondet ſm Alexan. de Ales. in. iij. volumine
sũme. ꝙ in tali casu sola chr̄i voluntas patiẽdi sufficis-
set ad redemptionẽ. ideo nõ debuit eum Judas trade-
re sic ex cupiditate. nec iudei occidere. nec voluit deꝰ
chr̄m sic ab eis intẽtione praua occidi: q̄uis pmisit. vo-
luit q̇dem pro nostra expiatione offerri. iuxta illđ Esa.
liij. Oblatus est quia ipe voluit. Et ꝙ chr̄s voluntarie
pati vellet pro nobis multiplici signo ostendit: cum illđ
ꝑdixit: ⁊ scienter ad locũ passionis venit. ⁊ se cape volẽ
tibus obuiam ꝓcessit: ⁊ vno verbo om̄es ꝓstrauit. De-
muz vt Chry. ait. Ne quis dicat: quoniã ipe iudeos ad
illud induxit vt ipm occiderent: seipm tradens in mani
bus eoꝝ: manifeste ostẽdit eis om̄ia que sufficiebãt eos
reuocare a malo. Sed quia illi obstinati pmanebant in
malicia: se illorũ potestati permisit a diabolo tradẽdũ.
O q̄ benigne ergo. o q̄ hũillime. o q̄ charitatiue subi-
it pro nobis deus passionẽ ⁊ omnẽ tribulationẽ a pessi-
mis illis inferendã. O beata virgo Maria merito ipsi
tuo filio ⁊ tibi est cõpatiendũ pro tali tantaq̧ charitate
nobis miserrimis gratiose exhibita. E

E

Scds dolor tristissime separatiõis amarissimus ex tribus.

¶ Secũdus dolor chr̄i ⁊ matris eius dicit tristissi-
me sepationis. ⁊ iste fuit dolor amarissimus: vt colligi
potest ꝑcipue ex tribus. Primo ex pie matris desolatio-
ne ⁊ interno merore. quia videbat filium suũ in quo ha
buit totã spem solatij vltro euntẽ ad moriendũ in Hie-
rusalem. Audierat em̃ ꝙ fuerat iam diffinitũ apud iu-
deos vt occiderẽt christũ: ⁊ signis euidẽtibus: cum nut

lus in Hierusalem ipm̄ audebat in hospitio capere: pa
tebat. Unde vt volūt deuoti ⁊ rōnabiliter dicūt ꝙ chri
stus dn̄s sibi reuelauerit instare tēpus passionis. Ma=
terno ergo affectu cepit (vt aiunt) ipa feria quinta ge
nibus flexis filium petere taliter. Queso te fili mi ⁊ de
us meus: exaudi me mr̄em mestissimā: vt non ascēdas
in Hierl'm: nam hic in Bethania ꝑparabunt tibi Mar=
tha ⁊ Magdalena agnum paschalē: ne forte inimici ma
nus iniĳciant tibi. Cui respondit dn̄s. Non licet inquit
charissima mater in hoc te exaudire: sed potius volun
tatem patris facere: vt impleant̄ scripture. Nam Esaie
liij. Oblatus est. s. filius dei: quia ipe voluit. s. pr̄ ⁊ filiꝰ
Cui gl'iosa mater. Scio ait fili mi. ꝙ sic voluit deus pa
ter redimi mundū tua passione et morte. Sed quia cor
maternū hoc cogitās crepet amaritudīe saltē da mihi
si possibile est ⁊ cōuenit antea mori ꝗ̄ tu fili mi dilectis=
sime moriaris: aut simul tecū exhalare spm̄: aut in exta
sim mentis rapi vt penitus nil sentiā. Nec mirū si sic pe
tierit pia mater: cum ⁊ chr̄us suo modo orauit pr̄em: vt
si possibile est transeat calix. ⁊c. Tunc dulcissimus Je=
sus ait. Non decet hoc charissima mater: vt tu ante mor
tem meā moriaris. qr sic ad limbū tenebrosum deberes
descēdere. s. ad sanctos pr̄es: ⁊ inde per me educi. Itē
non decet etiā simul tempe mecū te mori. quia debeo ti
bi tantū honorē facere in tua morte: vt cum om̄ibus an
gelis et sctis meis tibi occurrā: ⁊ sic te in celū suscipiā
honorificētissime vt mr̄em decꝫ dei: ꝑpter qd̄ optet pri
us me mori: ⁊ sanctos patres de limbo educere: ⁊ in ce=
lum ascendere: ⁊ ibi tibi dignū locū ꝑparare sup om̄es
btōs. Item nec licet in morte mea te rapi in extasim ab
vsu sensuum: vt dolores quos ꝑdixit tibi Symeon cum
me ꝑsentabas in tēplo sustinere habeas: ⁊ martyrū me
cum in anima patiaris: ac coronā sup om̄es merearis.
Habe ergo charissima mater mea patientiā. quia sicut
optet me pati: ita ⁊ te pro me cōpati. Consulare aūt: qr
tertia die resurgā: ⁊ te visitādo letificabo. Pie possumꝰ
cōtemplari ꝗ̄tū tunc fleuerit btā virgo: ꝗ̄ dulciter ver
ba filij audierit a mane vsqꝫ ad illam horā sepationis.
Cū ergo iam diei illius vespe appropinq̄ret: qn̄ agnus
paschalis deberet imolari: accesserūt discipuli ad chri
stū dicētes. Ubi vis paremꝰ comedere pascha. i. agnū
paschalē. Et Petrū ac Joānem. vt dicit̄ Lu. xxij. in hie
rusalē misit di. Ecce euntibus vobis in ciuitatē occur=
ret vobis homo lagenā aque baiulans: sequimini eum:
⁊ quocunqꝫ introierit: dicite dn̄o domus. Magr̄ dicit.
Tēpus meū. s. patiēdi: ꝑpe est. apd̄ te facio pascha cuꝫ
discipulis meis. q. d. Prouide mihi de loco et de cibo.
Credit̄ em̄ ꝙ ille erat discipl'us christi occultus tamē.
Non exp̄ssit nomen illius: ne Judas rabide festinās ad
chr̄m tradendū posset ꝑscire locū: sed ꝑdixit miraculo=
se signo certo quo deberēt ire. Euntes ergo discipl'i in=
uenerūt sic: ⁊ ibi parauerūt. Un̄ patꝫ ꝙ chr̄us ita paup
erat ꝙ nec domiciliū: nec vnde emere posset agnū ha=
bebat. Interim vt tradūt deuoti et satis vtiqꝫ rationa=
biliter: chr̄s dn̄s vt bonus filius matri valediceret: eli=
centiauit om̄es e domo illa ꝑter mr̄em: ⁊ corā ea genua
flexit. Quo viso humillima ꝟgo festinauit: ⁊ ipa corā fi
lio ꝓcidit ad genua: cepitqꝫ piĳssimus Jesus taliter di=
cere. O mater ꝑdilectissima regratior tibi ꝙ me fidelit̄
et humilit̄ ad ꝟba angeli Gabriel' in vterū suscepisti: ⁊
⁊ ꝙ mensibus nouē me portasti in vtero virgineo. ꝙ me
pepisti: lactasti: nutriuisti: multos labores ⁊ angustias
ꝓ me sustinuisti fugien̄ in egyptū ibi manēs ⁊ inde re=
diens: ⁊ triduo me tandē req̄rens: annisqꝫ trigita mihi
semp fidelissime ⁊ deuotissime in om̄ibus s̄uiuisti: et q̊t
guttas lactis tui ꝟginei mihi dedisti fugienti quot ser=
uitia ipendisti: quot labores ⁊ penalitates pro me susti
nuisti: tot ⁊ tantas tibi refero gr̄arꝫ actiones. Uale ergo
nūc dulcissima mater ⁊ mane in gr̄a mee deitatis. quia
ecce a te sepabor vt vadā ad moriendū pro genere hu
mano. O q̄ntus fuit ibi fletus: quātus luctus ꝟginis ma
tris ⁊ piĳssimi eius filij sup matre cōpatientis: cogitet
hec pia mens. Tandē spiritu resumpto beata virgo: vt
potuit loqui dixit. Gratias tibi ago deus meus qui me
dignatus es eligere in mr̄em cum essem paupcula an=
cilla tua. ⁊ ꝙ s̄uitia mea placuer̄t tue maiestati. Sicqꝫ
se inuicem osculan̄. vale sibi dixerunt. Dominus quoqꝫ
mr̄em suaꝫ Marthe ⁊ Magdalene cōmendauit. Uenit
ergo dn̄s Jesus in Hierl'm cum discipulis ad domū in
qua iusserat pascha ꝑparari: que (vt putat̄ ab aliq̄bus)
fuit domus sancti Marci euāgeliste quē btūs Petrus
baptizauerat. Sed vt ait Chry. mirebile fuit ꝙ iste pa
terfamilias chr̄m suscepit sciēs se icurrere inimicicias
iudeorꝫ ex hoc. a deo tamē inspiratus cōtempsit multo
rum odiū. sicut ⁊ antea spiritu sctō edoctus emerat tot
agnos: vt tot hoībus hospitantibus. s. chr̄o ⁊ duodecim
apl'is: ⁊ lxxij. discipulis sufficerēt cōuenienter pro illa
cena. ⁊ fecerat vel emerat tantū de azimis panibus et
de lactucis agrestibus. Itē disponere habuit pro sin=
gulis illis cingulos siqui non habebāt ⁊ calcios ⁊ bacu
los. sic em̄ debebat comedi agnus paschalis. s. renes ꝑ
cingēdo: in pedibus calciamēta habendo ⁊ baculos in
manibus. Discipuli aūt chr̄i nudis pedibus incedebāt.
ꝗ̊ mirū ꝙ homo ille pro tot hoībus ꝯueniēter disposue
rit his modis. Item ascendēte iesu cū discipulis: ascē=
dit de Bethania sanctissima Maria: cum mulieribus
Martha ⁊ Magdalena ad domū earū quam habebāt
in Herusalē. Nam ꝑtem aliquam vici illius ciuitatis le
guntur possedisse cum Lazaro fratre suo: ibiqꝫ hospita=
ta est. O ꝗ̄ mira fuit nox illa beate ꝟgini matri. O quā
tis lachrymis suum filiū deo patri cōmendauit in om̄i=
bus eius aduersis. Et sic patꝫ. F Scd̄o deniqꝫ gra
uatur amaritudo doloris istius ī chr̄o ex Jude obstina
tione. Uespe em̄ facto hora cene discubuit. Lu. xxij. Et
duodecim inquit discipuli cum eo. s. in eadē mensa. aliĳ
autem in aliĳs mensis. Et ait illis. Desiderio deside ra=
ui hoc pascha manducare vobiscum anteqꝫ patiar. Ly
ra. Ut finito veteri pascha inchoet nouum testamentū:
qd̄ erat chr̄o in desiderio. Tunc comesto agno pascha=
li anteqꝫ alia fercula afferent̄ vestimenta deposuit: lin=
teo se ꝑcinxit: aquā in peluim infudit: ⁊ pedes discipulo
rum lauare cepit. Uenit primo s̄m Lyrā ad Simonem
Petrū: qui dixit. Domine tu mihi lauas pedes? Simon
de Cassia. Tu deus homini: tu creator peccatori ⁊ vilis
simo piscatori lauas pedes. Surge domine deus: sur=
ge creator meus. non em̄ possum hoc sustinere pro tua
reuerētia. Respondit Jesus. Quod ego facio tu nescꝫ
modo: scies autē postea. Et Petrus. Non lauabis mihi
pedes in eternū. Respondit aūt Jesus. Si non lauero
te: non habebis ꝑtem mecum. Dixit Petrus. Domine:
nō tm̄ pedes: sed ⁊ manus ⁊ caput. Dicit ei iesus. Qui
lotus est. s. in baptismo: non indiget nisi vt pedes lauet
id est anime affectus in vera penitētia. Baptismus em̄
non est iterabilis: sed penitētia est facienda pro pecca=
tis subsequētibus. ⁊ sic homo erit mūdus totus. s. a pec
catis. Postqꝫ lauit pedes eorꝫ recubuit iterum vestimē
ta accipiens: ⁊ dixit. Uos vocatis me me magister ⁊ do
mine ⁊ bene dicitis: sum etem̄. si ergo. ⁊c. His paractis
accepit panem: ⁊ gratias agens benedixit ⁊ dixit. Acci
pite ⁊ comedite: hoc est corpus meū. Similiter ⁊ calicē
⁊c. Sic quoqꝫ eos om̄es cōmunicauit corpis ⁊ sanguis
sui sacramēto. Tandem ipos ordinauit in ꝑsbyteros ⁊
pontifices dicens. Hoc facite quotienscunqꝫ sumitis in
meam cōmemorationē. Ex quibus dictis secundū sen=
tentiā Bonauen̄. in sermo. ij. de cena dn̄i clare soluitur
questio vtilis contra hereticos. qui dicut hesitan̄. quō
sit in hoc sacramēto verū corpus christi: cum nullo mo=
do percipit̄ sensu ibi esse aliud ꝗ̄ panis ⁊ vinū. Respō=
detur s̄m Ambro. li. de sacramētis. vt notat̄ de cōse. di.
ij. Reuera. ꝙ hic ꝟba dn̄i saluatoris operant̄. Sermo
em̄ christi: qui potuit ex nihilo facere qd̄ non erat. s. in
creatione mundi: potest ea que sunt. i. panis substantiā
⁊ vini mutare in illud qd̄ non erant: id est corpus ⁊ san=
guinem. ⁊ hoc manentibus accidētibus per se. Et infra
dicit. Liquet ꝙ preter naturā ꝟgo generauit. ⁊ hoc qd̄
cōficimus corpus ex ꝟgine est. q̇d hic queris nature or
dinem in chr̄i corpe: cum ꝑter naturā sit ipe dn̄s Jesus
natus ex ꝟgine. Uere vtiqꝫ caro chr̄i que crucifixa est:
que sepulta est: vere illius carnis sacramentū est. Hec
Ambro. Et huius veritas s̄m sctm̄ Bonauen. ꝑtꝫ ex ℞.

Historia passionis.

Domus scti Marci euā.

F Scd̄o ex Jude obstinatione.

Lotio pedū.

Institutio sacramēti corporis chr̄i.

quia chr̄s dn̄s dixit. Hoc est corpus meū qđ pro vobis
tradet. ergo idē corpus traditū in mortē est ī hoc sacra
mento. Et iterū Joan. vj. Caro mea vere est cibus. ⁊c.
Nec obstat ꝙ non sentit sic. q͛ voluit sic velari accidē=
tibus ꝓpter certas causas. de q̄bus hic ꝑtranseo. Sed
forte adhuc dicas. licet ex dictis clarescat chr̄um hoc
potuisse ⁊ fecisse: vt in carnē suā cōuerterit panē illum
⁊ vinum in sanguinē. Sed quō possum hoc credere. ꝙ
Questio — hanc p̄tātem p̄sbyteris oīibus tunc dederit? Respō=
detur breuiter ꝫm Bonaueñ. ibidē. quia cum chr̄us sic
suo ꝫmone cōfecit: statim discipl'is ait. Hoc facite in me
am cōmemoratōez. Quid est hoc? Facite inq̄t: nisi sicut
ego cōfeci hoc facite. Idem ergo ꝫmo chr̄i qui ver⁹ de⁹
est: potuit ⁊ panē ⁊ vinū mutasse: ⁊ sacerdotibus pote=
statem cōficiendi tradidisse misterialiter. quia ad ꝟba
sacerdotis qñ ꝓfert sup panē vel vinū verba chr̄i mox
deus ip̄e ꝑncipaliter oꝑationē trāsubstantiatiōis facit
Et ꝙ hoc sic intelligi debeat de tradita p̄tāte sacerdo=
tibus cōficiendi corpus chr̄i patꝫ per ap̄lm. j. Cor. xj.
vbi dicit. ꝙ postq̄ chr̄s dixit. Accipite ⁊ mādūcate hoc
est corpus meū: ait. Hoc facite in meā cōmemoratiōnē:
quotiēscūq̄ sumitis. Et cōsequent subdit di. Itaq̄ qui=
cūq̄ manducauerit panē: vel biberit calicē dn̄i indigne
reus erit corpis ⁊ sanguinis chr̄i. Et manifestū est ꝙ lo
quit de pane ⁊ calice sacerdotū chr̄i. quia loquit chr̄ia
nis hoībus diu post tempa chr̄i a sacerdotib⁹ cōmunio
nem accipientibus eucharistie. Hec ꝫm Bonaueñ. vbi
s̄. Post hec chr̄s dn̄s videns Judā intantū obstinatū ꝙ
nec humilitas chr̄i in pedū illius ablutione ⁊ deoscula
tione: nec eius tanti sacramēti ip̄m a malo ꝓposito mol
liret: turbat⁹ est sp̄ū. Et vt dicit Augu. lachrymari cepit
sup Jude pctō ⁊ dānatione preuisa. voluitq̄ ip̄m reuo=
care saltē per ꝟba enodādo maliciā eius: sed non exp̄=
mēdo ꝑsonā. vnde dixit. Ego scio quos elegerim. amo=
do dico ꝑusq̄ fiat: vt cū factū fuerit credatis quia ego
sum. s. vere chr̄s: verus deus ⁊ homo: sciens certitudi=
naliter secreta cordiū et futura a ꝓprio arbitrio homīs
depēdentia: quod est ꝓpriū dei. ⁊ ꝓtestatus est ⁊ dixit.
Amen amen dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet
Ve autē homini illi per quē tradar ego. melius erat il=
li si natus non fuisset. Aspiciebāt ergo ad inuicē: ꝑtime
scētesq̄ fragilitatē suaꝫ: cēperūtq̄ singuli dicere. Nun
quid ego sum dn̄e? Tūc ait Jesus. Qui intingit manū
mecū in catinū ⁊c. Catinū vas est fictile in quo erat suc
cus lactucaꝝ agrestiū ad esum agni paschalis. Judas
quoq̄ ne tacendo redderet se suspectū: ait. Nunq̄d ego
sum rabbi? Ait illi Jesus. Tu dixisti. Et ex his alij non
potuerūt scire: quia oīes edebant duodecim de eodem
catino in medio posito. Et quia hoc chr̄us Jude dixit:
alijs non aduertētibus: sed hoc solius Jude ꝯsciētie si
gnificauit: vt reuocaret pudore. Sed q̄reres. quare
Quare chr̄s noluit Judā manifestare. — noluit chr̄s Judā manifestare? Rñdet ne a Petro dē
tibus laceraret: ⁊ doceret ꝓximoꝝ occulta pctā nō re=
uelare: quia hoc esset ꝯtra charitatē: nisi essent talia cō
tra cōmune bonū. vt dicit Augusti. Petrus ergo innuit
Joāni q̄ recūbebat sup pectus iesu: vt interrogaret q̄s
ille foret. Joānes autē ait iesu. Dn̄e q̄s est q̄ tradet te?
At ille. Cui ītinctū panē porrexero ⁊c. ⁊ hoc dixit sub=
missa voce ne alij audirēt: ⁊ statim porrexit Jude. Joā
nes aūt mox raptus fuit ad visionē secretoꝝ celestiū. ⁊
sic indicare ħ petro nequit. Post buccellā ītrauit satha
nas in Judā. s. ad amplius ip̄m possidendū intantū: vt
q̄escere non posset. Jesus ergo ait ei. Qđ facis fac citi⁹
. i. facturus es citius. Sed hoc alij nō intellexerūt p̄ter
ip̄m met Judā. sed putauerūt ex q̄ ip̄e portabat elemo
synas chr̄o datas: ꝙ dixerit eidē aliq̄ pro festo emere.
Exiuit itaq̄ Judas ad sacerdotes ⁊c. G Tertio
Tertio ex discipuloꝝ ruminatiōe. — q̄q̄ valde grauabat amaritudo chr̄i ex discipuloꝝ dile
ctoꝝ ruminatiōe. Postq̄ ergo exiuit Judas: cepit chr̄s
dn̄s dulcem ꝫmonem facere discipl'is de charitate di.
Mandatū nouū do vobis: vt diligatis inuicem. In hoc
cognoscēt oīes: q͛ mei estis discipuli: si di. ha. Et mul=
ta talia locutus est eis que causa breuitatꝫ omitto. nec
sufficimus oīa eius dicta narrare. Tandē finito ꝫmōe.
vt habet Joā. xvij. Subleuatis oculis in celū orauit.

vt dicit ab aliq̄bus surgeñ. a mensa: ⁊ in medio cenacu
li genibus flexis. ⁊ hoc ad dandū nobis orandi in tribu
latione exēplū. Orauit ḡ p̄mo pro se iminente tribula= — Ořo chr̄i in cenaculo.
tione dicēs. Pat venit. s. passionis hora: clarifica filiū
tuū: vt filius tuus clarificet te. ego te clarificaui super
terrā. s. hoībus: tuā noticiā docēdo. ⁊ tu nunc pater cla
rifica me. s. glīosa resurrectiōe: claritate quā habui pri
usq̄ mūdus fieret. i. fac ꝑticipem claritatis diuine hāc
naturā mortalē quā assumpsi. Scđo orauit pro discipu
lis dicens. Pater manifestaui nomen tuum homibus:
quos dedisti mihi de mūdo. ego pro eis rogo nō ꝓ mū=
do. i. non ꝓ pctōribus mūdane viuētibus: q͛ illi ꝑ obsti
nationē impedimētū ponūt gr̄e mee: sed pro his q̄s de=
disti mihi: q͛ tui sunt. s. per electionē eternaꝫ. Pat scte=
ꝫua eos in noīe tuo. i. in fide noīs tui. cum essem cū eis:
ego ꝫuabā eos: ⁊ nemo ex eis perijt nisi filius ꝑditiōis:
id est Judas q̄ ꝓpter suā maliciā dicit filius ꝑditionis
sicut dicit filius mortis qui facit dignū morte. nūc autē
ad te venio. s. per mortē. nō rogo vt tollas eos de mun
do. q͛ nō expedit fideliū saluti donec fides per eos pu
blicet in mūdo: sed vt ꝫues eos a malo: dando eis con=
stantiā in tribulatōibus. Tertio orauit ꝓ toto fideli po
pulo vt cōsequant gr̄am ⁊ glīam dicēs. Nō ꝓ eis autē
rogo tm̄: sed ⁊ pro eis q̄ credituri sunt per ꝟbū eoꝝ in
me: vt vnū sint. s. vnitate charitatꝫ: ⁊ dilectio qua dilexi
sti me: in ip̄is sit. i. sp̄ūsctūs q̄ est amor p̄ris ⁊ filij. ⁊ ego
in ip̄is. s. ꝑ gr̄aꝫ inhabitañ. sicut ⁊ tu in me: ⁊ ego in te:
⁊ ip̄i in nobis sint. Ly. sicut nō est ibi nota eq̄litatis: sed
cuiusdā imitatiōis ꝑ charitatꝫ vnionē: vt mūd⁹ credat:
q͛ tu me misisti. Pater volo: vt vbi ego sum. s. in beatitu
dine ꝫm aīam: ꝫm quā iam tūc erat btūs. ⁊ illi sint mecū
vt videāt claritatē meā qua dilexisti me ante ꝯstitutio
nem mūdi ⁊c. Finita ořone surrexit ⁊ oīes cū eo: ⁊ ce=
perūt hymnū dicere. Burgenꝫ d't. ꝙ apđ hebreos erat — Hymn⁹ post cenam.
hymnus q̄ vocabat magnū alleluia. Et dicit ꝙ erat p̄s
Laudate pueri dn̄m. cū q̄nq̄ psalmis seq̄ntibus. ⁊ post
comestionē agni paschalis hunc hebrei decātabāt solē
niter. quē ritū ꝫuauit ⁊ chr̄s cū discipl'is. Et hoc hym=
no dicto exierūt in montē oliueti Matt. xxvj. Tunc. s.
in itinere dixit illis iesus. Oēs vos scandalū patiemi=
ni in me in ista nocte. Scp̄tū est em̄ zach. xiij. Percutiā
pastorē. i. chr̄m: ⁊ dispgunt oues. i. discipuli ex timore
fugieñ. Postq̄ aūt resurrexero: p̄cedam vos in galilea
Rñdens aūt Petrus ait illi. Et si oīes scādalizati fue
rint in te: ego nunq̄ scandalizabor. Ait illi Jesus. Amē
dico tibi anteq̄ gallus cantet: ter me negabis. i. trinaꝫ
negationeꝫ inchoabis. Petrus ait. Et si oportuerit me
mori tecū: non te negabo. Chryꝫ. Quid agis o petre ni
mis audax es: nimis ꝯfidis de te ip̄o. videbis vtrū ope
cōpleas quod ꝓmittis. Et sic patꝫ. H

H
Tertius dolor captiuationis.

¶ Tertius dolor chr̄i dicit captiuatiōis. Iste dolor
fuit acerbitate plenus ꝓpter tria p̄cipua.

¶ Primo ꝓpter vehemētē p̄cedentē contristationē.
¶ Scđo ꝓpter sensualitatē trepidantē mortē
¶ Tertio ꝓpter diram ⁊ fortem alligationē.

¶ Primo ꝓpter cōtristationē vehementē. Nam egres
sus Jesus trans torrentem cedron. qđ est nomen Tor=
rentis inter ciuitatē Hierusalē: ⁊ montē oliueti: curren
tis per vallem Josaphat intermediā: vbi erat hortus:
in quē introiuit ip̄e ⁊ discipl'i eius. Sciebat aūt ⁊ iudas
traditor locū: quia frequēter Jesus ꝯue. illuc cū disci=
pulis suis. Erat em̄ in pede montis oliueti in fine ville
que dicebat gethsemani. hortus iste aptus cōtēplatiōi — ꝓpter contristationem.
⁊ cōclusus. ⁊ ideo sciebat aptū illū captiuationi Jesu.
Sed q̄rit. Cur voluit chr̄s nō in ciuitate vel domo:
sed in horto captiuari vt illuc venisset? Respondet ꝫm
Tho. vt sicut Adā in horto paradisi ꝑditionē nr̄am pec
cando inchoauit. sic chr̄s passionē pro nr̄a redēptione:
non nisi in horto per captiuationē inchoaret. ingressus
ergo hortū iesus dixit discipl'is suis. Sedete hic donec
vadā illuc ⁊ orem. Et ex eis assumpto Petro ⁊ duobus
filijs zebedei. i. Joāne ⁊ Jacobo per aliq̄đ spaciū illos
statuit: ⁊ cepit pauere ⁊ tedere ⁊ mestus esse. ⁊ ait illis
Tristis est aīa mea vsq̄ ad mortē. hoc dixit quia tristis
erat intensiue ⁊ extensiue vsq̄ ad mortē. Intensiue. q͛

tantū intensa erat tristicia : quantū poterat esse in eo q̄
sciebat se certitudiualiter moriturū acerba morte. Ex=
tensiue. quia durauit vsq3 ad horā mortis. Hec ꝑm Ly.
Cōtemplemur ergo quō dn̄s mūdi illis discipulis nūc
supra vnū:nūc supra aliū dexterā forte extendeñ. anxi
atur:suspirat:⁊ dicit. Heu charissimi discipli mei : ecce
Questio.
quāta tristicia cor meum penetrauit vsq3 ad mortē. Hic
q̄stio est inter theol. vtrū in anima chr̄i fuit vere passio
tristicie? Et videt̄ ꝙ non. quia scribit̄ Prouer. xij. Non
cōtristabit iustū quicq̄d ei acciderit. Rn̄det̄ ꝑm Bona.
⁊ Rich. in. iij. dist. xv. ꝙ absq3 dubio in aīa chr̄i fuit pas=
sio tristicie. vt textus euāgelicus cōfirmat. Nā ꝑm ph̄m
ij. rheto. hoies decapitādi vel occidendi : q̄uis antea
multū timeāt. tamē cū iam decapitant̄ videntes sibi ne
cessitatē mortis īminere nō timent: sed multū tristant̄.
⁊ ideo chr̄i sensualitas ex quo mortē recusabat natura
liter:cū apph̄endit ipam ꝓxime venturā infallibiliter
causata fuit in eius appetitu passio maxīe tristicie. alit̄
tamē fuit in ipo tristicia q̄3 in nobis. q2 in nobis est fre=
quēter turbatiua cōtra ⁊ ꝑter imperiū rōnis:qđ est vi=
tupabile. vt argutū est supra per Prouerb. xij. In chr̄o
ꝟo non fuit nisi ꝑm imperiū rōnis. nec turbans nec per
uertens rōnez:nec de necessitate: sed pro pctīs nr̄is vo
luntarie assumpta. acerbissim⁹ tamē fuit:in eo dolor tri
sticie pro pctīs nr̄is pre om̄ibus alijs mesticijs hoim q̄=
rumcūq3. vt alio ꝑmone dicet̄. O q̄ bone Jesu tibi grāꝝ
actio. Augu. Heu mi dn̄e Jesu videbas oculis diuine
maiestatis milites armari : ⁊ ad te capiendū arma pa=
rari:videbas oīa acerbissima que debebas pati. meri=
to ergo tristis est anīa tua. ¶ Secūdo q̄q3 acerbissi
¶ Propt̄ sensu alitatꝫ trepi dationē.
mus fuit iste dolor chr̄i ꝓpter sensualitatis trepidatio=
nem. Nam tūc chr̄s dn̄s adeo trepidauit:ꝙ. s. sanguinē
sudaret. Ait em̄ tribus illis discipłis. Sustinete hic et
vigilate mecū:⁊ auulsus ab eis quantū est iactus lapi=
dis:positis genibus orauit ꝓcidens in faciē dicēs. Pat̄
mi si possibile est:trāseat a me calix iste. Verūtamē non
mea volūtas. s. sensualitatis : sed tua fiat. Et venit ad
discipłos. s. tres:⁊ inuenit illos dormiētes : ⁊ dicit Pe=
tro sic. Non potuisti vna hora vigilare mecu3. q. d. non
ostēdis tantū feruorez facto:quantū ꝟbo ꝓmittebas. s.
mori mecū. Vigilate ⁊ orate vt non intretis in tentatio=
nem. Iterū scđo abijt ⁊ orauit eundez ꝑmonē. Leo pa=
pa in ꝑmo. de passiōe dñ. Hec orōnis vox om̄es fideles
instruxit:oēs cōfessores accendit: om̄es martyres coro
nauit. Nam quis mūdi odia ⁊ turbines: ⁊ quis ꝑsecuto
rum posset supare terrores nisi chr̄s in oībus et ꝓ om̄i=
bus diceret patri. Fiat volūtas tua. Discant ergo hāc
vocem oēs ecclīe filij. vt cū aduersitas violent̄ incūbit
supato tremore formidis accipiāt tolerantiā passionis
Hec ille. Iteꝝ scđo venit iesus ⁊ inuenit discipłos dor
mientes. Sed cur sic orōnem fecit : nisi vt nos doceret
orare īminente tentatione humilr̄ ꝓcideñ. frequēter et
deuote. Tertio ergo abijt ⁊ orauit ꝓlixius:⁊ factus est
sudor eius sicut gutte sanguis decurrētꝫ in terrā. Que
ritur. Unde talis sudor sanguis in chr̄o ꝓuenit? Rn̄de
tur ꝑm Ly. ꝙ hoc factū est ex vehemēti anxietate sen=
sualitatꝫ q̄ ꝑmittebat̄ agere et pati in chr̄o qđ erat sibi
ꝓpriū. Et h̄ dr̄ ꝙ fact⁹ fuit tūc chr̄s in agonia. Lu. xxij.
Agonia
Agonia aūt ꝑm Catholicō ab ago agꝫ dr̄. hic agon ago
nis. i. certamē vel pugna. q2 tunc chr̄us cōstitut⁹ fuit in
fortissimo agone quo reluctabat̄ sensualitas mortē hor
Un̄ sudor san guis in chr̄o ꝓuenit.
rendo:⁊ rō ipam acceptādo. Ex q̄ fiebat vt nō solū hu=
mores exirēt per sudorē : sed cū hoc aliq̄d de sanguine
sudorē tingente. Voluit etiā hoc chr̄s pro mysterio: vt
sanguis pro sudore exiret supnaturalit̄ ꝑm aliq̄s: q̄tin⁹
sic sanguinē fundere pro nobis incipet :⁊ abstergeret il
lam maledictionē hois qua deus dixit. Gen̄. iij. In su=
dore vultus tui vescerꝫ pane tuo. Nc. s. hoc fieret ad et
nam dānationē. Itē voluit vt doceret fortit̄ orare. Tūc
ergo appuit Jesu angelus de celo ꝯfortans eū. s. visio
ne corpali. sicut solet miles cōfortare regem in bello di
cens. O domie Jesu cur sic times:cōstans esto. quia su
perare ⁊ morte tua mortē vincere venisti:quod a te ex=
pectant electi tui oēs ⁊ angeli. Adoratoq3 ipo Jesu vt
deo:angelus disparuit. Redijt aūt Jesus ad discipłos
⁊ inuenit dormientes:⁊ redarguit vt prius. Tandē cō=
patiens eis ꝓpter tentationē īminentē:ait. Dormite iā
⁊ requiescite:sc3 parum qđ poteritis. ⁊ dimisit eos q̄e=
scere. Ipe quoq3 ꝑm Hilariū deposuit se sup nudaz hu
mum:⁊ lapidē capiti supposuit : sed anxietas ipm dor=
mire non ꝑmisit. O anīa chr̄iana vbi es:q̄d agis: vides
ne dominū iesum pro te orantē:sanguīe sudantē : anxie
agonizantē ⁊ patientē? Noli ergo dormire in pctīs:sed
collige guttas sanguīs illius in corde ⁊ cōpatere. ¶
¶ Tertio ꝓpt̄ diram alliga tionem.
Tertio ꝓpter diram alligationē grauat̄ dictus dolor
chr̄i. Nam interea Judas cū accepisset cohortē. s. a pre
side:⁊ pontificibus ⁊ phariseis ministros:venit illuc cū
laternis. i. lampadibus ⁊ facibus (hoc ꝓpter tenebrosi
tatem noctis) ⁊ armis:vt null⁹ resistere posset. dedit q3
eis signū dicēs. Quē osculatus fuero:ipe est tenete eū
⁊ ducite caute. Hoc ꝓpter similitudinē in facie Jacobi
minoris ad chr̄m:ne loco chr̄i ipm capent. Tunc Jesus
sciens om̄ia ꝓmptus ad patiendū:ait discipulis. Suffi
cit. s. quātū dormiuistꝫ. Ecce appropinq̄t hora ⁊ fili⁹ ho=
minis tradet̄ in man⁹ pctōꝝ. Processitq3 cum discipulis
obuiā eis. Et Judas salutauit eū di. Aue rabbi. Et ait
iesus. Amice ad q̄d venisti? q. d. Si vis penitet̄ : adhuc
prat⁹ sum te in amiciciā recipe. Et osculatus est eum:⁊
ait. Juda osculo tradis filiū homīs. Quod cū vidisset
turba:cepit appropinq̄re q̄bus obuiauit Jesus dicens
Quem q̄ritis? Illi dixerūt. Jesu3 nazarenū. Dicit eis
iesus. Ego sum. Ad quod mox abierūt retrorsu3 ⁊ ceci
derūt in terrā. Dicit Hiero. ꝙ territi sūt fulgore faciei
eius ⁊ oculoꝝ:qui vt chr̄s volebat aliq̄bus delectabil̄:
alijs terribilis videbat̄. Unde ondit per hoc ꝟtutē sue
deitatis:⁊ ꝙ volūtarie se subderet passioni. nam expe=
ctauit vt surgerēt. Et iteꝝ ait illis. Quē q̄ritis? Rn̄de
runt. Jesum nazarenū. Dicit eis. Dixi vobis. q2 ego sū.
si ergo me q̄ritis sinite hos abire. q. d. sic do vobis pote
statem me capiēdi:vt tamē meis discipłis nō faciatꝫ ali
Gladi⁹ petri
quid mali. Simon aūt Petrus habēs gladium: exemit
eum. ꝑm Theophi. istu3 gladiū seu cultrū habuerat in
cena pro vsu agni. Et q2 chr̄s tunc dixerat. Nunc q̄ non
hab3 gladiū:vendat tunicā suā ⁊ emat gladiū. Et disci
pulis dicētibus. Dn̄e ecce duo gladij hic:rn̄derat. Suf
ficit. Petrus putans chr̄m loq̄ de gladio materiali :ar=
mauit se illo : cū tamē chr̄s loquebat̄ de spūali gladio.
Certū est em̄ ꝙ contra cohortē non suffecissent pro de=
fensione chr̄i duo gladij:sed ꝑcauit illo dicto chr̄us du=
plicem ptātem in ecclīa. s. spūalem:qua vtit̄ ꝯtra rebel
les per p̄latos ecclīe. et tpalē qua vtit̄ cōtra infideles
per impatores ⁊ reges. vt pt3. xxiij. q. viij. c. j. Ait itaq3
Petrus. Dn̄e si ꝑcutimus in gladio. Rn̄dit iesus. Sini
te vsq3 huc. i. ꝑmittite eos implere ꝓpositū. Sed Petr⁹
nec expectās respōsum:mox ꝑcussit seruū pontificis no
mie Malchū:⁊ amputauit auriculā eius dexterā. Ait
ergo iesus Petro. Cōuerte gladiū tuū in vaginā. Ois
em̄ q̄ accipit gladiū. s. ꝓpria auc̄te ad vindicta3:gladio
pibit. An putas:q2 non possum rogare p̄rem: ⁊ exhibe=
bit mihi plusq̄3. xij. legiones angeloꝝ? quō ergo imple
bunt̄ scp̄ture? Et cū tetigisset auriculā ei⁹ : sanauit eū.
Ecce mira chr̄i pietas sanañ. inimicū. O chr̄iane nō te
deat te longiorē passionis historiam hodie audire pro
chr̄o : q̄ sanauit hodie auriculā pctōris. In illa hora di
xit Jesus turbis. Tanq̄3 ad latronē existis cū gladijs
⁊ fustibus cōprehēdere me : q̄tidie apud vos erā in tē=
plo docens ⁊ nō me tenuistis: sed hec est hora vestra et
potestas tenebraꝝ. s. vobis cōcessa vt me capiatis. Di=
cit̄ aūt in reuelatione btē Margarethe ordinis tertij.
ꝙ mox tunc q̄dam cambucā in eū iaciens fortiter ꝑcus=
sit in pectore. Et exclamauerūt. Cape cape ipm. Tunc
cōprehēderūt iesum ⁊ ligauerunt fortissime: man⁹ post
tergū verteñ. ⁊ collo funes imponeñ. O flebile specta=
culū. o dolēdū ⁊ amaꝝ factū videre illos in chr̄m irruē
tes tanq̄3 lupos in agnū. Pie em̄ possum⁹ ꝯtēplari quō
alij chr̄m dn̄m ꝑ capillos rapiūt ⁊ violēter in terrā de=
ijciūt. alij funibus duris ligant. alij pugnis. alij pomis
ensiū cedunt. alij fustib⁹ ꝑcutiunt. alij barbam euellūt.
O anima fidelis cur nō plorare debeas ⁊ dicere. O ie=
su salus anime mee deus meus:ꝓpter me peccatricem

ligatus es ⁊ dire vinctus ⁊c. Tunc discipuli omnes reli cto eo fugerūt. Qui vt pie putamus fugiētes cum eiu latu ⁊ suspirijs dicebant. O clemētissime. o dulcissime magister noster: heu nos miseri quid faciem⁹: te super omnia nobis gratiosissimū amittentes relinqmus pro te omnia possessa vt seqremur te: ⁊ ecce nunc sepamur a te Sed tu anima chr̄iana sequere iam chr̄m meditatione

L ¶ Quartus dolor christi dicit̄ L (passionis. alapizationis. s. apud Annam. ⁊ iste dolor grauis fuit. Primo qdem ꝓpter diram tractionē. Nam sicut agnus innocens vinctus trahebat̄ ad victimā quibusdā impel lentibus: quibusdā attrahentibus ꝑcipitanter ⁊ accla mantibus. O seductor veni ad ꝑncipes. Adolescēs aūt qdam sequebat̄ cum amictus syndone: ⁊ tenuerūt eum At ille relicta syndone nudus profugit. Quis fuit iste? Alij putant fuisse Joānem euangelistā. Sed rōnabili⁹ ſm Franci. may. videt̄ fuisse Jacobus frater dn̄i qui li neis vestibus vtebat̄. Sequebat̄ ⁊ Petrus a longe: vt videret finem. Et cum puenisset ad torrentē cedron. di cit Frāci. ꝙ adeo violēter chr̄s fuit impulsus ꝙ de pō ticulo in aquā lutosā ꝫ caderet facieten⁹: ⁊ sup lapides duros in aqua existeñ. allisus ore ⁊ naso cruētatus fuit ⁊ aqua in os subintrauit. vt tunc impleret̄ illud ps̄. De torrente in via bibet: ꝓpterea exaltabit caput erigeñ. indeqꝫ madefactū extraheñ. ⁊ frigesceñ. et per terrā. s. petrosam iuxta viam illam duceñ. sacri pedes eius san guine fluente cruētati fuerūt. Et sic duxerūt eū ad An nam primū. s. ꝓpter illius reuerentiā cū esset socer Cai phe. senior quoqꝫ: ⁊ ante domū illius ꝑteribant tunc in transitu. Secūdo tunc grauis fuit dolor chr̄i ꝓper ꝑ cussionem. Nam Annas cepit eum interrogare de disci pulis et de doctria eius. Interim Joānes quia notus erat pōtifici: introiuit in atriū. Petrus aūt stabat foris. Dixitqꝫ Joānes ancille ostiarie: ⁊ introduxit petrū. Et ſm Ly. causa huius noticie Joānes fuit. quia cū esset piscator cū patre pluries a patre missus pisces porta bat ad domū pōtificis. Cuꝫ ergo pōtifex interrogasset iesum de doctrina ⁊ de disciplis respondit Jesus. Ego palā locutus sum mūdo: ⁊ in occulto locutus sum nihil: qd me interrogas? interroga eos qui me audierūt: isti sciunt qd dixerim ego. Tunc vnus ministroꝝ dedit ala pam iesu dicens. Sic respondes pontifici? Et pie cre do ꝙ hec alapa fuit grauissima ⁊ tante lesionis: vt san guis de naso chr̄i ebulliret: qm̄ manibus ferreis chiro thecis onustis fuit illata: cui⁹ vestigia apparere pote rant in facie chr̄i. O beata ꝟgo maria nūqd libent̄ pro filio suscepisses hanc alapā ꝟgineis genis? credo vtiqꝫ ꝙ sic. Chr̄s aūt patiētissime r̄ndit dicēs. Si male locu tus suꝫ: testimoniū ꝑhibe de malo. sin aūt bene: cur me cedis? Hic deuoti pie tradunt: ꝙ Joannes videns ibi chr̄m sic alapizatū pro chr̄o sic passo: attonitus mox cu currit ad hospitiū ꝟginis marie. Et ꝓcidēs corā ea nō poterat loqui pre fletu ⁊ singultu. Beata aūt ꝟgo ama rissime flens di. O charissime discipule Joānes dic mi hi noua de filio meo: vbi misisti magistrū tuū? Tandē vt potuit resumpto spū ait. O dn̄a mea durus sum tibi nūcius. nam filius tuus captus est: ⁊ vidi eum ligari: ꝑ cuti: ⁊ tractari: ac alapas cedi tam dire: vt vix in eo re manserit halitus. Que vt hec audiuit pre dolore ceci dit in terrā dicēs. Heu me m̄rem amarissimā: nā gladi us doloris cor meū penetrauit. Cunqꝫ aliquantulū ve lut semimortua iacuisset in terra: tandē resumpto spiri tu ait. Surgā ⁊ circuibo ciuitatē: q̄ram quē diligit ani ma mea. Cui cōpatientes sancte mulieres aiunt. Dn̄a ibimus ⁊ nos tecū. Tūc ꝑ plateas ⁊ vicos flentes ibāt ꝟsus domū Anne: ⁊ Joānes ꝑcedens ibat cuꝫ eis. Hic aliqua apocripha narrant̄ quō viderūt carpētariū cru ces parantē. Sed hec omitto. Interea Petro ancilla ostiaria dixit. Nunqd et tu es ex discipl'is hoīs istius? Dixit ille. Non sum. Quo ptꝫ fragilitas Petri. Ter tio quoqꝫ tunc grauis fuit dolor christi ꝓpter iniquā cō demnationē. quia Annas misit eum ligatum quasi mor te dignum: ⁊ iam coram eo cōdemnatū ad Caiphā pon tificem ſm Lyram. Tum quia ad ipm̄ ꝑtinebat ꝑncipa lius chr̄i examinatio. Tum vt videret̄ christus magis morte dignus q̄ fuisset corā plibus iudicib⁹ cōdēnatus.

M ¶ Quint⁹ dolor chr̄i dr̄ delusiōis. s. in domo Cai phe: vbi christi dolor grauabat̄ ex tribus. Primo ex falsa testificatione. Nam ꝑnceps sacerdotū: id est Cai phas ⁊ omne consiliū querebāt falsuꝫ testimoniū aduer sus iesum vt eum morti traderent: scꝫ per Pilatū ⁊ non inuenerūt: scꝫ vnde eum morte dignum possent accusa re: cuꝫ multi falsi testes accessissent. Refert eñi Nico demus in suo euangelio: ꝙ aliquis eoꝝ dixit. Ego vidi ipm̄ miracula facientē. Alter dixit. Ego audiui eū pre dicantē verba veritatis. Pleriqꝫ locuti sunt spiritu scō mouente linguā eorū contra voluntatē suam. Nouissi me autem venerunt duo falsi testes: dicētes. Hic dixit Possum destruere templū hoc: ⁊ post triduum reedifi care illud. Hic querit̄. Quomodo isti dicunt̄ falsi te stes: cum christus dixerit Joan. ij. Soluite templū hoc ⁊ in tribus diebus excitabo illud. quod videt̄ ideꝫ esse cum hoc quod hic dicit̄? Respondet̄ ꝙ vt Hieroñ. sup Matth. dicit. Falsus testis est qui non eodem sensu di cta accipit quo dicunt̄: sed peruertit ad aliū intellectū sic fecerunt isti. vt ptꝫ per Lyram. Tum quia chr̄s il la verba dixit de tēplo corꝑis sui. Soluite inquit tem plum hoc: non precipiendo: sed ꝑdicendo. quasi dixerit Soluetis corpus meū: in quo vt in templo habitat de us. sequit̄. ⁊ in tribus diebus excitabo illud. non dixit. reedificabo illud. vt isti testabant̄. Nam aliud est exci tare: aliud reedificare. quia excitare est a somno mor tis reuocare. quod non competit templo materiali: sed spirituali: scꝫ corpi suo. Reedificare autē ꝓprie respi cit templū materiale. Item quia non dixit destruā. nec dixit possum destruere: q̄uis potuerit: sed dixit. Solui te: idest vos soluetis mortem inferendo. Et sic falsi te stes sunt qui mutauerūt verba et sententiā eius. Dato etiam ꝙ bene verba illa repetissent ⁊ sententiā: tamen possunt dici falsi testes alia rōne: scꝫ ex falsa intentione quia intendebāt mortem innocentis. Secūdo ex pu blica criminatione. quia cum ad hec testimonia christ⁹ taceret: princeps sacerdotū ex furore de tribunali sur rexit: ⁊ ait. Adiuro te per deum viuū: vt dicas nobis si tu es christus filius dei viui. Respondit Jesus. Tu di xisti. Uerūtamen dico vobis. amodo videbitis filiū ho minis sedētem a dextris virtutis dei: ⁊ venientē in nu bibus celi: scꝫ ad iudiciū. Dicit amodo. quia a tempore passionis eum non viderūt: sed in iudicio videbit̄. Tūc princeps sacerdotū scidit vestimenta sua dicens. Blas phemauit: quid adhuc egemus testibus? At illi respō dentes dixerunt: Reus est mortis. Et sic eum pro veri tate iudicarunt dignū morte. Tertio ex varia delu sione ⁊ vitupatione. Nam tunc expuerūt in facieꝫ eius ⁊ colaphis eum ceciderūt: ⁊ velauerunt faciem eius. s. ne ex eius facie gratiosa vincerent̄ pietate: et palmas in manus eius dabant dicentes vitupando. Propheti za nobis christe quis est qui te percussit. quasi d. tu es falsus christ⁹ ⁊ falsus propheta. Et alia multa blasphe mantes dicebant in eum. vt habet̄ Luce. xxij. Ex quo patet. ꝙ non sunt ab euangelistis omnia scripta. Dicitur enim in reuelationibus beate Birgitte. ꝙ dominū Je sum in via ad Caipham conspuerūt triginta vicibus: ⁊ alapis ceciderunt quadraginta vicibus. ⁊ apud domū Caiphe quadraginta tribus vicibus percusserūt in fa ciem: ⁊ totiens conspuerūt. Miserunt quoqꝫ ipm̄ in ma nibus malignoꝝ apparitoꝝ ⁊ grationū in domo squali da. vt dicit̄ a plerisqꝫ per totam noctem residuaꝫ vario modo affligentes: depilantes barbam: per capillos ab angelo domus in alium angulum trahentes vinctuꝫ si ne omi mīsicordia tractañ. derideñ. vituperañ. oppro brijs saturañ. ⁊ cōculcañ. iuxta illud ps̄. Cōculcauerūt me inimici mei tota die. i. frequēter ⁊ ꝯtinue. Et iterū. Et fui flagel. to. die: ⁊ castiga. me. in matutinis. Nec du biū ꝙ fecerūt in eū qcqd afflictiōis potuerūt: ne. s. mul tum supuiueret: etiam si a Pilato dimitteret̄. O Jesu benedicte q̄ꝫ dura nox hec tibi fuit. O amorose de⁹ no ster quantū nos pctōres dilexisti quos tot cruciatibus

Marginal notes:
Quart⁹ dolor alapizationis
Scd̄o ꝓpter ꝑcussionem.
Tertio ꝓpt̄ iniquā anne cōdēnationē
Quintus dolor delusiōis
Scd̄o publica criminatōe
Tertio ex varia delusione.
Birgitta.

redimere voluisti. Interim Petrus stabat ad ignem in atrio: et accessit ad eũ ancilla di. Et tu cum iesu galileo eras. At ille negauit coram oĩbus di. Nescio qd dicis: et iurauit q̄ non noui hoĩem. Post pusillũ d̄t ei vnus ex seruis cognatus eius cuius abscidit auriculã. Nõne te vidi in horto cũ illo? Et circunstantes dixerunt. Vere ex illis es: nam et galileus es. Tunc cepit anathematizare et iurare quia non noui hoĩem: et continuo gallus cãtauit. Tũc recordatus est p̄bi iesu: et egressus foras fleuit amare. Dicũt qdam q̄ Petr⁹ tũc desperat⁹ cepit ire et obuiauit gloriose v̄gini Marie venienti cũ Joanne et sctis mulieribus ad domũ Caiphe vbi erat iã christus: et dixit Petro. O charissimi filii mei discipule Petre vbi misisti filiũ. At ille flens amare ait. O dña pdidi meip̄m: q̄ negaui tuũ filiũ chr̄m vt predixerat mihi: qd mihi sup est viuere: vadã potius occidere me. Tũc beata virgo. Noli Petre noli sic desperare: misericors est eñ filius meus. Et sic ɔfortatus de spe venie: penitentiam egit in quadam spelunca vsq̄ ad resurrectiõis diem manens et plorans: que d̄r gallicãtus. Beata aũt virgo venieñ. ad domũ Caiphe non est pmissa intrare: sed stetit foris plorans et cũ singultib⁹ eiulãs. Fili mi iesu Jesu fili mi. Audiebat forte tũc fili⁹ matrẽ lamentãtem et augebat angustia ei⁹ p̄ ɔpassione ex amore. N

¶ Sext⁹ dolor chr̄i d̄r falsse accusatiõis. Mane eñ facto consiliũ inierunt p̄ncipes sacerdotũ et seniores populi aduersus iesum vt eũ morti traderent: et duxerunt eum ad Pilatũ in pretoriũ. Loc⁹ eñ vbi examinabant et iudicabant rei vocabat pretorium. Et ipsi nõ introierunt in pretoriũ vt nõ ɔtaminarent ex ingressu domus hoĩs gentilis: sed mandu. pascha. i. azymos panes qui a iudeis p̄ dies septem comedebat in pascha a mũdis personis. O impia cecitas: alienigene pretorio inq̄nari timebant: et fratris innocentis sanguinẽ fundere nõ extimescebãt. Exiuit g̃ Pilat⁹ ad eos foras et di. Quã accusationẽ affertis aduersus hoĩem istũ? Rñderũt. Si non esset hic malefactor: nõ tibi tradidissem⁹ eũ. Et vt dicit Lu. xxiij. ceperũt accusare eũ de tribus. Primo de auersione pp̄li a lege Moysi. Scd̄o de impeditiõe tributi reddendi cesari. Tertio de vsurpatione regni. Unde dixerũt. Hũc inuenim⁹ subuertentẽ gentẽ nr̄am: quo ad primũ: et p̄hibentẽ dari tributa cesari: q̄ ad secũdum: et dicentẽ se chr̄m regẽ esse: q̄ ad tertiũ. Dicit Pilatus. Accipite eũ vos et ẽm legẽ v̄ram iu. eũ. s. ẽm vestram ptãtem qua p̄missum fuerat iudeis iudicare aliqua minora: in certis maioribus causis mortis retenta snia iudici romano. Et ideo illi intẽdentes chr̄m cruci adiudicari: rñderunt. Nobis nõ licet interficere quẽq̄ scʒ tali pena mortis. Introiuit g̃ Pilat⁹ in p̄toriũ: et interrogauit Jesum de tertio articl̄o accusatiõis di. Tu es rex iudeorum? De p̄mo eñ nõ curauit q̄ gẽtilis fuit. De scd̄o etiã: q̄ falsum esse sciuit: eo q̄ dixerat Jesus: Reddite q̄ sunt cesaris cesari et c̄. Sed de tertio. s. q̄ regẽ se dixerat q̄d romani p̄hibuerãt sine eorum autoritate. s. regẽ nullũ vocari. Rñdit iesus: a temeipso h̄ dicis an alii dixerũt de me? Rñdit Pilatus. Nunqd ego iude⁹ sum gens tua et pontifices tui tradiderũt te mihi. Quid fecisti? Rñdit iesus. Regnũ meũ nõ est de hoc mũdo et c̄. Dicit Pilatus. Ergo rex es tu. s. in aliq̄ regno: si nõ in h̄ mũdo. Rñdit Jesus. Tu dicis quia rex sum ego. Ego in h̄ natus sum et ad h̄ veni in mundũ vt testimoniũ phibeã v̄itati: oĩs q̄ est ex v̄itate audit vocẽ meã. Dicit Pilatus qd est veritas? Et cũ h̄ dixisset iterũ exiuit ad iudeos non expectato responso. Sed cur h̄. Lyra dat duplicẽ rõnem. Una: q̄ de regno sp̄uali fuit q̄stio hec: ipe aũt non curãs de tp̄alibus: dimisit q̄stionis p̄secutionẽ sicut heu et nũc multi pp̄ter tp̄alia nõ expectant vsq̄ finem p̄dicationẽ sanctã. Alia causa: q̄ p̄ceperat iã chr̄i innocentiã et iudeorum maliciã. Et vt aliqui addũt audiebat clamorẽ seditiosum iudeorum ab extra p̄ eo q̄ moras innecteret ne caperet verborum chr̄i dulcedine: ideo festinauit egredi ad eos. Et quia cũ h̄ occurrerat iã memorie eius modus ɔueniens liberãdi chr̄m de ɔsuetudine iudeorum. Unde dixit eis. Ego nullã in eo inuenio causam. Est aũt consuetudo vobis vt vnũ dimittam in pascha. Vultis g̃ dimittã vobis regẽ iudeorum: an barrabam. Erat aũt barrabas latro qui p̄pter se. fu. m. in carcerẽ. Credebat nẽpe Pilatus q̄ nullo mõ vellẽt dimitti barrabã q̄ erat homo pessimus et odiosus pp̄lo. Sed sacerdotes induxerunt pp̄lm et clamauerũt di. Nõ hũc sed barrabã. Ait eis Pilatus qd g̃ faciã de iesu? At illi cla. di. Crucifige crucifige eum. Ille aũt dixit. Quid eñ mali fecit? Tũc illi dixerũt. Cõmouit pp̄lm docẽs per vniuer. iu. incipiens a galilea vsq̄ huc. Ad hec Pilatus audiens galileã vt cognouit q̄ de Herodis potestate esset: ipe eñ erat tetrarcha galilee: remisit eũ ad Herodẽ iudicandũ tũc hierosolymis existentẽ. O

¶ Septimus dolor despectionis. Teste eñ euan. Herodes viso iesu gauisus est valde: eo q̄ multo tp̄e cupiebat videre eum ex quo multa audierat de eo: et sperabat signum aliq̄d videre ab eo. Interrogabat aũt eum multis sermonibus. Sed dñs Jesus nil illi rñdit: nec signum aliquod coram eo fecit. Tum quia Herodes ad hec indignus fuit cum hec cupiebat non ex deuotione: sed ex curiositate: quo docuit q̄ predicatores suã ostentationem non querant. Tum quia noluit vt redemptio humani generis impediret: sed mori voluit. Spreuit g̃ illum Herodes cũ suo exercitu reputañ. fatuũ et idiotã et illusit indutum veste alba: et remisit ad Pilatũ. Et facti sunt amici Herodes et Pilatus. s. p̄pter mutuã reuerentiam factã. Nam antea erant inimici ẽm Lyr. p̄pterea: quia Pilatus occiderat multos galileos q̄ sequebantur quendam iudã galileũ magũ dicentem non debere dari ab eis tributa cesari: vt Lu. xiij. Sed querit. Utrum si chr̄s occidi ab aliquo noluisset: ipe longiori vita senio defecisset et mori naturaliter debuisset? Rñdetur ẽm Rich. super. iij. di. xvj. q̄ in chr̄o quantũ ad naturam humanam fuit moriendi necessitas non contracta: nec propter pctm̃ debita: sed voluntarie assumpta. Voluntarie eñ dei filius talem naturam assumpsit humanam q̄ nisi eam miraculose conseruaret necessariũ erat q̄ corp⁹ eius resolubile et mortale senio defecisset quamuis valde diu durasset p̄pter nobilissimam complexionem. Et sic patet q̄ de lege nature corpus chr̄i erat resolubile. s. morte et senio defectibile: quia dicit Phs. j. celi. q̄ omnes res generate corrumpuntur et finiuntur. s. de communi lege. Si tamẽ christus deus voluisset: potuisset miraculose se conseruasse a senio et morte. Gratias ergo agam⁹ ei q̄ pro nostra charitate morti se obtulit. P

¶ Octauus dolor dicit flagellationis. Nã cũ Herodes remisisset iesum ad Pilatũ: principibus. s. sacerdotum ɔuocatis. Pilatus volẽs eripere chr̄m dixit. Ego nullam causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis: sed neq̄ Herodes. Nam remisit eum ad nos: et ecce nihil dignum morte actum est ei. At illi clamabant. Nos legem habemus et ẽm legem debet mori. Pilatus dixit. Emendatum illum corripiam et dimittã. Tunc ergo Pilatus tradidit Jesum militib⁹ flagellandum. Et vt doctores dicunt: ligauerunt illi iesum denudatum ad columnam quandam et flagellauerunt vt nõ esset in eo sanitas a planta pedis vsq̄ ad verticem. Et vt dicit Greg. Nazanzenus. Caro sacra chr̄i flagellata post liuores sanguinẽ ex oĩ parte scaturiebat quo etiam terra sub pedibus iesu et columna ipa atq̄ flagella madefiebant. Et vt pie arbitrari possumus cum soluissent eum tam crudeliter flagellatũ: pre dolore et debilitate dominus in terram cecidit facie tenus sanguine suo irrigatam. O benedicta virgo Maria quo dolore tunc cor tuum vulnerabatur. Q

¶ Nonus dolor coronationis spinee et punctionis. Post hec eñ milites duxerunt eum in atriũ pretorii: et plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius et veste purpurea circũdederunt eum: et veniebant ad eum illudeñ. et di. Aue rex iudeorum: et dabant ei alapas et dederunt arundinẽ in manu eius: et cõspuebant in eũ et percutiebant caput eius. Hec et plura talia faciebãt pro cõplacentia iudeorum: et forte pecunia ab eis accepta

N Sext⁹ dolor falsse accusationis

Questio cur pilat⁹ nõ est p̄secut⁹ q̄stionẽ v̄itatis interrogate

O Septim⁹ dolor despectionis

P Octau⁹ dolor flagellationis

Q Non⁹ dolor coronatiõis

De ista coronatiõe Bern. dt. Caput illud angelicis spi
ritibus tremebundũ spinarum densitate pungebatur: ⁊ vsq;
Tertio Tertio vt satisfaceret ꝑ penis sempiternis nr̄is: ſm ꝗdem dei acceptationē in vita pn̄ti quantum requirit̄ ꝑ illis oibus futuris penis: quaꝝ penaꝝ sicut ⁊ culpaꝝ quantitatē solus deus nouit qui ⁊ nil impunitū sua iusticia dimittit: vt ait Ans. li. Cur deus hō. Et Aug. Que mens ↄprehendit chr̄i dolorē nisi diuina. Unde passionis chr̄i dolor vt satisfaceret incōprehensibilis esse iudicat̄: cū cuilibet pctō mortali debeat̄ pena eterna infernalis. Oportebat ꝗ ꝙ chr̄s q̄ ſm deitatem est infinitus tantū doleret patiendo in corꝑe ⁊ in aīa ꝙ penas diuine iusticie correspondētes exolueret ꝓportionabiliter ſm dei acceptationē quantū sufficeret ista pena ꝑ ill' eternis penis: iuxta ꝙ. j. Pet. ij. Qui pctā nr̄a idest penas pctōꝝ: ipe ꝓtulit in corꝑe suo: ꝓpterea licꝫ pena infernalis sit excedens penas huius vite improportionabiliter: tū pena chr̄i quasi illi compatur appropinquasse ꝑ pō. dicētem in ꝑsona chr̄i. Repleta est malis. s. pene anima mea: ⁊ vita mea in inferno appropinquauit. s. ꝓpter similes penas ſm ꝓportionem: tū correspondentē diuine iusticie ⁊ eius acceptationē ꝑ satisfactione.
Quarto Quarto debuit multū dolere chr̄s vt satisfaceret pro mesticia ⁊ dolore exulatus a btitudine eterna quantū recta rōne dolendū debuisset fore ad sufficiendum pro recupatione tam ineffabilis boni. s. btitudinis ⁊ eius eterne duratiōis. Cogita ꝗ homo dolorem chr̄i ⁊ eius acerbitatē. Nec tū cōprehendere pōt hoc creatura: sed soli deo notū est: nos tū totis visceribus grās agamus.

H
Tertia ex modificatione formali H Tertia ratio accipit̄ ex formali modificatione passionis. Si eī̄ modum passionis ↄsideramꝰ fuit dolor acerbissimus. Primo ꝓpter gn̄alitatem: q: in oīibus membris affligebat̄. Scđo ꝓpter ↄtinuitatem quia suspendium eius continuabat̄ ex pondere corꝑis ⁊ claui affligebant in locis neruosis ⁊ maxime sensibilibus. Tertio ꝓpter immunitatē vel sanctitatē: q: nulliꝰ pene causam habebat: cū esset innocentissimus ⁊ patiebatur ꝑ culpa aliena: non ꝑ amicis sed ꝑ inimicis: ⁊ ꝑ his quos videbat ingratos: ⁊ ab his quibus multa beneficia ↄtulit: vicꝫ a iudeis: que oīa multū grauāt chr̄i dolorem. Quarto ꝓpter mortis vtilitatē ⁊ ↄfusibilitatem: quia cū esset hō honorabilissimus in fama ⁊ grā ⁊ sapientia ⁊ natura: cum iniquis latronibus deputatus est: denudatus ⁊ cōsputus multis blasphemiis vituperatus ⁊ morte est turpissima ac maledicta cōdemnatus. Propter hec exclamañ. Bern̄. sup Cañ. dt. O humilē ⁊ sublimem deū: o altissimū ⁊ nouissimū viroꝝ: o opprobriū hoīm: ⁊ glīam angeloꝝ iesum dei filiū. Ipe siq̄dē rex regum ⁊ dn̄s dominantiū fuit vilissimo precio ꝑ nobis venalis expositꝰ: a vilissimis ribaldis vilissima passus: vilissimo loco suspensus: vilissimo supplicio crucis traditus: cū vilissimis latronibus deputatus: vilissimo modo tractatꝰ. Etenī bonus deus tanꝗ̄ malefactor capitur: tanꝗ̄ fatuus dei sapiētia irridet̄: tanꝗ̄ homicida vita hoīm morti damnat̄: tanꝗ̄ latro saluator mūdi crucifigit̄: ⁊ tanꝗ̄ vermis vilis deus sumꝰ abiicit̄: ↄspuit̄ ⁊ conculcat̄. Hec Bern̄. ⁊ sic ptꝫ.

I
Quarto ex actuali pceptiōe oīs lesionis I Quarta ratio accipit̄ ex actuali ꝑceptione oīs lesiōis. Aliter eī̄ sensit chr̄s dolores vulneꝝ ꝗ̄ alii hoīes. Prio q̄dem quia chr̄s oīa sua sensit sigillatim ⁊ vniuersaliter: in nobis aūt non est sic: q: qn̄ vnus nr̄m habet quatuor vulnera vel decem: tunc vulnus in q̄ est maior dolor magis sentitur: ⁊ de eodē plus conqueri: sic ꝙ de aliis quasi nihil curatur. Nam ⁊ acerbus dolor dentium obliuisci facit ⁊ mitigat dolorem paruū in pede: quia attrahit ptē sensitiuā ad se in vehementia doloris. Sed in chr̄o aīa ſm oīes vires vt dt Tho. in. iij. parte efficacissime apprehendit ⁊ limpide oēs causas tristicie: ⁊ distincte nouit oīa lesa membra sua ⁊ ꝓprietates ⁊ dolores eoꝝ: ⁊ ideo in singulis membris habuit dolorem maximū imitigabil'. Cogita ꝗ o hō ꝗt habuit chr̄s vulnera ex flagellatione: cū a planta pedis vsꝗ ad verticē nō esset in eo sanitas. Esa. j. ⁊ ex pūcturis spinaꝝ: nā vt deuoti tenent: ⁊ Ludol. li. de medi. vi. chr̄i dicit reuelatū a deo cuidam ꝙ chr̄s habuit vulnera quinꝗ milia q̄dringēta septuagintaquinꝗ: vñ ꝟsus. Septuagintaquinꝗ quatercent milia quinꝗ. Tot fertur chr̄s ꝑ nobis vulnera passus. Cū ꝗ quodlibet vulnus chr̄o singularē dolorē intulit: passio eius claret fuisse amarissima. Scđo quia chr̄s dn̄s in suis doloribus nullā alleuiationē vl' ↄsolationē habuit: sed passus est imitigabil'. Nā in aliis patientibꝰ mitigat̄ tristicia ⁊ ēt dolor exterior ex ali q̄ ↄsideratione rōnis: sic in sctis mitigat̄ dolor ꝑ ↄtemplationem diuinā: vt in Paulo ⁊ Moyse ⁊ Stephano: vel per amoris feruidi deuotionē vt in Laurentio ⁊ Tiburtio ⁊c̄. vel ꝑ redūdantiā a suꝑioribus viribꝰ ad inferiores aliqua rōne qua suā passionē acceptat vel tolerat leuius. Sed in chr̄o vnicuiꝗ viriū ꝑmissum est agere q̄d sibi est ꝓprium: vt ait Damas. Et vires inferiores plene erant in suis actibꝰ sine redundantia superioꝝ ne gaudium diuine ↄtemplatiōis refundebat̄ in sensum sicut in aliis accidit: ergo ⁊c̄. Et sic soluunt̄ obiectiōes. Secundo

Tertio sensit dolorē mortꝫ subito simul ⁊ vehemēter Tertio q̄ꝗ q: chr̄s dn̄s sensit dolorē mortꝫ subito simul ⁊ vehementer. Nā nos sic mori habemus ꝙ separatur aīa a membris successiue pars post ptem a vigore deficiendo: sic ꝙ ꝑmo moriunt̄ pedes ⁊ manus: deinde alia mēbra. Sed vt dt Tho. iij. pte. q. xlvij. ar. j. Chr̄s naturā corꝑalem in sua fortitudine ↄseruauit vsꝗ ad extremū in suo vigore: ⁊ talit pati voluit vt ondēret ꝙ illata passio eius aīam ꝑ violentiā non eripiebat sed voluntarie animā emittebat: sicut dixerat Joan. x. Nemo a me tollit aīam meam sed ego pono eā a meipo. In cuiꝰ signū in extremis positus voce magna clamando emisit spm̄ quod inter alia miracula mortis cōputatur. Ad q̄d Centurio videns ꝙ sic clamās expirasset credidit di. Uere filius dei erat iste. Sic ꝗ chr̄s qn̄ voluit subito cessit nocumento illato. Et sic repente ac simul vehementer in eo mortua sunt oīa membra: q̄d facit ad summi doloris augmentū in ipo. Exēpli grā: qn̄ ardēs candela paulatim extinguit̄ leuius luci vel ardori cedit. Sed qn̄ subito ardens aque intingit̄ fortē sonū facit ex vehemētia extinctiōis. Sic in ꝓposito. O ꝗ bone iesu q̄d tibi ꝑ tantis doloribus acerbissimis ꝑsoluere valeamꝰ. Reuera si etiā millesies ꝑ te moreremur nō sufficimꝰ tibi dignū retribuere ꝑ tanta charitate ⁊ pro tātis doloribus: sed tue bonitati sit laus ⁊ glīa.

K
De ignominiosa morte christi K ¶ Circa tertiū principale de variis penis chr̄i ⁊ ignominiosa morte vt seriatim cōtemplemur accipiamꝰ pro ↄclone dictū scti Ber. Quotidiana inq̄t lectio chr̄iani debet esse recordatio dn̄ice passiōis: sicut eī̄ chr̄s dn̄s semꝑ in corꝑe suo ⁊ in ꝑpetuū retinet cicatrices ⁊ vulnera passionis: de q̄bus in ꝑpetuū gaudere habebimꝰ in celis: ita semꝑ in corde chr̄iani debent iugi recordatiōe retineri hic in terris: iuxta illud Eccl̄i. xxix. Grām fideiussoris tui ne obli. dedit eī̄ aīam suā ꝑ te. s. liberādo. Sed heu q: ingrati mlt̄i faciūt ↄtrariū: ideo subdit̄ ibidem. Repromissorem fugit pctōr ⁊ immundꝰ q: non sequit̄ chr̄m nec recolit eiꝰ passionē ⁊ mortē q̄ ꝓmissam felicitatē nobis mercatꝰ est: ꝓpt̄ q̄d tales ꝑ pctīs eterna morte sunt digni. Debet ꝗ chr̄ianus affectuose dn̄icam passionē recogitare: quā vt seriatim ⁊ facilius possit ac sedulo recordari ſm septem horas diei dicat deo laudē septies. Ut ꝟbi grā. Cum occurrit aliq̄ hora diei reminiscat̄ in se di. O dn̄e deꝰ: o dilectissime iesu q̄ lla tu ista hora passꝰ es ꝑ me pctōre: tibi grā ⁊ actio ⁊ laus ⁊ te precor ꝑ tuā passionē miserere mei. Scđm ꝗ istas horas ꝑsequeñ. hodie passionē iuxta euāgelia ꝑcipue Joannis q̄d hodie legit̄ ↄtēplemur amaro corde. Primo in sero hesterno quō chr̄s dn̄s egressus trans torrētem Cedron vbi erat hortꝰ ⁊c̄. Et in via ꝑdixit discipulis ꝙ oēs scandalū paterent̄ in illa nocte: ⁊ quō orauit sudauit: ⁊ discipłos vigilare monuit. Et tandē circa matutinalē horā. s. medie noctꝫ est captꝰ: ligatꝰ: tractꝰ: trusus. Anne: Caiphe ꝑsentatus: ⁊ totā noctē in amarissimis doloribus: illusiōibus: ↄspuitionibus: depilatiōibꝰ variisꝗ opprobriis ⁊ vituꝑiis expleuit: de his vide historiā ꝑmo ſmone descptā: ⁊ ꝑseqre breuiꝰ vt libet: questiones insertas ibidē omittēdo cā breuitatꝫ. Si aūt volueris a ꝑncipio historiā illā ꝑsequi: vide ibi vt placet.

Cōmemoratio passionis chr̄i ſm septē horas

Hec de matutinali hora vel nocturno tpe docet Hier. in quadam orōne de passione quā multū ɔmendat contemplari: ⁊ ɔcor. Ludol. de vita chri. Scd̄o hora pma rum. i. mane contēplemur corde ɔpuncto quō vinctus dñs noster in ptoriū ducit: corā Pilato falso accusat: ⁊ inde ad Herodē transmittit ⁊ ibi spernit: alba veste induit ⁊ reducit ad pilatū: flagellat: coronat: alapizat ⁊ sceptro arūdineo illudit ⁊c. vide in historia. Tertio hora tertiaꝝ ɔtemplemur quō crucifige acclamat ⁊ tādem iudicat: ⁊ patibulū baiulandū imponit: cū duobꝰ nequam in montem caluarie educit: vestibus spoliat ⁊ crucifigit. Quarto hora sextaꝝ quō in cruce leuat: ⁊ de eius septem v̄bis que dixit in cruce: ⁊ aliis ɔcurrentibus: ptz ex historia euāgelica. Quinto hora nonaꝝ quomodo spm̄ deo patri cōmēdauit: ⁊ inclinato capite emisit spm̄ ⁊ terra mota est: ⁊ velū tēpli scissum est ⁊c. ⁊ tandē lācea latus aptum. Sexto hora vesperaꝝ quō de cruce deponit ⁊ vngit ac syndone inuoluit. Septimo hora cōpletorii quō sepelit ⁊ lapide obuoluit ⁊ custodia militū adhibet. Et sic ptz. O ḡ charissimi: ecce christus deus obtulit se p nobis: ⁊ nos ḡ ipsi offeramꝰ nosipsos cū amara cōpassione ⁊ v̄a dilectione gratias agendo: ⁊ oremus vt p suā passionē det nobis grām in presenti ⁊ gliam in futuro Amen.

¶ In Parasceue Ser. iij. de passionis christi generalitate ⁊ vulneꝝ multitudine

A Tristis est anima mea vsq ad mortem. Math. xxvj. Verba sunt saluatoris nostri hodie p nobis passi ⁊ in cruce mortui. A Uidemus charissimi q̄ q̄n aliquis dñs vel rex amabilis qui multa bona ⁊ beneficia contulit suis: moritur: omis familia turbat: flet: plorat: ac lugubres vestes induit ⁊ lamētum sumit. Sic ex quo hodie dñs noster iesus rex amabilis ⁊ peroptimus crudelissima morte est interfectus: non imerito oēs per eū redempti ⁊ saluandi lamēta sumimus ɔpatientes: vt ondamus quia sumus vere eius seruuli grati ⁊ vere ipsius membra: ip̄e aūt caput nostrum. Col. j. Dum em̄ caput dolet vel vulnerat: cetera membra cōdolent: vt ait Greg. vi. q. j. Ex merito. Vere ḡ prescindendū iudicat membrū. i. homo si hodie non vult cōpati. s. cū capite chr̄o moriente: ⁊ flere cum flēte in cruce. Vere duꝝ est cor humanum imo plus q̄ adamantinū quod non vult scindi sanguine calido chr̄i hodie fuso: nec emolliri ad lachrymas v̄ginis Marie matris lachrymis quas hodie fudit abundantissime super filio: cū tñ etiā insensibilia elemēta ad cōpatiendū sint mota. Hiero. em̄ sup Mat. dt sic. Ois creatura cōpatitur chr̄o morienti: sol obscurat: terra mouet: petre scindunt: velū tēpli diuidit: sepulchra aperiunt: solus miser homo non cōpatitur p quo chr̄s patit. Hec ille. O ergo charissime anime christiane sanguine iesu chr̄i redempte. O corda humana v̄ram salutē in chr̄i passione attendite ⁊ duriciā deponite. Aduertite q̄ vt Ber. dicit: chr̄s ascēdit in altum crucis vt ab oibus videret: voce magna clamauit vt ab oibus audiret: clamori lachrymas addidit vt homo ei ɔpateretur. Qui ad eius clamorem non compungit grauior est terra: fetidior sepulchris: ⁊ durior petris. Ut ḡ compungamur accedat vnusquisq nr̄m ad virginē matrē di. O gloriosa dña angeloꝝ: regina mundi: mater gratie ⁊ misericordie: recogita q̄ tu hodie plena fuisti amaritudine sup vnici tui passione quem veꝝ deum v̄go ɔcepisti ⁊ virgo peperisti: ⁊ virgineo lacte aluisti: videbas illum hodie ligatū ⁊ soluere non potuisti: videbas vulnere cōcisum ⁊ vulnera ligare nequisti: videbas pia mater sanguie aspersum ⁊ facie cōsputum nec abstergere valuisti: videbas caput inclinatum nec sustentare quiuisti: flentem ⁊ sitio clamantem: nec vnde ipm̄ consolari aut aquā dare posses habuisti. Quantū ḡ doluisti quis excogitare poterit? O ergo pia dña nostra Maria tristē esse aiam meam vsq ad mortem vna tecum super filii tui passione ⁊ morte optarem: tecum flere cuperem: sed duro sum corde: nec quicq̄ ex me valeo. Te ergo per tuū dulcē natum iesum passum deprecor: ⁊ p gladiū doloris qui animam tuam pertrāsiuit obsecro digneris infundere cordi meo dolores compassionis ⁊ lachrymas cōpunctiōis vt ego miser pctōr sentire valeam filii tui dolores: ⁊ v̄e dicere possim tecū. Tristis est anima mea vsq ad mortem sup dulcissimi iesu passione. Sz ad hec respōdere pōt nobis ipa beata virgo Maria: ḃm q̄ Ans. loquit in medit. ⁊ dicere. O deuota anima chr̄iana sanguie filii mei redempta memento quō ego hodie steti sub cruce predilecti filii mei amaritudine plena: facie mestissima oculis irremediabilr̄ lachrymantibꝰ: dei filiū iesū amādo ⁊ ex intimo corde sibi cōpatiendo ⁊ adorando certa fide: perfusum sanguine sacro: pendentem in patibulo: Tu ḡ homo p impetranda grā accede ad sctām christi crucem hanc adora que hodie portauit autorem grē: ⁊ ipsam saluta di. O crux aue spes vnica ⁊c. O piissime iesu fili dei viui benedicti qui pter nimiā charitatē tuam qua nos dilexisti: mortam amarissimā ptulisti in cruce pro nobis: tibi cōpati desideramꝰ: tua vulnera in corde recondere cupimus. Te ḡ quesumus perfunde cor nostrum duꝝ tuo sanguine feruido: quem effudisti p nobis in cruce: vt tuam passionē ɔtemplañ. incalescamus sancto tuo amore ⁊ sentire tuos dolores possimꝰ vera compassione ac plorare ⁊ flere cū tua sctissima matre: vt veraciter dicere possimus vna tecū. Tristis est aīa mea vsq ad mortē. Amen. Pater nr̄. Tristis est aīa ⁊c.

Qui nō ɔpūgit i passiōe christi

¶ Passionem dñi nr̄i iesu chr̄i psequeñ. deuotaq mente ɔtemplañ. accedamus charissimi amaricato corde ⁊ intueamur aīo chr̄m pendentē in cruce ⁊ aspiciamus h̄ grande spectaculū passiōis filii dei ⁊ qualiter sub ipsiꝰ cruce astat piissima mr̄ eiꝰ v̄go maria lachrymis ⁊ meroribus fatigata. Signemus ḡq nos signo sctē crucꝫ ⁊ dicat q̄libet nr̄m p̄missa v̄ba. Tristis est aīa mea vsq ad mortē: sup tua vicꝫ passiōe o iesu bone: ⁊ sup tua cōpassione ⁊ fletibꝰ: o bn̄dicta iesu genitrix v̄go. Quia v̄o si deuote ɔtēplabimur videre possumꝰ chr̄m iesū totū plenū intus. i. in aīa ⁊ extra. i. in corpe mltiplici passione: q̄ pñt reduci pcipue ad. xij. penas q̄s sustinuit chr̄s dñs p nobis gñalr. Idcirco ḃm hec ɔpatiendo chr̄o dicamus pectꝰ tundēdo ad singula passiōis gñā. Tristis est aīa mea o bn̄dicte fili dei iesu ⁊ quidem

Duodecim pene passionis chr̄i pcipue

¶ Primo sup cuncti doloris plenaria passiōe
¶ Scd̄o sup tui cordis amara cōtristatione
¶ Tertio sup tui impia captione ⁊ ligatiōe
¶ Quarto sup tui dira alapizatione
¶ Quinto sup tui nocturna varia afflictione
¶ Sexto sup tui falsa accusatione
¶ Septimo sup tui illusiua despectione
¶ Octauo sup tui multimoda vulneratiōe in flagellatione ⁊ spine coronatione
¶ Nono tristꝫ est aīa mea sup tui iniusta snīatione
¶ Decimo sup tui crudelissima crucifixione
¶ Undecimo sup tua turpissima morte ⁊ occisione
¶ Duodecimo sup tue mr̄is sctissime mestissima desolatione ⁊ dolore B

B Questio

¶ Primo itaq ɔtristari ⁊ flere debet chr̄ianus recogitādo chr̄i iesu plenariā p nobis susceptam oīs doloris humani passionē. Pro quo occurrit questio apud doct. Utrum oīm humanaꝝ passionū dolores plene sustinuerit in se ip̄o p nobis? Ad q̄d r̄ndet ḃm Alex. iij. pte. q. xviij. ⁊ Tho. iij. pte. q. xlvj. ar. v. q̄ quantū ad speciem non oportuit chr̄m pati oēm passionē humanā: imo nec hoc fieri potuit bono mō cū multe species passionū sibi inuicem contrariant: sicut ɔbustio ignis ⁊ submersio in aqua: Quis em̄ hō demeruerit oia hec pati p sua indiuidua particulariter: nō tñ oportuit chr̄m singula hec penalia in specie pati loquendo de passionibus ab extrinseco illatis. Nā passiones ab intrinseco causatas nō decuit chr̄m pati. Sed quantū ad genus chr̄s passus est oēm passionem humanā: q̄ fuit in eo oīs passionis vis ⁊ oīs doloris materia gñalr: Quis nō specialr vel pticulariter ḃm numeꝝ. Et declarat tripliciter

Chr̄s q̄ntū ad genꝰ passus est oēm passionē humanam

¶ Primo p autoritates ɔpheticas
¶ Scd̄o p cōuenientes figuras
¶ Tertio p rōnes inductiuas

¶ Primo p autoritates ɔpheticas: quia ps. lxviij. hoc prenunciauerat ps. in psona chr̄i. Ueni in altitudinem

Primo autoritate

maris. Ly.i.in pfundum psecutionis amare:que noīe aquaꝝ designaṫ:iuxta illud q̄d ibidē premittiṫ.Saluū me fac deus.s.a penis illatꝫ:qm̄ intrauerūt aque.i.psecutiones iudeoꝝ vsqꝫ ad aīam meā.i.vsqꝫ ad sepationē anime a corpe.Tandē subdiṫ.Ueni in altitudinē marꝫ ⁊ tēpestas.i.acerbitas passionis demersit me: qꝛ ex ea obiit in cruce. Itē ps̄.lxxxvij. Sup me confirmat⁹ est furor tuus.i.rigor iusticie tue qua me pati voluisti pro satisfactione pctōꝝ hoīm.Sequiṫ. Et oēs fluctus tuos

Scd̄o figurationis

Glo.d̄t.i.oēs passiones induxisti sup me. Scd̄o p ꝯuenientes figuras.Ex q̄ em̄ p̄mi parentes nostri peccauerunt in oībus sensibus ⁊ demeruerunt oēs passiōes huius miserie:ideo chr̄s p curatiōe nr̄a pfecta debuit generaliter oēs passiōes pati.Peccauerat em̄ hō in visu videns lignū ꝙ esset pulchrū visu ⁊c̄.Gen̄.iij.ideo christus fuit oculis velat⁹ p derisiōe.Lu.xxij. Item peccauerat hō in auditu ꝟba serpentis audiendo: ideo chr̄s audiuit varias ꝯtumelias.Peccauerat hō in odoratu: quia cū poma paradisi essent multū odorifera:credendum est ꝙ fuerūt in illius pomi vetiti odore delectati: sicut em̄ videmus sepe hō plus delectaṫ in odore fructus q̄ꝫ in gustu:⁊ anteq̄ꝫ gustet odorat:ideo chr̄s pass⁹ est in olfactu fetorē sputoꝝ ⁊ cadauerū caluarie.Item in tactu peccauerat hō manū ad predandū pomū vſrapiendū extendendo: ideo chr̄s passus est manū extendendo ⁊ inter latrones p latrocinio Ade.Hiero. Extēsio prime manus ad lignū mortē apprehendit. Extēsio secunde manus vitā que perierat inuenit.Et sicut illa fructū decerpsit: ista fructū vteri ꝟginalis affixit. Itē in gustu homo peccauerat comedeñ. vetitū: ideo chr̄s in gustu passus est fel ⁊ acetū.Deniqꝫ Adā oīa mēbra ⁊ totā naturā morti subiecit ⁊ corrupit: idcirco chr̄s dn̄s in oībus ptibus corpis pati debuit:vñ ⁊ in cruce ait. Consumatum est.q.d. oīe genus penaꝝ in me expletum est:⁊ sic ptꝫ. Tertio declaraṫ per rōnes inductiuas.

Tertio per rōnes inductiuas

Primo quo ad eos hoīes a q̄bus q̄s pati pōt: quia passus est chr̄s a q̄libet gn̄e hoīm: sic̄ fuerat pphatū p ps̄.di.Quare fremuerūt gētes ⁊ p.me.s.inania.Astiterūt reges t.⁊ p̄n.cō.in.v.ad.d.⁊c̄. Aduersus em̄ christum fremuerūt gētes q̄ erāt in hierl̄m ex oīni natione que sub celo est:Act.ij.q̄ moueñ capita d̄i.Uah qui destruis tē.Et milites gentiles chr̄m crucifigeñ. ⁊ flagellañ.⁊c̄.⁊ ppl̄i iudeoꝝ acclamañ.crucifige crucifige eū ⁊ irrideñ.⁊c̄.Adeo aūt ꝙ non deesset etiam sexus femineus:sicut ptꝫ de ancillis ostiariis q̄ ⁊si non potuerunt chr̄m adire ppter mltitudinē alioꝝ irridentiū:adierūt tñ discipulū eius Petrū vt capetur:⁊ adeo vt de omni parte mundi.s. Asia: Africa: Europa nō deessent quin tunc ad diem festum cōuenerant ex dispersiōe iudeoꝝ per orbē. Itē cōtra chr̄m astiterūt reges terre vt Herodes ⁊ Pilatus: ⁊ p̄ncipes sacerdotū conuenerunt in vnum.Uñ ptꝫ ꝙ chr̄s ē passus ab oīni gn̄e hoīm.s.regū:principū: militū: populariū: mulierūqꝫ: imo ēt familiarium discipuloꝝ:vt a Juda ⁊ Petro negante. Scd̄o ptꝫ rōne inductiua q̄ ad ea ſm q̄ hō pati pōt. Ut em̄ ait Aug. cuius ꝟba psequiṫ Ludol.li. de vita chr̄i pte.ij. ca.lxvij.sic.Attende inquit aīa mea qꝛ passus est iesus meus:amor meus: spes: dulcedo ⁊ btitudo mea. Et in oīni tpe:⁊ in toto corpe:⁊ in oī suo ope.In tpe infantie paupratē: aspitatē hūilitatē psepii: psecutionē aduersarii:fugam egypti. In tpe adolescētie disputationē: in tpe iuuentutis amarissimā passionē ⁊ mortem infra. Passus es deus meus oī tpe nocturno:diurno: frigido estiuo. Itē oī hora:in matutinis castigatus:in mane accusatus: in tertia acclamatus: in sexta cōdemnatus: in nona cū clamore ⁊ lachrymis expirasti. Plange igiṫ ⁊ dolē ⁊ satage aīa mea ⁊ deducāt oculi tui lachrymas. Iterum passus es etiā dn̄e in toto corpe:in oculis effusionē lachrymaꝝ:in auribus auditū cōtumeliaꝝ ⁊ blasphemiaꝝ: in genis molestiā alapaꝝ: in narib⁹ fetorem sputi:i ore amaritudinē aceti ⁊ felľ.In manib⁹ vincula: in pedib⁹ afflictionē plagaꝝ:i toto corpe flagellationē In ope detraxerūt p̄dicationi ꝯuersationi miraculoꝝ opationi infra.Attende aīa mea gen⁹ mortis chr̄i: fuit em̄ turpissimū vilissimū ⁊ acerbissimū. Pateꝛ igiṫ dn̄e deus meus in latere:in manibus in pedibus:vt acceleres homini medicinā. Hec Aug.⁊ plura ibidē.Preterea passus est chr̄s in fama in honore in gloria ⁊ in rebus:nudatus vestibus. In aīa contristatus. In carne totaliter vulneratus:in matre cōpatiente in discipulis ⁊ amicis. O deus eterne q̄d possemus dicere in q̄ non esset chr̄s p nobis passus. O ĝ hō gr̄as age tante charitati ⁊ cōpatere ac chr̄o deseruire stude: alioquin requireṫ sup te sanguis eius iustus. C Scd̄o flere ⁊

C Chr̄s maximū amorē in passione nobis exhibuit

cōpati debemus sup cordis chr̄i amaritudine q̄ tristis fuit vsqꝫ ad mortē. Nā chr̄s dn̄s maximū amorē in hoc nobis exhibuit. Primo qꝛ nō solū in carne voluit p nobis dolores sustinere:sed etiā in aīa:vt sic intus ⁊ extra essent doloribus plen⁹ piissimus Jesus sup oēs alios patientes, vt em̄ Rich.⁊ Bona.dicūt super.iij.di.xvj. in chr̄o triplex fuit in gn̄e afflictio.Una in sensu exteriori que d̄r dolor sensibilis.Scd̄a in sensu interiori q̄ speciali noīe d̄r tristicia. Tertia in parte intellectiua q̄ d̄r cōpassio q̄ cōpatiebaṫ sue innocentis carnis lesiōi ⁊ matris sue meroribus:⁊ discipulis vel amicis ⁊ oībus peccatoribus ⁊ ingratis hominibus quoꝝ dānationem deplorabat:vt d̄t Berṅ. Scd̄o magnū amorē exhibuit:qꝛ

Secundū

nō solū in parte aīe sensitiua: sed ēt in rōne tā in inferiori q̄ꝫ in superiori eius portiōe passus est p nobis acerbissimos dolores cōpassionis. Q̄d on̄ditur ſm Bona. vbi s̄.aliosqꝫ tā per autoritatē q̄ꝫ per rōnem. Per autoritatē quidē Ps̄. Repleta est malis aīa mea. Ubi glo. dicit:ꝙ malis nō q̄dem viciis sed doloribus repleta fuit aīa chr̄i:ĝ dolor fuit in oībus potentiis aīe eius. Itē per rationē:qꝛ aīa humana fuit tota infecta ⁊ corrupta per pctm̄ ſm oēm vim ⁊ ſm oēm sui partē tā supiorē q̄ꝫ inferiorē:ĝ deo hoc volente aīa chr̄i tota patiebaṫ ⁊ affligebaṫ vt per illā passionē tota aīa nr̄a curareṫ. Itē ſm Scotū qꝛ chr̄s debuit satisfacere p pctō Ade. Adā aūt peccauit ſm supiorē portiōe rōnis. Cū ĝ satisfactio debet esse ſm id ſm quod peccaṫ: debuit ſm illam chr̄s satisfacere. D Sꝫ potes querere: quō potuit

D Chr̄s in superiori pte rōnis passus an potuit habere tristiciā

esse in superiori parte rōnis tristicia vel mesticie dolor cum ſm illā chr̄s fruebaṫ diuina visione:fuit em̄ viator ⁊ comprehensor:vt d̄t Aug. ⁊ diuine visionis btitudine plena in rōne.Intelligebat etiā suā passionē placitam diuine volūtati ad redimendū gen⁹ humanū: ĝ habuit in superiori portione rōnis gaudiū ⁊ voluntatē patiendi:⁊ per ꝯñs non tristiciā:qm̄ vt d̄r.vij.Eth. Delectatio vehemens expellit tristiciam. Rñr ſm Bona. ⁊ Rich. vbi s̄.ꝙ ratio vel intellectus chr̄i pōt duplr̄ considerari.Uno modo ſm ꝙ ratio: ⁊ sic non tristabatur sed gau-

Solutio

debat deliberate volendo humani generis redemptionē:que sibi vehemēter placebat. Alio modo ſm q̄d natura:sic ratio cū habeat naturalē inclinationē ad corp⁹ ⁊ appetitū tristabaṫ ⁊ cōpatiebaṫ naturalr̄ ꝙ occidebatur tam turpiṫ ꝯtra iusticiā. Unde ista duo cōtraria.s. gaudiū ⁊ tristicia fuerūt in rōnali aīa chr̄i simul non respectu eiusdem: nec oīno eodē modo: qꝛ gaudiū fuerat rationi ppter vnionē gratuitā ⁊ btificam cū deita: sed dolor ppter coniunctionē ipsius cū carne ⁊ naturalem inclinationē ad eā. Sicut exemplū videm⁹ ꝙ aliq̄s ſm sensualitatē ⁊ voluntatē naturalem sectionē vulneris vel mēbri aut apostematis excisionē recusat ppter nature lesionē: ⁊ tñ voluntate deliberata vult ⁊ gaudet ppter vtilitatē finalē sanitatis. Itē videmus in vno ⁊ eodem penitente ꝙ simul dolet ⁊ de dolore gaudet ſm Aug. Sic in pposito.Uñ ſm Sco. dist.xv.tertii:p miraculū fuit hoc in chr̄o ꝙ in eadem potentia aīe esset dolor ⁊ gaudiū simul ⁊ in summo vtrunqꝫ non discōtinuando nec alteꝝ ab altero diminutionē patiendo: vt.s.christus dn̄s in aīa summe tristareṫ ⁊ cōpatereṫ p suis doloribus ⁊ nostrꝫ pctis: ⁊ summe gauderet pati p nostro amore ⁊ redemptione. E Tertio deniqꝫ summum

E Tertio ōnditur amor ostas sua

amorem nobis chr̄s exhibuit in h̄ ꝙ cū minimus dolor chr̄i suffecisset ad finē salutis hūane sicut ⁊ minima gutta sanguinis eius: eo ꝙ habuit infinitā ꝟtutem ex psona diuina:voluit tñ acerbissimū dolorē ⁊ acutissimū merorem extra ⁊ intus pati p nr̄a dilectione:vt volūt Bona,vbi s̄.⁊ ꝯcor.Tho,iij.parte,q,xlvj, Et hoc non fuit

superfluū: q2 voluit hoīem liberare a pctīs non sola potestate: sed etiā iusticia: ⁊ ideo nō solū attendit quantā virtutē dolor ei⁹ haberet ex deitate vnita: sed etiā q̄ntum sufficeret ḃm naturā humanam ad tantā satisfactionem iuxta diuinā iusticiā. Idcirco ex amore maxīe charitatis qua flagrabat chr̄s ad pficiendū salutē nr̄am assumpsit maximā tristiciā qua doleret p oīm hoīm pctīs adeo vt tristicia chr̄i improportionabiliter excedebat oīm hoīm in toto mundo qualitercūq; patientiū tristiciam ⁊ dolorē: ppterea dixit. Tristis est aīa mea vsq; ad mortē. Qđ ḃm Ly. pōt intelligi nō solū extensiue sic q illa tristicia durauerit vsq; ad horā mortis: sed etiā intēsiue: q2 tantū intensa erat q̄ntum poterat esse maxima: adeo q putarē quecūq; hoīm tantā tristiciā non posse pati q̄n cor ei⁹ scinderet: ⁊ mox moreret p̄ tristicia. F

F Quis dolor fuit in chr̄o intēsissim⁹

Queritur: quis dolor fuit maxim⁹ in chr̄o ⁊ intensissimus pre oībus aliis doloribus? Rn̄r ḃm Bona. ⁊ Rich. vbi s. q dolor cōpassionis p nr̄is pctīs excessit in chr̄o oēm aliū dolorē sensibilē ⁊ tristiciā interiorē: qđ ptz ex causis plurimis dolorum ⁊ sctōrum dictis atq; euidentib⁹ signis. Primo inq̄ ex dolēdi causis plurimis: q2 intēsior est dolor qui pcedit ex pluribus causis q̄ q̄ ex vna tm̄. Sed dolor in sensualitate erat ex carne tm̄mō. Nō ꝯo nō tm̄ cōdolebat carni sed multas alias causas p̄ter h̄ habebat dolendi de pctīs nr̄is. Prio ppter dei patris inhonorationē p pctā. Scđo ppter innocētis filii dei mortē quā nostra pctā expetebat. Tertio ppter nr̄am ab ipō deo sepationē p pctā pluria in mōo ⁊ magna. Quarto ppt multiplicē ingratitudinē ⁊ offensionē p humana vicia quia sciuit paucos in mōo electos q̄ tantis bn̄ficiis passiōis essent debite grati. Quinto ppter multorum eternā damnationē ⁊ indicibilia tormenta atq; eterne btitudinis exclusionē. Et plures ad id alie cause enumerant quas alibi psequar propter plixitatem. Cogita g̃ o hō quantū potes q̄t modis deus p oīa ⁊ singla pctā hoīm inhonorat ⁊ filius dei rursum crucifigit Heb. vj. Et q̄t aīe a deo seperantur: q̄t hoīes ingrati existūt: ⁊ q̄tiens peccant in mōo: ⁊ q̄t dānant: ⁊ q̄nta supplicia incurrūt ⁊ q̄nta bona celestia amittūt. Horum oīm numerum ⁊ q̄ntitatem chr̄s sciuit ⁊ p omibus ⁊ singulis doluit q̄ntum ḃm rectā rōnem ⁊ iusticiā dei dolendū fuit. O g̃ de⁹ meus quis pōt cōprehendere q̄t ⁊ q̄ acerbos dolores chr̄s p nostris pctīs habuit. O hō aduerte hec ⁊ sis grat⁹ deo.

Scđo

Scđo ptz h̄ ex sctōrum dictis q2 Amb. sup Lu. sicut ponit mgr in. iij. di. xvj. dt sic. Doles dn̄e non tua vulnera sed mea: nō tuā mortē sed meā infirmitatē: tristaris de meis pctīs naturā meā vulnerātibus: nō de tuis. Hec ille. Et sic ptz. Itē Bern. in ser. q̄dam loquens in psōna chr̄i ad pctōrem dt. Nonne satis p te vulnerat⁹ sum: nunq̄d p iniquitate tua afflictus sum: cur addis afflictionem afflicto: magis grauāt me vulnera tui pcti q̄ vulnera corpis mei. Hec ille. Et sic ptz. Item ad idē allegat Bona. Philippū cancellar. Parisien. in quadā prosula dicentē. O hō vide qđ p te patior: ad te clamo qui pro te morior: vide penas qb⁹ afficior: vide clauos qb⁹ confodior: non est dolor sicut q̄ crucior: cū sit tantus dolor exterior: intus tm̄ planctus est grauior: dū te tam ingratū experior. Hec ille. Et sic claret ppositū. Ter-

Tertio

tio quoq; h̄ idē colligitur ex signis. Unū est q voluit potius mori ⁊ queq; pati chr̄s q̄ nos p pctm̄ maneremus a deo sepati. Aliud q2 fleuit p pctīs nr̄is: sed nō fleuit p penis suis sicut Bern. dt. Planctus aūt signū est amaritudinis ⁊ doloris. Hec Bona. Insuper aliud signum est q chr̄s patus esset p peccatoribus rursus pati: sic scribit Dionysi. in epl̄a ad Demophilū reuelatū fore. s.

G

Carpo presbytero. O g̃ hō ꝯpatere chr̄o dilecto. G
Tertio flere ⁊ cōpati debemus sup chr̄i captiōe ⁊ vinculatione impiissima de qua applica historiam euāgelicam. s. Egressus iesus trans torrentē Cedron: ⁊ prosequere vt habes ser. j. H. Nā deuotio ppl̄i historiā passionis exposcit: alias ipis pdicatio hod. nō tā sapit. Et p breuitate potes questiones inibi insertas omittere nisi forte tēpus requirat. Idcirco g̃ historiā pmo sermōe descripsi vt applicari valeat etiā in aliis sermonibus prout videbit pdicatori. Quarto sup dira alapizatione in domo. s. pōtificis Anne: de q̄ vide ibidem lr̄a L. Quinto flere debemus sup varia nocturnali afflictiōe quā passus est chr̄s dn̄s in domo Caiphe: de qua vide ꝯsequenter ibidē lr̄a M. Et sic patebit. Sexto sup falsa chr̄i accusatione que facta est apud Pilatū: vide ibidē subseq̄nter lr̄a N. Septimo sup illusiua despectiōe que facta est apud herodē vide ibidē lr̄a O vt placet. Octauo flere ⁊ tristari debemus sup chr̄i multiplici vulnere in flagellatione ⁊ spinea coronatione ac crucifixione vt patuit in historia ibidē. P Q H

H Quot vulnera chr̄s i carne sua hūit

Sed hic occurrit pertractāda questio pulchra ⁊ deuota vicz q̄t lesiones ⁊ vulnera fuisse credunt in chr̄i carne? Rn̄r ḃm doc. vt cōiter ⁊ deuotos q hoc p certo est tenendū q chr̄s dn̄s multos ⁊ quasi innumeros habuit dolores in corpe ⁊ vulnera: quod ostēdi pōt ex tribus.

¶ Primo ex crudelitate affligentiū
¶ Scđo ex multiplicitate membrorum afflictorum
¶ Tertio ex dictamine doctorum

¶ Primo ex crudelitate affligentiū. s. iudeorum ⁊ militū qui oīe penale qđ poterant chr̄o inferebāt: vt fuit prophetatū p ps. in psona chr̄i. Afflictus sum inq̄t ⁊ humiliatus sum nimis ru. a ge. cor. mei. Et infra. Uim faciebant q̄ querebāt aīam meā. i. vitā meā tollere. Scribit nanq; iij. q. j. Nulli dubiū. Magnū cruciatū sustinet q̄ vim sustinet: maximā aūt vim faciebant iudei q̄rentes aīam chr̄i: q2 in oībus locis in quibus poterat extimari q ibi ꝯsisteret aīa vel vita hoīs crudelissime quesierūt aīam chr̄i. In qua nanq; pte corpis ꝯsistit aīa humana.

In q̄ pte corporis cōsistit anima

Aduertendū q aliqui ph̄i extimauerunt aīam essentialiter ꝯsistere in capite: sic tenuit Plato. vt dt Hiero. in epl̄a ad Fabiolā. Alii aūt in corde: vt tenuit Arist. Alii in sanguine: ḃm illud Leui. xvij. Aīa oīs carnis in sanguie est. Sz veri⁹ dt ḃm Aug. vj. li. de tri. c. vj. q aīa est tota in toto. s. corpe: ⁊ in q̄libet eius pte tota. Cū eīm aīa est pfectio corporis organici: nō erit vni⁹ organi tm̄. licz eīm sit simplex in essentia: est tm̄ multiplex in potentia: vn̄ indiget multis organis ad suas opatiōes ꝯplendas: ⁊ sic ḃm potentias habet esse in variis ptib⁹ aīa vt ḃm potentiā visiuā in oculo: ⁊ ḃm imaginatiuā in capite ⁊ sic de aliis: tm̄ ḃm essentiam est tota in toto ⁊ in q̄libet parte tota. Ad ppositū. Judei vident sciuisse ipō facto has q̄tuor opiniōes de aīa ideo in his q̄tuor quesierūt crudelissime affligen. aīam chr̄i scz in capite vel cerebro pforan. spinarum aculeis. Itē in corde pforādo lācea vt pbarent vtr̄ adhuc aīa palpitaret in corde ⁊ inde p cruciatū exiret. Itē in sanguie q̄i venas ei⁹ in manib⁹ ⁊ pedib⁹ aperuerūt ⁊ totū sanguinē eduxerūt adeo q eius corp⁹ aridū remāsit in cruce: sic̄ pdixerat ps. Ossa mea sic̄ cremiū aruerūt. Si q̄ppe ossa aruerūt: eo forti⁹ caro ⁊ pellis ⁊ oīa mēbra chr̄i iesu. Itē quesierūt eius aīam in toto corpe ⁊ in q̄libet parte corpis: q2 pass⁹ est chr̄s in oībus sensib⁹ ⁊ in oībus ptibus: vt patuit s. in h̄ ser. O g̃ magna crudelitas ⁊c. J

J Scđo ex mltiplicitate miraculorum

Scđo multitudo dolorum ⁊ vulnerum chr̄i ꝯstat ex multiplicitate mēbrorum afflictorum vel lesorum. Nā tot fuerūt dolores q̄t sacra ei⁹ mēbra q̄t ossa: q̄t vene ⁊ arterie: q̄t nerui ⁊ musculi atq; viscera in q̄b⁹ pati q̄s pōt: q2 chr̄s in oīb⁹ ⁊ singulis pass⁹ est dolores ⁊ merores: ⁊ q̄ntū vel q̄tiens aut q̄t habuit lesiōes in singulis de⁹ nouit. Et Alb. mag. li. suo de animalib⁹ dt: q in hoīe pfecto sic̄ ⁊ in chr̄o sunt ḃm subtilē cōputationē in summo ossa. cclxxvj. circa quorum ꝯiūctionē hō pati pōt. Itē musculi sunt. d. xxix. Est aūt musculus mēbrū neruosū in q̄ ꝯplet motus ⁊ habet sensū. Et sunt multi musculi in capite: collo: gutture: facie: dorso: ⁊ aliis mēbris: ⁊ p illos musclos mouent mēbra hincinde. Item nerui principales sunt. lxxvij. que etiā habēt sensum. Arterie q̄q; ⁊ vene sunt multe p totū corpus ⁊ ad singula mēbra sanguinē deferentes. Sunt etiā alia viscera plurima ⁊ mēbra interiora vt cerebrū: cor: epar splen: pulmo: stomachus ⁊ alia: in q̄bus oībus chr̄s maxime est passus: cū totū corpus eius sit distractū ⁊ dirissime extēsum in cruce vt possent dinumerari oīa ossa eius ⁊ iuncture: sicut pdixerat ps. Dinumerauerunt inquit. i. dinumerabilia fecerunt oīa ossa mea. Sed ⁊ ea que nō ledebant p istā extensionē vt lingua: guttur ⁊c.

Ossa in hoīe musculi

K Afflicta ſunt amaritudine fellis ⁊ aceti. Et ſic pꝫ. K
Ex doctoꝝ Tertio mlta fuiſſe vulnera chꝛi ⁊ doloꝛes claret ex do
dictis ctoꝝ ſctoꝝ dictis: qꝛ Anſ. dt. Chꝛs inquit coꝛonatꝰ ince
dit: ſed ipa ſua coꝛona cruciatus eſt: qꝛ mille puncturis
eius ꝟticē ꝑcioſiſſimū vulnerauit. Hec ille. Itē Ber.
Caput illud diuinū denſitate: ſpinaꝝ vſq ad cerebꝛū
eſt perfoꝛatū: coꝛpus totū adeo vulneribus ꝯciſum: vt
a planta pedis vſq ad ꝟticem nō eſſet in ea ſanitas. O
ergo ieſu bone q̄ntum te diligere debemus q̊ nos tan=
Nūerꝰ vul tum amaſti. Sed q̊ numero putant vulnera chꝛi ⁊ do=
neꝝ chꝛi loꝛes? Ludol. li. de vita chꝛi dt a deo reuelatū fuiſſe q̇=
buſdam ſctis. Mgr Joꝛdanus etiā ꝯcoꝛditer dt: ꝙ vicꝫ
vulnera chꝛi in vniuerſo fuerūt quinq milia quadrin=
gēta ſeptuaginta q̄nq. Vñ ꝟ. Septuagintaquinq qua
tercent milia quinq. Tot fertur chꝛs ꝑ nobis vulnera
paſſus. Sed h̄ puto annumerando ſola vulnera q̄ effu
derunt ſanguinē ſine liuoꝛibꝰ. Eſt aūt liuoꝛ vbi ſanguis
nō effundit ſed intra cutē denigrat. Hoc ideo puto: qꝛ
mgr Joannes Gritſch dt in ſer. de Paraſceue a Bona.
in q̇dam opuſculo dictatū: vicꝫ ꝙ chꝛs in vniuerſo ha=
buit tot leſiones q̇t habet legio in numero: vicꝫ ſex mi=
Queſtio lia ſexcēta ſexagintaſex. Sed reſtat querendū ꝑ edi
ficatiōe q̊ honoꝛe vel obſequio debet hō deſeruire vul
neribus ⁊ doloꝛibus chꝛi ⁊ ſub quali ſumma. Ad qd de
uoti dicūt ex reuelationibꝰ ꝙ alape chꝛi fuert. cij. cola
phi. cxx. ꝯſpuitiones. lxxiij. Ictus ſup os ſuū in captio
ne fuerūt. xxx. ⁊ poſtea ſine numero. Itē in terrā ꝓiece
runt ſepties ⁊ crux cecidit ſup eū cadente ipo ſub cru=
cꝭ onere quinq vicibꝰ. Sed de cultu ſummario rñr ſm
eoſdem. ſ. Ludol. ⁊ Joꝛdanum ꝙ multū valet ⁊ efficax
oꝛatio eſt vt ſingulis diebꝰ dicant. xv. pr nr. ſic eñ ꝯple
to anno erunt in ſumma quinq milia quadringenta ſe=
ptuagintaquinq pr nr. ⁊ ſic cuilibet vulneri chꝛi cedet
vnū pr nr in anno: quaſi ꝑ annua penſiōe: ꝙ ſi volueris
ſatiſfacere inſup de liuoꝛibꝰ q̄ ſunt mille centū nonagin
ta vnꝰ: adde ꝑdictis q̄tuoꝛ pr nr. ⁊ ſupabundanter ꝑ oi
bus paſſionibꝰ chꝛi dic ſaltē q̄nq pr nr. Deniq addunt
aliq̇ di. ꝙ ſi q̇s ꝯtinuaret ꝑdicta. xv. annis: reſultaret ⁊
cederet ꝑ q̄libet gutta ſanguinis chꝛi vnū pr nr. in ſum
ma vicꝫ decies octo ⁊ duo milia centū vigintiq̄nq. Vñ
chariſſimi conſulo vobis oibus iuxta ꝑmiſſa cōtinuare
hec vſq ad hoꝛā moꝛtꝭ: nō eñ dubiū quin meritū ⁊ grā
ꝑ hoc adquirat ⁊ tandē glia: qꝛ apls dt. ij. Coꝝ. j. Sic
L ſocii paſſionū eſtis ſic ⁊ ꝯſolationū. L Nono flere
debemus ſup chꝛi iniuſta iudicatiōe: de q̄ ꝓſequere hi=
ſtoꝛiā euāgelicā: vt hr ſer. j. R. Decimo ſup chꝛi cruci
fixione: de q̄ ibidē. S. Undecimo ſup chꝛi moꝛte: de q̄
ibidē. X. Duodecimo ſup ꝟginis deſolatiōe ⁊ luctu: de
hac ꝓſequere vt ibidē habes ſub lr̄a T ⁊ ꝫ. Et ſic pꝫ.
Concludamus ğ ſermonē vt genibus flexis: manibꝰ ex
paſſis dicamus. Dñe ieſu chꝛe q̊ ꝑ nobis ex nimia cha
ritate moꝛtuus es in cruce: tibi laudes ⁊ grās agimus
ꝑ omi tuo vulnere: ꝑ omi tuo doloꝛe: ꝑ omi meroꝛe ⁊ ꝑ
omni paſſiōe ⁊ moꝛte. Et te dñe ꝑcamur ⁊ obſecramus
per omes illas amaritudines ⁊ paſſiones quas pꝛo no
bis ſuſtinuiſti vt des nobis veniā ⁊ gratiā ⁊ moꝛtem ſa
lutiferā: ac tandē gliam eternā vt regnemus tecum in
celis ſine fine. Jeſus ieſus ieſus Amen.

¶ In Paraſceue Ser. iiij. de paſſionis chꝛiſti
ꝓſecutione deuota per vias plures

Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mu=
lieꝛum: quo declinauit dilectus tuus ⁊ que=
A remus eū tecū. Cañ. v. c. A Paſſionem
dñi noſtri Jeſu chꝛi ꝯtemplantes flere ma=
gis libet q̄ loqui. Eſt nempe cōſuetudo hoim ꝙ amico
moꝛtuo ad domū defuncti ꝯueniunt cū conſanguineis
⁊ pꝛecipue cum matre eius deplangentes moꝛtē amici
Et qm̄ hodie moꝛtuus eſt ſummus deus noſter qui tan
ta amicicia nos dilexit vt ſuo pꝛecioſo ſanguine ablue=
ret nos a pctis nr̄is: ⁊ aīam ſuā poſuerit ꝑ noſtra redē
ptione: ideo dignum ⁊ iuſtū eſt vt nos hodie ꝯueniēn.
ad ipſius domū. i. eccleſiam ibi defleamus cū ſua ſctiſſi
ma genitrice Maria que hodie nimium planxit ſuper
paſſiōe ⁊ moꝛte filii ſui dulciſſimi dñi Jeſu chꝛi. Ad qd
inducit nos potiſſime ratio triplex. Prima rō innocen
tie chꝛi: qꝛ qñ q̇s innocenter occidit moꝛte crudeli: ois Moꝛs chꝛi
homo bonus ad fletū ⁊ cōpaſſionem ſuper illo incitat: plāgēda ex
ſic factū eſt hodie de Jeſu qui pctm̄ nō fecit: nec inuen triplici rōne
tus eſt dolus in oꝛe eius. j. Pe. ij. Sic ⁊ innocentiſſima
eius mater Maria quaſi eſt occiſa doloꝛꝭ gladio in coꝛ
de Vñ Bern. O ieſu dulciſſime vbi ſunt ſcelera q̄ fece
ris cū nec peccare potuiſti: vbi pꝛaua opa: homicidia:
vitupia: oppꝛobꝛia q̄ cōmiſeris nullū hoꝝ certe in te in
uenio: ⁊ tm̄ moꝛti adiudicatū repio. Ad idē in ſnia Anſ.
O dña glioſa ꝟgo Maria q̇s fontes lachꝛymaꝝ dicam
erupiſſe de pudiciſſimis oculis tuis cū attendebas vni
cum filium tuū innocentem coꝛā te flagellari: mactari:
diſſecari crudeliter: vtiq ille nunq̄ peccare potuerat:
vnde ergo patiebat talia? Et tu ꝟgo ſanctiſſima nunq̄
in aliquo offenderas ⁊ tm̄ moꝛtis doloꝛoſe penas in coꝛ
de ꝑ filio ꝯpatiēdo ſuſtinebas. Quid ğ ego miſerrimꝰ
pctis plenus reſpondeā: q̇d facturꝰ ſim: quale iudiciū
moꝛtis eterne ꝓmereoꝛ niſi egero pniam. Nā ſi in viri=
di. i. in chꝛo ⁊ matre eius hec facta ſunt: in arido: h̄ eſt:
in me pctōꝛe q̇d fiet? Ve mihi ⁊ ve ſi pctā mea nō defle
uero: ve ſi pniaꝫ ñ egero: ve ſi paſſiōcꝫ dñi mei ieſu ve
raciter ꝯpaſſus nō fuero. Si eñ cōpatimur ⁊ ꝯregna=
bimus. Ro. viij. ğ ſi nō cōpatimur ꝯdēnabimur. Scda Secunda
ratio cauſe. ſ. pcti noſtri. Nō eñ chꝛs dñs ꝑ alia cauſa
q̄ ꝑ pctis nr̄is expiandis paſſꝰ eſt ⁊ moꝛtuꝰ: ⁊ ideo de
bemus cū eo ꝯpatien. flere ⁊ cū ſctā mr̄e. ſ. eiꝰ: vñ Anſ.
in ſer. de cena dñi dt ſic. O inq̇t mirabilis cenſure cōdi
tio: exceſſit iniquus ⁊ punit iuſtus: deliq̇t reꝰ ⁊ vapulat
innocens: qd cōmiſit ſeruꝰ: exoluit dñs: qd fecit hō: ſuſti
net deus. O fili dei q̊ tua deſcendit humilitas: ego ini=
que egi ⁊ ſuſtines tu penā. Hec ille. Tertia rō inſuffi Tertia
cientie ſoluēdi. Si eñ oim nr̄m oculi reſoluerent in tot
lachꝛymas ⁊ tantas quante ſunt in mari ⁊ oibus flumi
nibus nō ſufficeremus ad ſatiſfaciendū tante pietati ⁊
charitati qua deus ꝑ nobis pctōꝛibus eſt paſſus ⁊ moꝛ
tuus. Currite ğ gentes ⁊ venite ſaltē mente vna mecū
ad montē caluarie ⁊ ſtemꝰ iuxta crucē: intueamur chꝛi
ſtum in ligno pendentē ⁊ meſtiſſimā mr̄em ſub cruce flē
tem ⁊ alloquentē: ipam ꝟginē bñdictā dicamus. O pul
cherrima mulieꝝ quo abiit dilectꝰ filius tuꝰ q̊ declina
uit ⁊ queremꝰ eū tecū. ſ. ꝑ ꝯpaſſionem. Ipa aūt rñdere
pōt illud Ruth. j. ca. Ne vocetis me noemi. i. pulchꝛam
ſed vocate me mara: h̄ eſt amarā: qꝛ amaritudie valde
me repleuit omps. Hec ibi. Queritis q̊ abiit dilectus
meus filius: ecce ipe ꝑ vr̄a ſalute pēdet in cruce inter
latrones. Ut aūt modū ⁊ ſeriē paſſiōis ſue pie cōtēpla
ri ⁊ compatiendo deflere poſſitis accedite ad crucem.
ipſamq adoꝛate dicē. O crux aue ſpes vnica ⁊c. Pr nr
⁊c. B Quo abiit dilectus tuus o pul. ⁊c. Beatus B
Anſ. tractañ. dicta ꝟba in ſuis medita. dt ſic alloquen=
do virginem Mariam. O decus celi: gaudium angelo
rum: obſecro te obliuiſcere pauliſper doloꝛis quem te
habuiſſe non ambigo: lachꝛymas illas pꝛecoꝛ infunde
coꝛdi meo quas tu fudiſti ſub cruce filii ſtans. De paſ=
ſione filii tui loquimur: impetra loquenti gratiam. Dic
queſo quo abiit dilectus tuus in paſſione ⁊ queremus
eum tecum in vera coꝛdis compaſſione. Et idem Anſ.
reſpondet in perſona Marie di. ſic. Hoc quod querꝭ a
me o aīa deuota eſt ꝯpūctiuū ⁊ maximi meroꝛꝭ incitati
uum. Audite ğ fratres Mariā nobis loquentē. Quid
per me dicat credite. Dicamus ei oēs. Quo abiit dile
ctus tuus: ⁊ ipa rñdet. Dilectꝰ inq̇t filiꝰ meꝰ ſua paſſiōe
q̄rens ſaluare pctōꝛes: decē duriſſimas vias ꝑambula
uit: ⁊ in q̄libet eaꝝ repletꝰ eſt amaritudinibus.

¶ Pꝛio abiit in hierlm vt ibi paſchat ⁊ ſpōte patiat Decē vie paſ
¶ Scdo abiit in hoꝛtū vt ibi capiat ſionis chꝛi
¶ Tertio ad Annā vt ibi alapizet
¶ Quarto ad Caiphā vt ibi tota nocte affligat
¶ Quinto ad Pilatū vt ibi falſe accuſet
¶ Sexto ad Herodē vt ibi deſpiciat ⁊ illudat
¶ Septimo ad pretoꝛium vt ibi flagelletur ⁊ ſpinis
coꝛonetur
¶ Octauo ad lithoſtratū vt ibi moꝛti adiudicet
¶ Nono ad mōtē caluarie vt ibi crucifigat ⁊ moꝛiat
¶ Decimo ad ſepulchꝛū vt ibi ſepeliat

Istas decē vias chri debem⁹ hodie deuote meditari: ꝛ ꝑpter has solent deuoti hodie ecclas visitare. ¶ Pria via vt fuit in Hierusalē. Circa quā cōsiderem⁹ ¶ Primo huius loci aptitudinem. ¶ Secūdo tempis habitudinē. ¶ Tertio huius itineris amaritudinē. (tria ꝑcipua.

¶ Pria q̄stio occurrit de loco.s.quo venit iesus ad patiendū. Cur chrs dn̄s voluit pati in ciuitate sctā Hierusalē magꝭ q̄ alibi. Ad qd̄ ꝫ Tho.iij.p.q.xlvj.aliosq; doct. assignant tres potissime rōnes. Pria. q: Hierl'm erat locus a deo electus ad sacrificia sibi offerēda que q̄dem figuralia sacrificia figurabāt chri passionem ꝛ in cruce imolationē. Hoc em̄ est verꝫ sacrificiū. iuxta illd̄ ad Eph.v. Tradidit semetipm̄ hostiam ꝛ oblationē in odorem suauitatis. Scd̄a rō.quia ꝟtus passionis chri ad totū mundū diffiniēda erat. ideo in medio terre habitabilis.i.in Hierl'm q̄ sita est in q̄rto climate pati voluit.iuxta illud ps. Deus aūt rex noster ante secl'a operatus est salutē in medio terre. quia Hierl'm dr̄ quasi vmbilicus terre esse in medio. qd̄ q̄dem nō est ꝑcise intelligendū fm̄ cosmogr̄phos ꝛ astronomos: sed ꝑ tanto. quia est in q̄rto climate habitabilis terre: ꝛ sic cum assignent septem in mūdo climata. sequit̄ q̄ Hierl'm dicat̄ in medio. vt etiā tenet Lyra in postilla. Tertia rō. q: hꝰ multum cōueniebat hūilitati chri. vt sicut genus mortꝭ elegit turpissimū: ita ad ampliorē hūilitatē pateret̄ confusionem in loco ꝛ ciuitate tā celebri ꝑ totū mundū: vt reputaret̄ ciuitas sctā. Vn̄ Leo papa in ser. Epipha. dic sic. Qui sui susceperat formā: ꝛ nō iudicare venerat: sed iudicari. Bethleē ꝑelegit natiuitati: Hierosolymā passioni. D Secūdo ꝯsideremus tempis habitudinē. Dicit̄ aūt Matt.xxvj. ꝛ Mar.xiiij. ac Luc.xxij. q̄ ꝑma die azimorꝫ qn̄ pascha.i. agnus paschalis occidebat̄ et imolabat̄ in vespe vel ad vespam illius diei venit Jesus cum discipulis in Hierl'm ad comedendū agnū paschalē: ꝛ tandē ad patiendū ꝑ nobis ꝛ capiendū ea nocte. Ubi fm̄ Lyr. Nota q̄ illa dies fuit feria q̄nta q̄ erat vigilia pasche: tunc q̄ erat dies.xiiij. ꝑmi mensis. ꝛ tūc tenebant̄ ꝛ incipiebāt vesci panib⁹ azymis vsq; ad vesperā.xxj. diei eiusdē mensis. hoc est vsq; octauā. vt habet̄ Exo.xij. Nā fm̄ legē Leuit.xxiij. solēnitas paschalis iudeorꝫ celebrat̄.xv. die ꝑmi mensis. Et hec solennitas incipiebat a vespe diei ꝑcedentis.s.xiiij. qn̄ imolabat̄ agnus paschalis. Et illa erat hora comedendi ipm̄ agnū paschalē cum panibus azymis. Sed hic queritur. Utrū vel vnde cōgruebat chrm̄ dn̄m tali tempe.s. paschali ꝑ nobis pati? Rn̄det̄ fm̄ sctm̄ Tho.pte.iij.q. xlvj.ar.ix. ꝛ cōcor. Fran.may. q̄ sicut ait btūs Augu. li.lxxxiij.q. Omia ꝑprijs locis ꝛ tempibus gessit saluator. quia sicut oia sunt in manu ꝛ ptāte eius: ita ꝛ omia tempa ꝛ loca. Et ideo sicut cōuenienti loco passus est: ita ꝛ de omi tpe elegit ad patiendū tpa aptiora. Elegit q̄ppe de etate iuuentutē: de ptibus anni eq̄noctiū vernale: de mēsibus Martiū: de lunatione pleniluniū: de festiuitatibus pascha: de diebus feriā sextam: de horis tertiā exclamationi crucifixionis. et sextā eleuationi in cruce. ꝛ nonā morti ꝛc. Accipiam⁹ autē breuit̄ rōnes singulorꝫ. E Cur ei in iuuētute pati voluit chrs tres sunt rōnes. Una. q: non cōueniebat vt in eo apperet diminutio nature: vel defectus senectutꝭ. sicut nec morbus infirmitatis cuiuscūq;. Sed decebat chrm̄ ꝑfectio nature hūane. Nature aūt hūane ꝑfectio est in iuuētute circa.xxx. annū. ꝛ ideo nō decebat chrm̄ pati in puericia: vel etiā adolescētia aut senectute: sed in etate iuuenili vel virili. Scd̄a rō est. vt in iuuenili etate moriens ꝛ resurgēs futurā resurgentiū q̄litatē in seipo ꝑostenderet. fm̄ illud Ephe.iiij. Donec occurram⁹ omēs in virū ꝑfectū: in mensurā etatis plenitudinis chri. Tertia. vt ex hoc suā dilectionē magis cōmendaret. q: vitā suā ꝑ nobis dedit qn̄ erat in ꝑfectissimo statu ꝛ sensu viuaci. O q̄ homo ꝛ tu ama eū q̄ te sic amauit. Bern̄. Quid tibi retribuā o amantissime iuuenis iesu bone q̄ te totū pro me obtulisti: corp⁹ in cibū: sanguinē in lauacrū: animā in redēptionis pcium: ꝛ diuinitatē tuā repromisisti in ꝑmiū eternū. F Itez cur in vere voluit chrs pati circa eq̄noctiū: qn̄ dies sup noctē excrescere incipiūt. Rō hui⁹ potissima est ad ꝑcandū: quia per passionē saluatoris a tenebris ignorātie ꝛ pctōꝫ: a tenebris q̄ꝫ huius miserie ad lucem ꝟitatis: gratie: ꝛ glorie sempiterne ducimur. Item cur in Marciū mense pati chrm̄ congruit. Ratio vna est. vt sicut in illo mense incarnat⁹: ita ꝛ illo mense ꝛ eo die mēsis pateret̄ ꝛ moreret̄: vt em̄ ait Augu.xviij. de ciuita. dei. ca.lv. passus et mortuus est chrs.viij. kalend. Aprilis. hoc est die Marcij.xxvij. in qua cadit festū annūciationis Marie. Et sic eodeꝫ die quo itrauit mundū per incarnationē (licet annis intermediātibus) exiuit de mūdo per mortē. vt quo die mūdi repationē cepit: eodē die eius redēptionē cōsumaret. Alia rō. quia vt dicit̄ lib. de q̄stionibus no. ꝛ vete. testa. Tunc.s.in Martio voluit chrus mundū reformare: q̄m ipm̄ in Martio putat̄ creasse. licet de hoc varie sint opiniones: quo mēse vicꝫ creatus sit mūdus. q: aliqui. dicūt q̄ in septēbri qn̄ fruct⁹ sunt maturi. iuxta illd̄ Gen̄.j. Protulit terra herbā virentē ꝛ facientē semen. Et hec opinio fm̄ Ly. cōmunius tenet̄ ab hebreis. Alij aūt dicūt q̄ creatus sit in mēse Martij. De q̄ Exo.xij. dicit dn̄s. Mensis iste vobis ꝑncipiū mensiū ꝑmus erit in mensibus anni. Et hanc approbat Franci. May. per Augu. vbi s.scꝫ lib. de q̄stionib⁹ no. ꝛ vete. test. Et per hꝰ q̄ sol tunc intrat ꝑmū signū celi vbi incipit cursuꝫ suū s.in signo arietis q̄ sol in ꝑncipio mūdi videt̄ fore creat⁹. Sed que istarꝫ opinionū sit verior dn̄s nouit. hoc tamē placeat: quia iste mēsis Martij magis cōuenit passioni chri. q: martius dicit̄ a marte q̄ est planeta belli. nam ꝛ illo tpe solent reges bella parare. Et quia tūc hyemis frigiditas ad calorē terminat̄: ꝛ viuificari incipiūt oia: ꝛ ad fructificandū se disponere. Ideoq; chrs tunc pati voluit: vt significet̄ q̄ per passionē suam pctōꝫ frigiditas incalescit: vitaq; anie in caliditate inchoat̄: ꝛ ad fructum celestis ꝑmij disponit̄. Itē cur in plenilunio pati voluit. rō est. vt significaret̄ in chro plenitudo gr̄e. licꝫ in sua incarnatione videbat̄ taq̄ luna defectuosus. eo q̄ assūpserat defect⁹ humanos. Alia rō est. quia luna in ꝑncipio creata est plena. iuxta illud Gen̄.j. Fecit deus duo luminaria magna ꝛc. Decebat ergo q̄ sicut hō peccauerat et perierat in plenilunio. sic saluaret̄ in plenilunio. q: dicit Bern̄. Optebat vt mod⁹ repationis correspōderet modo culpe. / G Itē cur in die festo pasche iudeorꝫ? Rō est. vt ꝟitas magis cōcordaret figure. ideoq; eodē die quo agnus paschalis imolatus est ꝛ edebat̄: chrs passus est: ꝛ ad esuꝫ in sacro eucharistie se dedit. ꝑpter qd̄ eccl'ia cōmunicandū instituit pro hac die. Item cur sexta feria pati voluit ꝛ non alia die hebdomade. Ratio. q: hac die ꝑmus ille homo Adā ꝛ etiā Eua ex eius costa creati sunt. Gen̄.iij. ꝛ eadē die transgressi sunt. ergo ista die redimi debuerūt atq; a peccato mūdari sanguine chri. Et sicut eo die de latere viri dormiētis formata est Eua. sic ipo die de latere christi dormiētis per mortē in cruce eccl'ia debuit formari. Deniq; hac die plura magnalia legunt̄ facta. vt ptꝫ ꝑ hos ꝟsus. Est Adā factus ꝛ eodē tempe lapsus. ꝟ. Angel⁹ est missus: ꝛ passus in cruce chrus. ꝟ. Ob meritū decime cadit Abel fratrꝭ ab ense. ꝟ. Offert Melchisedech Isaac supponit̄ aris. ꝟ. Israel exit ꝛ ingredit̄ moyses moriturq;. ꝟ. Dauid deuicit Goliā post ꝛ obiit. ꝟ. Pseudo ꝑphetas iugulauit sctūs Helias. Vn̄ ꝑpter figuras chri in his exꝑssas hodie passus est chrus. Deniq; de horis elegit chrs tertiā exclamationi iudeorꝫ. ꝛ sic illa hora crucifixus est linguis. q: illa hora lingua serpētꝭ a demone cepat hec tentatio primorꝫ parentū. Horam autē sextam elegit eleuatiōi in cruce. q: illa hora Adā fructū ligni decerpsit. Horam aūt nonā elegit̄ morti. q: illa hora Adaꝫ de paradiso est eiectus. iuxta illd̄ Gen̄. iij. Cum audisset Adam vocem dn̄i deambulātis in paradiso ad aurā post meridiē. hoc est circa horā nonam: fm̄ Franci. maꝛ. ꝛ ideo ipa hora descendēs in limbū: restituit pr̄ibus sanctis padisum in visione deitatis q̄ hora Adam eiectus est. Hec Frā. maro. O q̄ mira dei sapiētia qua nos redemit. Tertio ꝑncipalit̄ circa viaꝫ hanc cōsiderem⁹ amaritudinē itineris hui⁹. Hoc auteꝫ

Cur chrs voluit pati in ciuitate hierusalem.

Scd̄a ratio.

Tertia ratō

D Scd̄o tpis habitudinē

E Cur in iuuētute pati voluit chrs

Scd̄a ratio.

F

In Martio passus.

G Cur in die paschatis.

ptz. Primo ex mr̄is sepatione. Nota quō licentiā ab ea
chr̄s accepit ꝛ vale ei dixit: grās agens de ſuitijs eius
vide ſmo. j. E. Scdo ex discipli traditiōe quā in cena
p̄dixit: pseq̄re vt habes ibidē. F. Tertio ex discipꝉoꝝ
H oīm ruinatione. vide ibidē. G. H Scda via fuit ad
Scda via hortū: vt ibi chr̄us caperet. ꝛ hanc pseq̄re sicut habes
Tertia via. ſmo. j. H. vſq₃. L. Tertia via chr̄i fuit ad annā: vt ibi
Septia ꝓprietas est genitos catulos mortuos suscitare. Nam Raba. sup Gene. ait. ꝙ phi de catulo leonis scribūt. ꝙ cū natus fuerit tribus diebus: ⁊ tribus noctibus dormit. tūc deīn p̄ris rugitu excitat. Hec ille. In quo notat septima regula salutis: scꝫ ꝙ in hac vita in qua media vita in morte sumꝰ: nō desistamꝰ vsqꝫ ad finē pro vita futura ⁊ glīa resurrectiōis pseuerare in clamore orōnis ad deū ⁊ acq̄sitionis grē ⁊ glie. Iuxta illud saluatoris. Opꝫtet semp orare ⁊ nunq̄ deficere. Luc. xviij. Et iteꝝ. Qui pseuerauerit vsqꝫ in finē: hic saluus erit. Mat. x. Ad ꝓpositū btūs Marcus hec oīa fideliter ſuauit. Merito ergo leoni cōparatꝰ est. Sed ⁊ pro euāgelico officio per leonē figurat. vt dicemus infra art. iij. O ergo charissimi imitemur ipm in ꝑdictis sctitatis regulis obſuandis: vt cum eo regnare possimus in celis.

E

Letania istituta in die Marci.

¶ Circa scōm mysteriū de confidētia salutis obtinēde. s. in hora mortis ⁊ iudicij diuini. Ex quo hodie celebratur letania maior: quā celebrari sctūs Grego. papa Rome instituit p̄mū ꝓpter pestem. vt em̄ dt Paulus historiogꝑhus romani ꝓpter pctā incōtinētie in q̄dragesima ⁊ indigne cōmunionis in pascha peste inguinaria a deo sunt pcussi tā seua. ꝙ in via: in colloquijs: in mēsa vel in ludis subitanee morerent mlti. Et ad solā cōsuetā oscitationē ⁊ sternutatōeꝫ. ⁊ ꝑ tūc ceperīt cruce se sigre ⁊ dicere: salus: vel adiuuet deꝰ: qd̄ vsqꝫ hodie solitū est Contra hāc ergo pestem ordinauit btūs Greg. pcessionem hodiernā ⁊ letaniā que interꝑtat rogatio vel supplicatio. Indeqꝫ in orbē translata est. Et dicit maior letania q̄ semp celebrat in die scti Marci: ad differentiā alteriꝰ letanie minoris. s. que fit ante ascēsionem domini quā instituit Mamertus epus Viēne. Et celebrant iste letanie vt chriani mūdati per cōfessionē ⁊ euchari stiam ad vomitū pctōꝝ non redeāt: ne puniant sic olim romani morte subitanea a qua timendū est.

F

Qualit homo possit habere fiduciā i iudicio mortis: si subitanee mortē incurrat.

Huius ergo grā q̄stio pro hoc ſmone occurrit talis. Qualiter homo possit hr̄e fiduciā in iudicio mortis: vt. s. qualitercunqꝫ subitanee ⁊ iprouise mortē incurrat: nihilominꝰ de salute spes habeat: ⁊ ꝯfidentia secura de euasione dānationis eterne in diuino iudicio teneat. Ad hꝯ respondet ſm dock. notare possumꝰ septē p̄cipua remedia: q̄ttuor essentialia. s. necessaria ⁊ infallibilia: tria accidētalia. Primū est accelerare cōtritionē q̄tidie dū ꝯtingit peccare. Eccli. xxi. Fili peccasti: ne adijcias iterum: sed de pristinis depcare vt tibi dimittant: quasi a facie colubri fuge pctm̄. s. celeriter. Hinc ⁊ Hierōn. ad Rusticū monachū. de peni. dist. iij. §. Qꝫ autē per penitentiā. dicit sic. Septies in die cadit iustus ⁊ resurgit Si cadit quomō iustus? si iustus quomō cadit. Sed iusti vocabulū non amittit qui per penitentiā semp resurgit. Et non solum septies: sed etiam septuagiessepties delinquēti si cōuertat ad pniam: pctā donant. Hec ibi. Et sic ptꝫ primū.

Scōm.

Scōm remediū correquisitū est bonam voluntatē in cauendo a peccatis firmā assumere.

Tertiū.

Tertiū est cōfitendi intentionē vel ꝓpositū habere. Vn̄ vt docet Cācellarius Parisien̄. Qui vult esse tutꝰ a subitanea ⁊ iprouisa morte q̄libet sero anteqꝫ dormiat: istas tres ꝓpositiōes in sentētia ex corde dicat. Prima. Misericordissime deus: sic ⁊ sic peccaui cōtra te. de quibus pctis ex corde dolo: ꝙ te amabilē p̄rem offendi. Secunda. Domie deus ꝓpono firmiter quantū valeo cū tua grā de cetero a talibus ⁊ ab oībus peccatꝫ mortalibus abstinere. Tertia. Intendo etiā cōfiteri et penitentiā acceptare: qꝫ ex ecclie ⁊ dei mādato teneor ad ista. Quādo em̄ prefata tria pcedūt ex corde vero: tunc fiducia salutꝫ habet etiā si statim hō ille moreret. Ezechiel. xviij. Quacunqꝫ hora ingemuerit pctōr. ꝛc.

Quartū

Quartū est debite viuere. s. obſuando p̄cepta ⁊ crebro cōfitendo: ⁊ a pctis cauēdo: q̄tinus semp patus ad mortem inueniat. Lu. xii. Estote pati: qꝛ qua hora nō putatis filius hoīs veniet. Sap. iiij. Iustus si morte poccupatꝰ fuerit: in refrigerio erit. Hiero. in testō. In veritate comperi et coraꝫ deo fateor: ꝙ nunq̄ est malꝰ finis ei qui semp bene vixit. ⁊ ex centū milibus vix vnus fineꝫ bonū habebit qui semp male vixit.

Quintū

Quintū est eligere sctōs approbatos pro patrocinio ⁊ obseqōse exorare scꝫ q̄tinus suis meritis impetrent: vt non subito aut improuise: sed sacramētis munitis homo moriat. Nam nostris tempibus repimus mltos sic faciētes: exauditos miraculose: qui etiam in peccatis vixerūt. Sed ex hoc non est tenendū ꝙ infallibiliter quis qualitercūqꝫ viuēdo si talia faciat exaudiat vt bene moriat. quoniā regula generalis est. ꝙ qui male viuit male finit. Tamē pie sperari potest exauditō ab eo qui crebra ac spiritualia obsequia aliq̄bus ꝑuilegiatis sanctis porrigit. Contulit em̄ deus specialibus sanctis specialia ꝑuilegia patrocinādi hoībus. sicut sctō Antonio contra ignis incēdium. vt determinat scūs Tho. in. iiij. dist. xlv. Sic ⁊ ꝑ mortis hora sanctis Ioāni ⁊ Sebastiano: Iacobo: Frācisco: Catarine: Dorothee: Barbare: ⁊ pluribus talibꝰ Maxime aūt btē ꝩgini Marie. ſm ꝙ canit ecclīa. Maria mater grē: mater miscdie: tu nos ab hoste ꝓtege: in hora mortis suscipe.

Sextum

Sextū est festū hodiernū feriare deuote cū pcessione ⁊ ieiunio solito ſm aliq̄s. Nam vt patuit ꝓpter hanc mortē. s. subitaneā cauendā instituta est hec letaniaꝝ dies. Deuote ergo hodie inuoca oēs sanctos: vt te custodiant annuatim.

Septimū

Septimū est remediū glīoso titulo crucis chrī ⁊ signaculo munire. ⁊ hoc sero cum te ponis ad dormiendū: et mane cum surgis dicendo. Iesu nazarene rex iudeoꝝ miserere mei. Unde Vincen̄. in speculo histo. parte. iiij. libro. xxxij. ꝙ christus apparuit Eadmundo Cantuarien̄. episcopo. ⁊ inter alia dixit. ꝙ quisquis hac scꝑtura: scꝫ Iesus nazarenus se munierit singulis noctibus contra mortem subitaneā valebit. Ad ideꝫ ⁊ discipulus in ꝓmptuario refert quendā peccatorē sic facientē a morte subitanea miraculose restitutū vite vt saluaret ꝛc. O ergo homo aduerte exempla sanctoꝝ: p̄cipue beati Marci. ⁊ disce sic viuere: vt non timeas in morte. ꝛc.

G

Septē precipua priuilegia b. marci euāgeliste.

¶ Circa tertiū p̄ncipale de excellentia beati Marci sit pro cōclusione. ꝙ btūs Marcus ꝯprobat inter sanctos dignissimus. Et hoc p̄cipue septē priuilegijs ordine alphabeti. Primū dicit assimilationis. Nā inter euāgelistas voluit spūssanctus ipm prefigurādo assimilari leoni. Ezechielis. j. Et pro hoc testimōio domini nostri Iesu christi. Pro quo nota. ꝙ de christo domino quattuor p̄cipua ab oībus hoībus in mūdo credēda. s. vera humanitas: vera deitas: vera passio: ⁊ vera resurrectio. Propter quod quattuor euangelistas habere voluit: vt quattuor euangelica instrumēta componerent. Et istis testibus quattuor oēs homines crederēt: quibus videlicꝫ instrumētis et testibus certi redderemur de nostra salute. Sed quia testimoniū fertur aliquādo de visu: aliquādo de auditu. Ideoqꝫ ſm Augusti. Christus voluit habere duos testes de visu: scꝫ Mattheū ⁊ Ioānem. ⁊ duos de auditu: scꝫ Lucam ⁊ Marcum. Vn̄ testis de vera humanitate christi fuit Mattheus q̄ genealogiā chrī texuit. ⁊ ideo in figura hoīs significat. Testis aūt de diuinitate christi Ioānes fuit. ⁊ ideo in specie aquile que solem limpide aspicit figurat. Testꝫ vero de passione fuit Lucas expssius scribendo. ꝓpter ea in figura vituli qui deo sacrificabat est figuratus. Deniqꝫ testis de resurrectione fuit Marcus: qui de ea apertius agit. Nam ⁊ in die resurrectionis eius euāgelium toti mundo recitat. ⁊ ideo in leone figurat qui rugitu die tertia catulos suscitat. vt supra patuit. Secundū priuilegiū dicit baptizatiōis. qꝛ a sūmo pōtifice

Petro est baptizatus ſm Hiero. Legenda.

Legenda

¶ Cum eñ eſſet leuites genere ⁊ ſacerdos: factus eſt Petri apl̃i in baptiſmate filius: atq; in diuino ſmone diſciplus: ⁊ cũ ipõ vſq; Romã eſt ꝑfectus tanq; filius patrem ſecutꝰ. Hoc aũt eſt magne gl̃ie: magis q̃ filiũ fore regis terreni: cũ petrus fuerit chr̃i vicarius.

Tertiũ conſcriptiõis euãgelij.

Tertiũ ꝑuilegiũ cõſcriptionis. ſ. euãgelij. Nam anno dñi. xl. rogatus a fratribus Rome ſcripſit euangeliũ greco ſermone ſm Hiero. ꝑut ab ore Petri p̃dicãtis audierat: ⁊ a chr̃o per inſpirationẽ accepat: qđ Petrus examinando approbauit. Videnſq; Petrus Marcũ conſtantẽ in fide ipm̃ Aquilegiã deſtinauit: vbi ṽbum dei p̃dicando innumerabilẽ multitudinẽ cõuertit ad chr̃m: ⁊ epm̃ illis Ermacorã ordinauit: qui fideliter regens eccl̃iam: tandẽ martyrio eſt coronatꝰ. Ibiq; Marcus ſcp̃ſit illis idem euangeliũ in latina lingua: quia ꝑmũ in greca ſcriptum Rome reliq̃rat.

Quartũ dignificatiõis.

Quartũ ꝑuilegiũ dignificationis. q: m̃ltiplici dignitate refulſit. Primo p̃riarchali. q: b. petrus ipm̃ in Alexandriã miſit: ⁊ p̃riarchã ibi illũ p̃fecit ſm Hiero. vbi m̃ltos ad fidẽ cõuertit. Hanc autẽ dignitatẽ non ambiuit: ſed ex corde fugit ⁊ inuitꝰ obediuit. vñ pollicẽ ſibi amputauit: vt ſacerdotio reprobꝰ haberet. ſed tñ diſpoſitio dei ⁊ petri autoritas ꝑualuit: q̇ ſecũ diſpẽſauit ⁊ p̃ſidere coegit. Scđo fulſit dignitate ꝓphetali. Mox eñ vt Alexandriã eſt ingreſſus: ſubito ſandalia eius rupta ſũt ⁊ ſoluta: ꝑ qđ ſpũ ꝓphetico ꝑuidit ⁊ itellexit ſuũ corpus paſſiõe crudelr̃ inibi lacerandum. Videns aũt q̃ndã vetera cõſuentẽ tradidit ea illi. q̇ cũ repararet ſiniſtrã manũ ꝑuit vulnerauit ⁊ exclamauit di. Vnus d̃s. Quo audito vir dei ſpũ ꝓphetico ait. Vere ꝓſperũ fecit deus iter meũ. Factoq; luto ex ſputo manũ illiꝰ vnxit: ⁊ mox ſanauit. Qđ ille hõ vidẽs: in domũ ſuã introduxit. Cui dñm ieſum Marcus euãgelizauit: ⁊ illũ cũ toto domo ſua baptizauit. Cunq; ꝑuidiſſet ꝓpriũ ſuũ martyriũ antea iſtũ noĩe Auianũ epm̃ ordinauit. Tertio fulſit dignitate euãgeliſte. ⁊ Quarto dignitate martyrij. de quibus in ſequẽtibus dicemus.

Quintũ euãgelice p̃dicationis

Quintũ ꝑuilegiũ euãgelice p̃dicationis. vñ Hiero. in quadã glo. ſuꝑ Marc. d̃t ſic. Marcus euãgeliſta dei electus ⁊ diſcipulus petri ſeminat poſt Mattheũ: hoc ideo. q: abbreuiauit euãgeliũ Matthei cõſcribendũ. ſubdit. Fremit vt leo. ſ. cõtra pctõres obſtinatos. volat vt aq̇la. ſ. ꝑ cõtemplationẽ celeſtiũ. diſcit vt hõ. ſ. a Petro euangelicã ſapiam. ĩmolat vt ſacerdos: chr̃m paſſũ oñdẽdo ⁊ imitãdo vſq; ad mortẽ paſſionẽ. irrigat vt flumẽ: ⁊ floreſcit vt ager. ſ. fructificãdo. q: vt petrꝰ Dami. d̃t. Tantã ei gr̃am d̃s apđ Alexandriã ꝓrogauit: vt oẽs q̇ tũc ad fidei rudimẽta confugerẽt: mox ad cõtinentiã ac totius monaſtice ꝑfectiõis faſtigiũ ꝑuolarẽt.

Sextum feliciſſime coronationis.

Sextũ ꝑuilegiũ feliciſſime coronatiõis. Aſſecutꝰ eſt eñ auream ⁊ triplicẽ aureolã. ſ. ṽginitatẽ. Credit eñ ṽgo a deo fore electus. vñ ⁊ caſtimoniã docuit. Itẽ p̃dicationis coronã: q: innumerabilẽ popl̃m Aq̇legie ⁊ Alexandrie ſua p̃dicatiõe ꝯuertit ad chr̃m ieſum. Deniq; martyrij coronã. Nam dum in ſolennitate paſchali miſſam Marcus celebraret: ꝯueneẽt ꝯtra illũ infideles: ⁊ fune in collo eiꝰ miſſo traxerũt ꝑ ciuitatẽ tam crudelr̃: vt carnes eiꝰ lacerate fluerẽt in terra: ⁊ ſanguine lapides rigarent: ⁊ tandẽ in carcerẽ recludit. vbi cõſolatꝰ eſt primo ꝑ angelũ dei apparentẽ ⁊ di. Ecce nomen tuũ in libro vite ſcp̃tũ eſt. Scđo ꝑ dñm ieſum q̇ illũ viſitauit et cõfortauit di. Pax tibi Marce euãgeliſta meꝰ: ne timeas: q: ego tecũ ſum. Sequẽti aũt die dũ iterato huc illucq; traheret: dixit. In manꝰ tu. d. cõ. ſpi. meũ. q̊ dicto ſpm̃ tradidit: ⁊ ſic gl̃ioſo martyrio ꝯſũmauit. ⁊c.

Septimũ g̃tioſe ſuffragationis

Septimũ ꝑuilegiũ gr̃oſe ſuffragatiõis. Nam eiꝰ ſuffragijs obtinemꝰ ꝑmo tꝑalia bona. q: legit q̄ cum totã Apuliã ſterilitas inuaſiſſet: nec terrã pluuia irrigaret: reuelatũ eſt q̄ h̃ ideo acciderit. q: bti Marci feſtũ nõ colebãt. Dũ g̃ ꝓmiſiſſent ſe celebraturos ⁊ btm̃ Marcũ inuocaſſent: ſterilitas abijt: ⁊ abũdantia magna cũ pluuia congruẽti aduenit. Scđo obtinere valemꝰ corꝑalia. q: legitur q̄ miles q̇dã in p̃lio ſic vulneratꝰ in brachio vt depẽderet ⁊ p̃ſcindẽdũ medici cõſulerẽt: ille bti Marci iuocauit ſuffragia: ⁊ manꝰ cõtinuo fuit p̃ſtine ſanitati reſtituta. Tertio ſpũalia. q: dũ q̇dam Saraceni cũ q̇buſdã venetẽ naufragio ꝑijſſent in mari: vnus Saracenoꝝ beatũ Marcũ inuocauit: ꝓmittens eius limina viſitaturũ: ⁊ ſacꝝ baptiſma ſe ſuſceptuꝝ ſi ei p̃beret auxiliũ. Mox illi b. Marcus ſplẽdidus apparuit: ⁊ de fluctibꝰ eripiens in ſcapham collocauit: in qua q̇dam Veneti mercatores erant ab illo ꝑiculo naufragij ſaluati q̇ ſaracenꝰ tandẽ qđ vouerat nõ impleuit. Cui denuo Marcus apparuit ⁊ increpauit. Ille g̃ cõpunctus Venetias vbi iacet corpꝰ b. Marci tranſlatũ aduenit ⁊ baptiſma ibidẽ ſuſcepit: ⁊ Marcꝰ eſt appellatꝰ: q̇ in chr̃m ꝑfecte credẽs in bonis opibus vitam finiuit. Quarto obtinere valemus celeſtia. Nam anno dñi. M. ccxlj. apud Papiã in cõuentu fratrũ p̃dicatoꝝ: frater Julianus nomĩe iuuenis in extremis laborans exhilarata facie cepit clamare. Date locum fratres: quia pre nimia leticia ſtatim aĩa extra corpus exiliet. Inter hec leui ſomno obdormiẽs: vidit beatũ Marcũ ad ſe veniſſe: ⁊ iuxta lectulũ ſtare. Et ecce vox ad eũ. Quid hic agis o Marce? Et ille. Ad iſtũ morientẽ acceſſi: quia deo eius miniſteriũ eſt acceptũ. Et iterũ vox ad eum. Cur inter ceteros ſctõs tu veniſti p̃cipue? Reſpondit. Quia ſpecialẽ in me deuotionẽ habuit: ⁊ corpus meum deuote viſitauit. Et ecce q̇dam albati totam domũ replentes intrauerũt di. Venimus vt iſtius aĩam in cõſpectu dñi p̃ſentemus. Mox ille frater euigilans priori que viderat recitauit: ⁊ cum multo gaudio feliciter in dño obdormiuit. O ergo chariſſimi inuocemus beatũ Marcũ: veneremur ⁊ eius ſuffragia imploremꝰ: vt detur nobis eius meritis gr̃a. ⁊ mors ſalubris ac gl̃ia celeſtis. Amen.

¶ De ſanctis apoſtolis Philippo ⁊ Jacobo. Sermo ꝑmus cum Legenda.

IN domo patris mei manſiones multe ſunt. Joan. xiiij. ⁊ in euagel. huiꝰ feſtiuitatis. A Iſta ṽba ſaluatoris noſtri intelligi poſſunt de qualibet domo dei. Nam domꝰ dei eſt duplex. Prima eſt militãs. de qua. j. Timo. iij. Scias quomõ in domo dei oporteat te ambulare. Hec domus eſt ſancta eccl̃ia catholica: in qua deus habitat ꝑ fidem ⁊ gr̃am. ad Eph. iij. Dico chr̃m habitare per fidẽ in cordibus veſtris. In hac domo manſiões multe ſũt: id eſt multi homines diuerſoꝝ meritoꝝ. alij martyres: alij cõfeſſores: alij ṽgines: alij ꝯiugati: alij viduati: alij p̃ſbyteri: alij religioſi. Alia eſt domus dei triũphans: ſcʒ celeſtis patria. de qua. ij. Coꝝ. v. Habemus domũ non manu factam in celis. pſ. Replebunt ab vbertate domus tue. ⁊c. Ibi etiam ſunt multe manſiones ſm diuerſitatẽ premioꝝ. j. Corinth. xv. Stella differt a ſtella in claritate ⁊c. ſic ⁊ reſurrectio mortuoꝝ erit. ſed qm̃ iſti beati apoſtoli Philippus ⁊ Jacobus ſunt nunc habitantes in domo dei celeſti cum chriſto Jeſu. Idcirco de ipĩs hec ṽba ꝯuenienter dicunt. In q̇bus ṽbis ex q̊ iſti ſancti apoſtoli cõmendari vident de inhabitatione domus celeſtis. Idcirco de hac tria myſteria ex paſſu huius euangelij ad honorem iſtorũ ſanctoꝝ accipiamꝰ pro ſermone.

¶ Primũ de celeſtis domus p̃paratione. hoc notat in euangelio ipõ: cum dicit. Vado vobis parare locum. ſ. domum patris.

¶ Scđm de eius varij ſtatus manſione: vnde dicit. manſiones multe. ⁊c.

¶ Tertium myſteriũ de acceſſus illius oſtenſione. Nam ibidem dixit Tho. Domine neſcimus quo vadis: ⁊ quomõ poſſumus viam ſcire? Reſpondit Jeſus. Ego ſum via ⁊c. B

B Vtꝝ domus celeſtis indiguerit aliq̃ p̃paratione per chr̃m.

¶ Circa primũ de p̃paratione domus celeſtis q̃ſtio occurrit. Vtrum domus celeſtis indiguerit aliqua p̃paratione per chriſtũ. Ratio queſtionis eſt. quia dicit. Vado vobis parare locum. Et ſi abiero ⁊ p̃parauero iterũ veniam ⁊ accipiam vos. cum Matth. xxv. dicat. Venite bñdicti p̃ris mei poſſide. regnum qđ vobis pa. eſt ab

origine mundi. Nam si parata est ab origine mundi domus illa celestis patrie. ergo non a tpe ascēsionis chri in celū. sicut sonant ista vba. Vado pare ꝛc. Ad hoc respondēt pcipue tres docto. theologici. Primus doctor btūs Grego. qui vt habet lib. pgnosticor. dicit sic. Nō fecit nos deus vt nos gehēne tradat igniq3 ppetuo: regnū celor pter nos: gehēna pter diabolū facta est: s. pncipali9. sequit. Et hoc ita esse ex euāgelijs docebo. Ipse etem dns dicit his qui a dextris sunt. Venite benedicti pris mei pcipite regnū qd vobis paratū est ab origine mūdi. Illis aūt q a sinistris sunt dicit. Discedite a me maledicti in ignē eternū q patus est ꝛc. Non dixit vobis: sed diabolo ꝛ angelis eius. Sic ergo pter diabolū gehēna ignis: ꝛ pter hoiez regnū celor a cōstitutione mundi pparatū est. Hec ibi. Quibus verbis magnū nobis gaudiū nunciat: q scz deus velit oēs homines ad btitudinē puenire ꝛ neminē pire. sicut ꝛ apostolus testat. j. Timo. ij. Quid est ergo in causa q multi damnant cū diabolo nisi hoim ipor malicia: quia nolunt saluari: sed volunt pire. O mirabilis demētia peccator. o insania fatuor ꝛc. Malunt em per pctā esse in igne eterno: q per vtutes in celo. Secūdus doctor est Simon de cassia q hanc qstionē ex euāgelio mouet. Et respondet di. sic. Parauit locū in celo pater ab eterno pdestinando: filius in humanitate patiēdo: ꝛ impedimentū. s. culpe ꝛ pene remouēdo ꝛ in celū ascendendo. Nam licet essent ab eterno pdestinati. s. hoies: tamē beatitudinē non cōsequerent: nisi per grām. s. chri que datur tempaliter in psenti. sic ergo indiguit per chrm preparari. Tertius doctor est Nicol. de Ly. in postilla. di. sic. Si quo minus dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Sed non est necesse q vadā ad parandū: quia in deo est bonitas pfecta eternalis ꝛ imutabiliter ꝛ multipliciter pticipabilis a btis. Numerus etiā elector ꝛ termin9 meritor est eternalit ꝛ imutabiliter predestinat9. ꝛ sic totū paratū est ab eterno. fm illd Matt. xxv. Possidete paratū vobis regnū a cōstitutione mundi. Qr aūt subdit. Et si abiero ꝛ pparauero vobis locū Ex hoc non est intelligendū. q btitudo vel locus ipius idigebat aliqua pparatione. sed quia ipi electi indigēt pparatione ad hoc q possint btitudinē cōsequi. quia licet sint ab eterno pdestinati: tamē beatitudinē non cōsequent: nisi mediāte grā spūssancti. Chrus ergo in glia celesti non pparauit aliquod nouū ascendēdo: sed per ascensionē donū spiritussancti misit fidelibus: per quod pparant ad cōsecutionē btitudinis. et sic itelligit pparasse locū beatitudis. subdit. Iterū aūt veniā ad vos: ꝛ accipiā vos ad meipm. s. in morte quo ad beatitudinē anie. ꝛ in iudicio veniam ꝛ accipiā vos ad beatitudinē anie simul ꝛ corpis: vt vbi ego sum ꝛ vos sitis ꝛc. Hec Lyra. Simon de Cassia. O ineffabilis dilectio nō contentus cōsortio angelor: sed hoies intantū pensauit: vt in terrā descēderet ꝛ pereūtes qreret: vt in domo patna secū habitarēt: nobis pticipans in humanitate: vt secum essem9 pticipes in diuitate. O iesu bone tibi laus ꝛ grarz actio. O beati apli Philippe et Jacobe quales nunc laudes dicitis deo ꝛ domino Jesu pro tante felicitatis preparatione.

(Numer9 elector pdestinatus)

C

¶ Circa scdm principale de varietate mansionū celestium querit. Quō in celesti domo vel patria dicant multe mansiones fore: cum obiectū btitudinis sit vnicū. s. ipe deus. Unde ꝛ Matt. xx. Idem denarius diurn9 datus omibus in vinea domini laborātibus legit: quo celeste premiū designat. Respondet fm dock. q in glia celesti qūuis sit idem obiectū beatitudīs nullam diuersitatem habens in se. hoc est deus. tamē ex parte beatorum est diuersitas in pticipando hoc obiectum fm varietatē meritor. ꝛ ideo ibi sunt multi gradus ꝛ distinctiones mansionū. Unus enim excedit alium in beatitudine pcipue tripliciter.

(in celesti domo mlte mānsiones.)

¶ Primo in essentiali felicitate.
¶ Secundo in pmiali dignitate
¶ Tertio in accidentali iocunditate.

(Prio in essentiali felicitate.)

¶ Primo in essentiali (siue dicam diuinali) felicitate. quia quāto quis amplius hic cognouit deū per veritatem fidei tanto clarius in celo videbit eum. ꝛ quāto magis dilexit per amorem: scz abstinendo a peccat ꝛ precepta huando: ac si gratuite diligen. tanto ampli9 perfruet in celo diuina suauitate. Nā vt volunt docto. sup iiij. dist. premiū essentiale correspondet radici charitatis ꝛ fidei. ergo ꝛc. Querit ergo. Utrū ex hoc q vn9 altero minus habet de diuinali felicitate: dāna sentire videat in btitudine? Ad id respondet Grego. moral. li xxxiiij. di. sic. Apud prem māsiones multe sunt. quia in illa beatitudine non dispari vnusquisq iuxta dispar meritum locum disparem pcipit: sed eiusdē disparitat damna non sentit. quia tantū sibi sufficit quantū percepit. Hec ille. (Questio)

D Secūdo in pmiali dignitate vnus beatus alium excedit. quia vt ait Augu. Unaqueq anima pro meritis suis illic honorat ꝛ glorificat. sicut videm9 q alia est claritas lune: alia solis: alia stellar ꝛc. Unde Gregorius moral. lib. iij. Quia in hac inquit vita nobis est discretio operum: erit in illa discretio dignitatum: vt quo hic alius aliuz supat merito: illic alius aliū retributione transcēdat. Unde in euāgelio dicit. In domo patris mei mansiones multe sunt. (D Scdo in pmiali dignitate.) Si queras. nū quid ergo vnus btūs alteri inuidebit eo q ille plus habeat? Respondet Grego. ibidē dicēs. q in illa diuersitate retributionis erit cōcors charitas. quia tanta vis in illa pace nos satiat: vt qd in se quisq nō accepit: hoc accepisse in alio exultet. Exempli grā. quādo dat corona capiti ꝛ non pedi. vel quādo datur munus manibus ꝛ non ori vel dorso: pes: os: dorsum: oculi: ꝛ cetera membra non inuident: imo gaudent se accepisse in capite vl manibus. (Questio.) Item querit. Utrū btūs q minoris est glie optet gliam maioris habere in se? Respondet August. lib. de ciuita. dei. xxij. di. sic. In patria habebit deū alius alio minus: vt hoc quoq donū habeat ne velit amplius. Exempli gratia. Uas paruū plenū aqua fontis: non appetit se habere aquā fontis in dolio existētis. qr sufficit sibi quantū habet. Ad idem Ans. lib. similitudi. dicit. Dices forsitan si deus ꝛ omes beati volunt quod ego volo: ero itaq pro velle meo de maioribus in celo: quia volo augmentū mei boni. Et respondeo. q si etiaz beato Petro par esse in glia volueris: eris. Impossibile est autē illi equari velle in glia: si meriti eius impar fueris. Et infra dicit. q sicut in humano corpe pes non exoptat loco aut officio manus auctoris: vel nasus oculi loco vel officio fūgi. ita in illa admirabili ꝛ gliosa dispositione celesti quisq quod adeptus fuerit amabit: sic vt statū suū potiori gradu mutari nō velit. (Questio.)

E Tertio in accidētali iocūditate pro opibus bonis hic factis vnus btūs aliū excedit. opera em illor sequunt illos. Nota aūt q plura sunt genera operum bonor ex qbus accrescit accidentale gaudiū cōtinue vsq ad finē mundi beatis in celo. (E Tertio in accidentali iocunditate.) Primū est sacre scripture expositio ꝛ dictatio ac scptitatio. Nam pphetis ꝛ euāgelistis: ac aplis eplas scribentibus. sic ꝛ doctorib9 q libras ꝛ sermones cōposuerūt semp gaudia accidētalia accrescēt: quotiēs ex eor scptis homies emendant ꝛ ad deū conuertunt. Lu. xv. Gaudiū est in celo sup vno peccatore penitē. ꝛc. (Genera operum ex qbus accrescit accidētale gaudium.) Scdm est ordinū institutio vel reformatio. Nam qd bona fiunt in ordine toto vel religione: totiēs gaudiū accñtale crescit illius ordinis institutori: puto btō Frācisco de ordine minor. ꝛ sic de alijs. (Scdm.) Tertiū est ecclesiar ꝛ monasterior cōstructio. quia ex omibus ꝛ singulis bonis opibus in tali ecclesia vel monasterio factis habebit gaudiū accñtale is qui edificauit. Similiter q altare fundauit p missis. (Tertiū) Quartū est imaginū depictio. Qui em faciūt fieri crucifixi imaginē vel beate Marie: aut alior sanctor in publica strata: vel in ecclesia quotiēs a quolibet homie illis reuerentiā exhibet: gaudiū accñtale habebūt speciale pro sanctor honore. (Quartū) Proinde laudabile est habere imagines crucifixi: vel sanctor circa lectū tuum aut mensam: vt ex aspectu memoreris chri iesu ꝛ sanctor ac reuerētiā facias.

Quintū est missarū ordinatio. Qui em ordinant perpetuas missas in ciuitate vel villa. vel cantandū missam de beata virgine: vel de corpe chri in hebdomada: vel pro defunctis. ꝛc. Uel Salue regina misericordie. in (Quintū)

q̄dragesima ꝛ hmõi: quotiens hec dicunť vel canunť: ſꝑ illis gaudiū creſcit. Sextum genus eſt diuini cultus ampliatio. Unde illis qui de iuſtis rebus ꝓcurant fieri in aliq̄ eccſia miſſale vel calicē: aut alia paramenta: vel libros ex quibus deus laudať et colitur q̄tiens in illis celebrať: totiēs gaudiū in illis hominibus in celo cumulať. Septimū eſt hoſpitaliū edificatio vel fundatio: vbi q̄tidie opa miſcdie exercenť in paupes ꝛ iīfirmos. Simiľr qui inſtituūt pro refrigerio defunctoꝝ in hebdomada: vel q̄ndena balneū fieri paupeꝝ: totiens gaudia habebūt: quotiēs infirmi vel paupes conſolāť. Octauū eſt exemploꝝ bonoꝝ pſtatio. Unde Ceſari⁹ dicit. Quantis hoibus exemplū vere hūilitatis ꝛ charitatis pfecte oñderis: cū tantis ꝛ pro tātis eterna premia poſſidebis. Hec ille. Et ſic creſcit gaudiū ꝛc. Nonuꝫ genus eſt inſtructio ſalubriū oronūq̄ꝫ edoctio. Qui em̄ docent pueros vel alios Pater nr̄: vel Aue maria: vel ſymbolū: aut dei p̄ceptum ꝛc. quotiēs ille puer vel hõ orat: totiēs illis gaudiū accñtale creſcit. F De niq̄ꝫ per cōtrariū ſunt plura genera opeꝝ ex q̄bus h̄ demerenť hoies cū pctis ſuis: ꝙ pena eoꝝ augmenteť in inferno vſq̄ꝫ diē iudicij. Primū eſt nouū modū peccādi adiuenire. ſiue in ſupbo ornatu: ſiue in auaricia: aut luxuria ꝛc. q: quotq̄t illos imitanť in talibus ſemp accidentalis pena creſcit. Scđm eſt exactiones iniuſtas ꝛ aggrauatiões paupeꝝ inſtituere. puta falſa telonea: dicas. ꝛ ſubditoꝝ nimia ſuitia inſtituere. ꝛc. Tertiū eſt feſtis dieb⁹ nūdinas fieri ꝓcurare vel cõſulere. Tales em̄ rei ſunt oim maloꝝ que in nūdinis fiunt: et eoꝝ pena annuatim augeť. Quartuꝫ eſt iniuſte abq̄ſitas quaſcunq̄ꝫ res aut metas iniuſte dilatatas: ſic relinq̄re ſuis ad poſſidendū iniuſte. quia nõ minus tenenť reſtituere heredes. Pctm̄ aūt non dimittiť niſi reſtituať ablatū. vt đr Augu. xiiij. q. vj. Si res. Ergo q̄diu ab heredibus poſſideť: illi p̄mo pena accñtalis augeť pro ſingulis emolimētis poſſeſſionis: ꝛ pro ſinglis quotq̄t de ſtirpe illa dānabunť. Quintū eſt impig̃ratas res nõ cõputando eaꝝ fructus in ſortē alijs ſic dimittere. quia hoc eſt vſura. extra de vſu. ca. j. ꝛ ſe. ꝛ tenenť ad reſtitutionē non ſolū ille p̄ncipalis vſurari⁹: ſed ꝛ heredes. eo. ti. cū tu ꝛc. Sextū eſt artificia mechanica falſificare: ꝛ fraudis modū nouum inuenire: vel excogitare. Septimū eſt ſtatuta noua vel iura ordinare vñ paupes grauanť. Octauū eſt hereſes cõdere. Uñ Auguſti. dicit. ꝙ Arrius hereſiarcha nondū adhuc habet ex toto penā ſuam. Sic ꝛ Joānes huß. q: q̄tq̄t inficiunť hoies hereſi ſua: pro tot penā luent. Nonū eſt culpe exēplū poſt ſe relinq̄re: vel pcti modū docere aut cõſulere. q: vt ait Grego. in moraľ. Tot mortibus quiſq̄ꝫ dignus eſt: q̄t prauitatꝫ exēpla in poſteros reliq̄t. O q̄ hõ caue hec pctā ne pereas ꝑ tormēta. G

Margin: Septimū; Octauū; Nonū; F Pctā genera opeꝝ ex q̄b⁹ pena in inferno augmentatur.

¶ Circa tertiū p̄ncipale de acceſſu vie domus celeſtꝫ lucide ptꝫ in euāgelio ipo: q: cuꝫ dñs dixiſſet. Et q̄ ego vado. ſ. ad prēm ꝛ viā ſcitis. i. ſcire debetis. Simon de Caſſia. Hoc inq̄t intelligiť q̄ ad debitū. Ipe em̄ ſciuit eoꝝ deſideria. ꝛ ideo dedit eis occaſionē interrogādi. Dicit ergo ei Thomas. Dñe neſcimus q̄ vadis. ſ. in ſpeciali ꝛ determinate: licꝫ ſciret in generali. ſequiť. Et quõ poſſumus viā ſcire? Rñdit ieſus. Ego ſum via: ꝟitas: ꝛ vita. Uia inq̄ꝫ inobliq̄bilis: ꝛ vita deſiderabilis. Ex q̄b⁹ ꝟbis accipiam⁹ pro cõcluſione ꝟbum Augu. dicētis ſic. Chr̄s in hūanitate factus eſt nobis via ad diuinitatē. Huius rõ ſm Ly. q: ea q̄ chr̄us geſſit in hūanitate ſunt via ꝑducēs nos ad gl̄iam. Uñ ꝛ ſubdit. Nemo venit ad prēm niſi ꝑ me. ſ. credēdo ꝛ ope imitādo. oēs ergo alie vie ducūt ad inferos. ſola hec via. ſ. chr̄s ducit vere ad ad vitā. i. viſionē ꝛ fruitionē deitatis. ꝓpter quod merito dicit ꝟitas ꝛ vita ſm deitatē. Et ſic ptꝫ. Legēda. H ¶ Ad ꝓpoſitū de iſtis aplis aduertendū. ꝙ ipi in hac via pfecte ambulauerūt imitādo chr̄um. ꝛ ideo ad vitā eternā in domūq̄ꝫ celeſtē ꝑuenerūt. Qđ ptꝫ ex eorum hiſtorijs. Nimiꝝ Philippus apl̄s cum. xx. annis ꝑ Scythiā p̄dicaſſet a paganis teneť: ꝛ ad imolandū ſtatue Martis cõpelliť. tunc ſubito draco ingēs de ſub baſe exiuit: qui filiū pontificis ignē ꝓ ſacrificio miniſtrantem: duos q̄ꝫ tribunos q̄ꝝ miſtri Philippū detinebāt: extinxit. ceteroſq̄ꝫ ſui flatus fetore morbidos reddidit. Philippus ergo dixit. Credite mihi ꝛ ſtatuā confringite: ꝛ eius loco crucē dñi adorate: vt iīfirmi ſanenť ꝛ mortui ſuſciteť. Qđ illi ꝓmittentes Philippus draconi ꝑ cepit in deſertū ire vt nulli noceret. Qui ſtatim receſſit: nec vltra cõparuit. Tunc Philippus ſanauit omēs: ꝛ illos tres mortuos ſuſcitauit. Sicq̄ꝫ vniuerſis credētibus perannū adhuc eis p̄dicauit. ꝛ ordinatis pſbyteris ac diaconibus: in Aſie ciuitatē Hierapolim venit: ibiq̄ꝫ hereſim Hebionitaꝝ dicentiū chr̄m carnē phantaſticā aſſumpſiſſe extinxit. Erant autē illic due ſacratiſſime ꝟgines filie eius ꝓphetiſſe: per quas dñs mltos ad fidē cõuertit. Erat quoq̄ꝫ ipe Philipp⁹ annoꝝ lxxxvij. Quē poſtea infideles tenuerūt: ꝛ inſtar mgr̄i ſui quem p̄dicabāt cruci affixerūt: ꝛ tandē iuxta euꝫ due filie ei⁹ vna a dextris: ꝛ alia a ſiniſtris ſunt ſepulte. J Jacobus apl̄us iſte vocatus eſt Jacobus alphei: quia fuit filius alphei ſm carnem. Uocatus eſt ꝛ frater dñi: ex eo ꝙ ſimillim⁹ ei fuit: adeo vt pleriq̄ꝫ in eoꝝ ſpecie errarent. vt teſtať Ignacius in epl̄a ad Joā. Diciť q̄ꝫ frr̄ dñi. q̄m chr̄s ꝛ Jacobus ſicꝫ a duab⁹ ſororib⁹ deſcēderāt ſic a duob⁹ frībus. ſ. Joſeph ꝛ Cleopha deſcēdere putabanť. q: erat Jacobus filius marie filie Cleophe: q̄ Cleophas fuit frať ipius Joſeph ſpõſi btē ꝟginis Marie. Et taliť ſe cõtingētes: iudei vocabāt frēs. Uocatus eſt etiā Jacobus minor ad differētiā Jacobi filij zebedei. licꝫ q̄ppe iſte natus ſit por: tñ vocatiõe poſterior fuit. ꝛ ꝓpterea Jacobus minor. Deniq̄ꝫ vocat⁹ eſt etiā Jacobus iuſt⁹ ꝓpter excellentiā ſctitatis. Tante em̄ reuerentie ꝛ ſctitatꝫ erat in ꝑplo ſm Hiero. vt fimbriā veſtimēti eius certatī tāgere cupent. Egeſipp⁹ q̄ꝫ đt de eo. Hic ex vẽo mr̄is ſue ſctūs fuit. vinū ꝛ ſiceraꝫ non bibit: carnes nunq̄ꝫ mādūcauit. ferrū in caput eius nõ aſcendit. balneis nõ eſt vſus. ſyndone. i. veſte linea ſꝑ indutus. totiēs in orone flexerat: vt callos in genibus h̄ret. Hic ſolus inť aplos ꝑmittebať ob ſctitatē intrare ī ſancta ſctoꝝ: ꝑpetueq̄ꝫ ꝟginitatꝫ extitit. vt teſtať Hieron̄. cõtra Joui. Uñ ꝑ ceterꝫ aplis Hierſoſymis epſ eſt ordinatus: ꝛ p̄mus in pōtificaliб⁹ miſſaꝫ celebrauit. Septio aūt anno epatus ſui cū ad diē paſche apl̄i Hierſoſymis ꝯueniſſent: ꝛ Jacob⁹ cū eis corā Caipha ꝛ alijs iudeis chr̄m p̄dicaſſet: iamq̄ꝫ ꝓpe eēt vt baptizari vellēt: repēte q̄dam tēplū ingrediēs clamauit di. O viri iſraelite: q̄d facitis: cur ab iſtis magꝫ vos decipi ꝑmittitꝫ. ꝛ in tātum cõcitauit ꝑplm̄ vt aplos lapidare vellent: ꝛ aſcendēs (iacobū) hõ ille de g̃du q̄ p̄dicabat p̄cipitauit deorſum: ꝛ extūc ꝑlmū claud⁹ eſt effect⁹. Tandē anno epat⁹ ſui. xxx. iudei ad ipm̄ cõuenerūt di. Oram⁹ te vt reuoces ꝑplm̄ errantē in ieſu. Uñ in die paſche ſtatuerūt illum ſup pinnaculū tēpli: ꝛ voce magna clamātes dixerunt. Uiroꝝ iuſtiſſime cui nos om̄es obtpare debem⁹: q̄m ꝑpl̄s errat poſt ieſum crucifixū: enūcia nobis q̄d tibi videť. Tūc iacobus ingēti voce rñdit. Quid me interrogatis de Jeſu? Ecce ipe ſedet in celis a dextris dei venturus iudicare viuos ꝛ mortuos. Tunc chr̄iani gauiſi ſunt. Phariſei aūt ꝛ ſcribe exclamauerūt di. O. o. ꝛ iuſtus errauit: ꝛ aſcendētes ipm̄ p̄cipitauerūt ꝛ lapidare ceperūt. Qui ſup genua recūbens dixit: Dñe dimitte eis: quia neſciūt quid faciūt. Tunc vnus illoꝝ partica fullonis arripiens valido ictu caput eius impetijt: ꝛ cerebrū excuſſit. Taliq̄ꝫ martyrio ad dñm migrauit: ꝛ ſepultus eſt ibidē ꝓpe templū. Rogemus ergo dñm ieſum: vt ꝑ merita ac p̄ces iſtoꝝ btõꝝ aploꝝ det nobis g̃am ꝛ gl̄iam. Amen.

Margin: G De acceſſu vie dom⁹ celeſtis. H Legenda. J Jacob⁹ minor

¶ Pro ſctis Philippo ꝛ Jacobo aplis. Ser. ij. De ſacro euangelio quod legiť in hoc feſto.

A It ieſus diſcipulis ſuis. Non turbetur cor veſtrum neq̄ꝫ formidet: creditꝫ in deū ꝛ in me credite. Jo. xiiij. ꝛ in euāge. ho. A Chr̄s dñs poſtq̄ꝫ in cena vltima p̄dixit ſuā per diſcipulū traditionē ꝛ ſuam paſſionem atq̄ꝫ petri negationē ne diſcipuli dilecti totaliter eſſent in deſolatione pro morte magiſtri: tanq̄ꝫ pius magiſter cõfortauit diſcipulos ver

bis sacris fidei di. Non turbet cor vestrū neq formidet .s. pro iminente tribulatione: creditis in deū qui oīa potest: ⁊ in me credite. q. d. q: sum dei fili⁹ qui possum saluare vos: ⁊ ad eternā beatitudinē ꝑducere. ꝓpter qḋ subdit. In domo patris mei mansiones multe sunt ⁊c. Ex quo aūt hoc sacrū euangeliū legit in hoc festo beatorū Philippi ⁊ Jacobi apłoꝝ. Ad ipoꝝ ergo honorem de hoc euāgelio locuturi tria mysteria pcipua cōsideremus que in ipō tangunt. ⁊ sic cetera ꝓsequamur.

¶ Primum mysteriū dicit turbationis ꝓhibitio: ibi. Non turbetur. ⁊c.

¶ Secundū dicit ꝯfortationis remediatio: ibi. Creditis in deum. ⁊c.

¶ Tertiū dicit diuine visionis assecutio: ibi. Ego sum via: veritas: ⁊ vita.

B

Utrū homini chr̄iano liceat turbari

¶ Circa primū de turbatiōe q̄stio occurrit. Utrū homini chr̄iano liceat turbari? Rō q̄stionis. q: chr̄s dn̄s admonuit pluries discip̄los suos ne turbarent. Un̄ Mat. xxiiij. ꝑdicens ꝑsecutiones eoꝝ dixit. Uidete ne turbemini. ⁊ in ꝑmisso themate ait. Nō turbet cor vr̄m ⁊c. Et Mat. x. Nolite inq̄t timere eos qui occidūt corpus. ⁊c. Deniq ⁊ Prouer. xij. scribit. Nō cōtristabit iustū q̄cq̄d ei acciderit. impij autē replebunt malo. Et pro exēplo claret in istis apl̄is qui non sunt turbati in passione mortis pro chr̄o. Nam de btō Philippo legit. ꝙ ante septē dies obitus sui ep̄os et p̄sbyteros cōuocauit: eisq let⁹ obitū suū manifestauit di. Hos septē dies ꝓpter admonitionē vr̄am mihi dn̄s cōcessit. Et de btō Jacobo legit ꝙ in passione sua cōuersus sup genua orauit pro inimicis ipm lapidātibus di. Rogo dn̄e dimitte eis: quia nesciunt q̄d faciunt. quo claret ꝙ non fuit turbat⁹. Ad hec respondet ꝑm doct. ꝙ turbatio est triplex in hoīe. Pria est vitupabilis. Scd̄a tolerabilis. Tertia laudabilis.

Turbatō triplex in hoīe.

Pria est vitupabilis. vt illa turbatio que puertit iudiciū rōnis ⁊ deijcit a v̄tute. Et talis turbatio non licz homini chr̄iano. vt patuit ꝑ autoritates ꝑdictas in rōe Unde Lyr. exponens illud Prouerb. xij. di. Non cōtristabit iustū. s. tristicia deijciēte a v̄tute. quicq̄d ei acciderit. quia fortunā aduersam patient tolerabit. Impij aūt scz impatiētia fracti replebunt malo. s. culpe cui subueniet malū pene: ⁊ postea gehēne si ꝑseuerēt. Ad id est qḋ dicit Grego. Quisq̄s illata mala eq̄nimiter non tolerat: ipē sibi testis est: quia bonus nō est. Hec autem turbatio vitupabilis orit ex causis malis. aliq̄n ab auaricia. s. pro amissione rei tempalis. Prouer. xv. Conturbat domū suā qui sectat auariciā. Tales eīm nō possūt q̄escere in mētibus eoꝝ. quia vt ait Tullius. Tota vita auari hoīs est plena miserie ⁊ doloris pre sollicitudine. Sic ergo auarus turbat in se: ⁊ cōturbat domū suā .i. familiā nimis eam restringēdo a modo viuēdi debito ⁊c. Aliq̄n autē turbatio vitupabilis oritur ex verbis bilinguis. Eccli. xxviij. Susurrū ⁊ bilinguiū multos ꝑturbāt pacē habētes: ciuitates muratas diuitū destruxit. Aliq̄n oritur ex ira. Un̄ btūs Frāci. in regula dicit. Ira ⁊ cōturbatio in se et in alijs impediūt charitatem. Aliquādo autē causat ex indiscreto ꝑcepto ꝑlati. sicē fecit Dauid: qui ꝑcepit numerari populū. ꝓpter qḋ misit dn̄s pestilentiā in Israel: ⁊ mortui sunt septuaginta milia viroꝝ. ij. Regū. xxiiij. Un̄. ij. Coꝝ. vlti. Dedi eis scz ꝑlatz potestatē in edificationē: ⁊ non in turbationē. Aliquādo orit ex ꝑsecutione hoim. sicut turbabant discipuli chr̄i audiētes sibi iminere ꝑsecutiones quas chr̄s ꝑdixit. Nam quia nondū erant per spm̄ sctm̄ cōfirmati: turbabant timētes. Propt qḋ chr̄s cōfortanš. dixit. Non turbet cor vr̄m neq for. ⁊c. Auscultem⁹ ergo charissimi hec monita nostri saluatoris dicētis oibus nobis. Non turbet cor vestrū: scz aliqua turbatiōe vitupabili. neq formidet amissionē terrenoꝝ: aut ꝑsecutionem pati pro chr̄o ⁊ iusticia. quia vt dicit. ij. Tim. iij. Omes qui pie volunt viuere in chr̄o ꝑsecutionē patiunt.

Bilinguiū.

C

Scd̄a turbatio.

¶ Secūda turbatio est tolerabilis: q̄n. s. homo turbat de aliquo nociuo vel morte: sub impio tamē rōnis. Nam ꝑm Tho. ij. ij. q. clviij. art. ij. Ois passio itantū est bona vł saltē excusabilis: inq̄tū rōne regulat. Si aūt ordinē rationis excludat a sua rectitudine ꝓgrediens, ac per turbationē rōnis: mala est ⁊ vitupabilis. Cuz ergo motus ire ⁊ ꝑturbationis non est in ꝑtāte nr̄a. vt ait glo. sup illud ps. Irascimī ⁊ nolite peccare. Si q̄s ergo turbat naturali motu pro ꝑsecutione vel ꝑ morte sibi iminente: aut alio quouis nocumēto: dūmodo tanta sit turbatio ꝙ non puertat iudiciū rōnis: nec deijciat eam a sua rectitudine tolerabilis est. q: nō est pctm̄ mortale. Unḋ Augu. sup Joā. homel. vj. dicit sic. Pereant argumēta phoꝝ qui negāt in sapientē cadere ꝑturbationē anioꝝ: turbet plene aius chr̄ianus in miseria: sz timeat ne pereant hoīes chr̄o. Cōtristet cum perit aliq̄s chr̄o: ꝯcupiscat hoīes acq̄ri chr̄o: timeat ⁊ sibi ne. s. ꝑ turbationē pereat chr̄o. Cōtristet peregrinari se a chr̄o: cōcupiscat regnare cū chr̄o: letetur dum sperat se regnaturū esse cū chr̄o. Hec Augu.

Tertia turbatio.

Tertia turbatio est laudabilis: s. cuz homo turbat de pctīs suis. hoc eīm est bonū signū grē ⁊ salutis. Unde. ij. Coꝝ. vij. Que ꝑm deū est tristicia pniam in salutē stabilem operat. Hiero. Nulla culpa delet nisi tristicia anxiet. Un̄ ps. Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus: cor contri. ⁊ humi. ⁊c. Similr laudabilis est turbatio de pctīs alioꝝ ⁊ p̄iculis animaꝝ. Sic eīm de chr̄o legit Joan. xiij. ꝙ pro pctō Jude ꝓditoris turbat⁹ est spū. Un̄ Augu. in epl̄a. Pia inq̄t tristicia est: ⁊ sic dici pōt btā miseria vicijs alienis tribulari. nō implicari: merore contrahi: non amore attrahi. Hec ille. Sic credimus ⁊ de istis btīs apl̄is Philippo ⁊ Jacobo ꝙ ipi pro sua passione gaudebant: q̄m digni habiti sunt pro noīe iesu contumeliā pati: q̄uis pro pctīs ꝑsequentiū turbarent ista laudabili turbatione ⁊ orarent pro illis. multo ergo magis ꝑ nobisipos honorātibus orabūt in celo. O itaq aīa chr̄iana obs̄ua ne turberis mala ꝑturbatione: sed turberis salubri ꝑturbatione ꝑ tuis saltem pctīs: vt valeas regnare cū chr̄o ⁊ sctīs eius in celo.

D

De remedijs ꝯfortātib⁹ turbatiōe positos.

¶ Circa scd̄m ꝑncipale de remedijs cōfortātibus in turbatione positos hoīes inq̄rendū est. q̄libus remedijs possit hō cōfortari in turbatiōe ne peccet vel pereat eterna dānatione. Ad qḋ pro cōclusione notandū. ꝙ tria sunt potissima remedia in quacūq turbatione confortatiua: q̄ insinuant ꝑ ipa euāgelica v̄ba. vt patebit.

¶ Primū est fidei firma tentio.

¶ Secundū est premij celici ꝑparatio.

¶ Tertiū est dn̄i iesu chr̄i ꝑparatio.

Primū remediū est fidei firma tentio.

¶ Primū remediū est fidei firma tentio. Un̄ chr̄us dn̄s cum dixisset in euāgel. Non turbet cor vr̄m. statim posuit remediū cōtra turbationē ipam fidem di. Creditis in deū: ⁊ in me credite: in quo docet credere suā deitatem ac hūanitatē. q. d. ꝑm Augu. ⁊ Chryſ. i. ꝯsequens est ꝙ in me credere debeatis: q: ego suz creator vester ⁊ redēptor ⁊ remunerator. q̄ ⁊ si moriar vt hō: resurgā. q: deus sum. q̄ etiā post tribulationē ⁊ mortē letificare ⁊ remūerari possum. Hec ergo fides chr̄i iesu est remediū cōtra oīe turbatiōis p̄iculum. vn̄ Augu. sup Joā. Uirtus fidei qua credit in p̄rem ⁊ filiū est potētior omibus p̄iculis q̄ fidelibus accidere possunt. Jō. i. Joā. v. Hec est victoria q̄ vicit mundū fides vr̄a. sic sancti per fidē vicerūt regna. Hebre. xj. hoc claret in apl̄is ⁊ martyribus. Qn̄ g̊ o chr̄iane turbaris: ⁊ ꝑsecutione malorum tribularis tene firmā fidem de chr̄i bonitate ꝙ nō derelinq̄ris pire: sed purgaris ⁊ ꝓbaris: et semp adest auxiliū postulātibus in tribulatione. ps. Juxta est dn̄s his q̄ tribulato sunt corde. Jdeo Isid. Btūs est qui recte credit: recte credēdo bn̄ viuit: bene viuēdo rectā fidem illesam custodit. Qui eīm sic credit in chr̄m: etiā si mortu⁹ fuerit viuet. ⁊ omis q̄ credit in eum. s. fide firmata: non morit in eternū. Joā. xj.

E

Scd̄m remedium.

¶ Scd̄m remediū ꝑmij celestis vel glīe ꝑparatio. Un̄ saluator subdit in euangelio. In domo patris mei māsiones multe sūt: scz ꝑm varietatē ꝑmioꝝ. ꝓut quisq meruit. Si quo minus dixissem vobis: quia vado vobis parare locū. q. d. Si tribulationes in hoc mūdo patimini vel labores: cōsiderate mercedē vberrimā in celo vbi sunt mansiones multe quas ꝑparo vobis: id est vos ꝑparatos reddo ꝑ patientiā in tribulationib⁹ ⁊ ꝑsecutionibus ꝑ me suscepṫis. Unde ⁊ Matth. v. dixit. Beati estis cū maledixerint vobis hoīes ⁊ ꝑsecuti vos fuerint: ⁊ dixerint omē

malū aduer. vos mē. ppť me: gaudete ⁊ exul. qm̄ merces vr̄a copiosa est in celis. Hec ḡ ꝯsiderare ad supandum turbationes multū valet: dicente Greg. Cōsideratio pmii minuit vim flagelli. Un̄ ⁊ q̄dam phs interrogatus qd esset illud qđ nō sineret hoiem fatigari: Rn̄dit lucrum ⁊c. Ideo Iac. j. Btūs vir q̄ suffert tentationē: qm̄ cū pbatus fuerit accipiet coronā vite. O ḡ hō pensa vtilitatē turbationis ⁊ nō deficies.

F Tertiū remediū

F Tertiū remedium dn̄i Iesu chr̄i acceptatio: vt em̄ dt Gre. Tanto quisq3 acceptior erit regi chr̄o: q̄nto p eo ꝯstans fuerit in psecutionibus. Ideo chr̄s subdit in h euangelio. Iterū veniā ⁊ accipiā vos ad meipm̄: vt vbi sum ego ⁊ vos sitis. Dicit: vbi sum ego: qꝛ ante passionem suā erat btūs pfecte inquantū deus ⁊ inquantū hō quo ad animam licz q̄ ad corpus nō redundaret gl'ia aīe vt p nobis patereť in corpe. Sed ex vbis illis q̄stio oriť. Utrū chr̄s dn̄s veniat p semetipm̄ ad accipiendum suos electos ad se ipm̄ in btitudinem: qꝛ dt. Iteꝝ veniam ⁊ accipiam ad me ⁊c. Rn̄r fm Ly. sup hoc passu: ꝙ chr̄s dn̄s dupliciter venit ad accipiendū fideles. Uno mō accipiendo eos ad beatitudinē anime: ⁊ sic diciť venire in singulorum fidelium mortem: accipiendo aīas scās a corporibus ⁊ transferendo ad gl'iam. Iste tn̄ aduentus nō est in p̄sentia corpali sed potius p suū angelū: sicut de Lazaro dicit ꝙ portatus sit ab angelis in sinū Abrae. Lu. xvj. Alio mō veniet in fine mūdi: ⁊ tūc veniet corpaliter ad assumendum fideles ad btitudinem aīe ⁊ corporis simul in resurrectione. Hec tn̄ sunt intelligenda de cōmuni lege: quia ex puilegio speciali chr̄s venisse crediť ad aliquos corpali p̄ntia in mortꝫ hora: ⁊ aliqui sunt iam in btitudine in aīa simul ⁊ corpore: vt pie crediť de beata vgine ⁊ Ioanne euangelista. Uerūtamen de cōmuni lege vt ait Aug. donec finiať seculū sursum est dn̄s: licz multꝫ apparuerit ex speciali gr̄a: vt hec notat etiam Rich. sup. iij. di. xxij. Ad ppositū ḡ redeuntes recogitare debemus ꝙ vt ait Paul⁹ Act. xiiij. per multas tribulatiōes oportet nos intrare regnū dei. Et Heb. xij. Quē diligit dn̄s castigat: flagellat aūt oēm filium quē recipit. Sicq3 hac cogitatione ꝯfortati patientes simus in tribulationibus aduersitatum: imo gr̄as deo agamus ⁊c. Sic fecerūt isti bti apl'i Philipp⁹ ⁊ Iacobus. Et ideo letanť se p chr̄o morti exponeñ. regnāt nunc cum illo.

G Per quā viā possit hō visionē diuinam assequi

G ¶ Circa tertiū pncipale de assecutionis visione dei ⁊ beatitudinis tres precipue questiones eliciunť ⁊ soluuntur ex ipo hoď. euang. Prima questio. Per quā viā possit hō asseq visionē diuinam vel btitudinē supernā. Hec q̄stio oriť ex eo qđ saluator dixit in hoc euangelio discipulis. Et q̄ ego vado scitis: qꝛ iam dixerat ꝙ ad patrem iret. Et viā inqt scitis. i. scire debetꝫ: qꝛ dixerat ꝙ per passionem ⁊ mortē iret ad gl'iam resurrectionis. Dicit ei Thomas. Dn̄e nescimus quo vadis: ⁊ quō possumus viam scire. Licz em̄ scirent in gn̄ali ⁊ confuse: ignorabāt tn̄ in particulari ⁊ determinate. Et sic vbum ei⁹ non est vbo chr̄i ꝯtrariū. Hec fm Lyrā. Simon de Cassia. Laudabile est ꝯfiteri ignorantiā ppter acq̄rere scientiam: ideoq3 chr̄s h explicat magꝫ in particulari di. Ego sum via. Ly. hoc fm humanitatē: qꝛ ea q̄ chr̄s gessit in humanitate sunt via nos pducēs ad gl'iam. Et veritas inquit ⁊ vita. s. inquantū deus: qꝛ vt sic est terminus btitudinis sicut ⁊ pater: cū sit eadem essentia ⁊ bonitas amboꝝ: in cuius visione clara ⁊ pfecta fruitione consistit beatitudo. Et chr̄s dr̄ veritas rōne vere cognitionis vel visiōis essentialis: ⁊ vita rōne fruitionis. Qꝛ aūt via veniendi ad beatam visionē sit ipe chr̄s fm humanitatē ostendit di. Nemo venit ad patrē nisi p me. s. in me credendo ⁊ ope imitando. Et hoc soluiť q̄stio hec pmissa. Un̄ Aug. Chr̄s in humanitate factus est nobis via ad diuinitatē. Hec est ergo via ducēs ad vitā. Alie aūt omes vie ducunt ad inferos. Mar. vlt. Qui vo nō credi. ꝯdem. Deniq3 ꝙ etiā chr̄s sit termin⁹ btitudinis sicut ⁊ pater ondit di. Si cognouissetis me. s. pfecte q̄ntum ad deitatem: ⁊ patrē meū vtiq3 cog. quia pater ⁊ filius sunt vnū in deitate: ⁊ amodo cognoscetis eum. i. a tempore passiōis: quia post passionē imediate aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas: ⁊ tandem misso spūscō habuerunt extunc pleniorem cognitionē de mysterio trinitatis: ⁊ vidistis inqt eū. i. intellexistis. Qui em̄ recte cognoscit filium p fidē: in ipo cognoscit patrē: sicut in splendore cognosciť lux. Na pater ⁊ filius vnū sunt Ioan. x. Aliqui etiam coꝝ viderant audiendo vocem pr̄is in transfiguratiōe Mat. xvij. Et sic ptz.

H Scđa q̄liter possit videri de⁹ pr̄ ab homine

H Scđa questio: Qualiter possit videri deus pr̄ ab hoie. Hec questio oritur ex hoc euangelio: quia dixit christ⁹ ꝙ apl'i viderant deū patrē: ideo credidit Philippus ꝙ posset videri oculis corpalibus de⁹ pater sicut ⁊ fili⁹ videbať. Un̄ statim dixit. Dn̄e ondē nobis patrē ⁊ sufficit nobis. q. d. credo verbo tuo: sed patrē desidero. Hanc aūt questionē soluit dn̄s fm Ly. ostendeñ. qualiter pater videť: qꝛ non videť oculis corpalibus: nec etiā oculꝭ mentis visione intuitiua in hac mortali vita nisi a chr̄o homine. Ideo rn̄dit iesus di. Tāto tempe vobiscū sum ⁊ nō co. me. q. d. Magna ruditas est ꝙ tādiu doctrinā meam audistis ⁊ adhuc ita parū cognoscitꝫ me fm deitatē. Philippe: qui videt me: fm deitatē: videt ⁊ patrē meum: cū sint vnū in essentia pater ⁊ fili⁹. Sicut em̄ pater non videť nisi in btitudine: sic nec filius in sua deitate. Et qm̄ talis visio nō est concedenda hoī in via: ideo subdit. Quō tu dicis: ondē nobis patrē: qꝛ oculis corporalibus nō est visibilis: cū sit spūs: nec oculis mentis visione intuitiua videť in p̄nti. Et ideo debet sufficere habere noticiā fidei de eo: ⁊ tandē in patria videre clare. Propterea subdiť. Nō credis: qꝛ ego in patre ⁊ pater in me est. q. d. Istud debes credere ⁊ hoc tibi sufficit ad salutē. Et sic patet.

I Tertia qō ad btām visionē nō nisi p christum peuenit

I Tertia questio. Unde hoc pbatur ꝙ nō nisi p chr̄m ad btām visionē dei peruenitur: Rn̄r ꝙ p tria q̄ tanguntur in h euangelio. Prio p doctrinā chr̄i: ⁊ vba: qꝛ chr̄s in docendo regulabať a deitate in oibus: ⁊ ideo in nullo poterat deuiare a veritate: ppter qđ tali doctrie debet hō firmiter credere. Et hoc est qđ dicit. Uerba q̄ ego loquor vobis: a meipso. i. ab humanitate tm̄ nō loquor: sed a deitate: ⁊ h claret ex mundicia ⁊ pfectione doctrine chr̄i qua nō pōt esse maior: intantū ꝙ etiā sine miraclis dignū esset ei credere. Scđo h pbatur p opa diuinitus facta ad testimonium veritatis doctrine chr̄i que sunt efficacissimū argumentum veritatis. Deus em̄ nō pōt esse testis falsitatis: vt dicit Ans. cū sit prima ⁊ summa vitas. Et ideo p miracula ꝯfirmaň. doctrinā chr̄i ⁊ fidē efficacissimū est argumentum ꝙ chr̄s vere est deus. Et h est qđ dt. Pr̄ autē in me manens ⁊ ipe facit opa scz ad testimoniū deitatꝫ mee. Nō creditꝫ qꝛ ego in patre ⁊ pater in me est: cū sit vna natura amboꝝ: alioq̄n ppter opa ipa credite. q. d. Si vba nō inducunt vos ad credendū: opa miraculoꝝ totam virtutē nature transcendētia debēt vos ad hoc inducere. Tertio h idē pbať p ipa miracula ab apl'is in noīe Iesu opata. Et h est qđ dt. Amen amē dico vobis: qꝛ q̄ credit in me: opa q̄ ego facio ⁊ ipe faciet: ⁊ maiora hoꝝ faciet. Hoc ptz. Primo in doctrina: qꝛ plures ꝯuersi sunt ad fidē p pdicationē aploꝝ. s. multitudo gētium: q̄3 predicationē chr̄i: qꝛ pauci iudeoꝝ. Itē qꝛ apl'i pdicauerūt in oibus linguis: chr̄s aūt i lingua hebrea tm̄. Scđo ptz in miraclis. Magnū em̄ fuit ꝙ chr̄s sanauit tactu fimbrie vestimenti: sed maius videť ꝙ Petr⁹ ad solam vmbram sanauit infirmos: vt habetur Act. v. Qꝛ aūt illa miracula apl'i facturi erant nō nisi p virtutē chr̄i: subdit: qꝛ ego ad patrē vado: ⁊ q̄dcunq3 petieritis patrem in noīe meo: h faciā. Et sic ptz totū euangelium fm Ly. Ad ppositū. Isti bti apl'i Philippus ⁊ Iacobus in fide chr̄i magna miracula fecerunt: vt patuit in legenda: ⁊ p ipa fide christi passi sunt martyria: ideo nunc cū chr̄o gaudent in visione btā deitatis. O ḡ charissimi ⁊ nos simus fideles: ⁊ dn̄m Iesum rogemus vt ipsoꝝ meritis det nobis gr̄am ⁊ gloriam.

¶ Pro scīs Philippo ⁊ Iacobo aplis Ser. iij. de desiderio beatitudinis

A

Domine ostende nobis patrem ⁊ sufficit nobis Io. xiiij. ⁊ in euangelio hui⁹ festiuitatis. Quibus verbis cōmendatur sancta ⁊ pia petitio Philippi: ⁊ in exemplū nobis pponitur

r

vt desideremus super oīa ꝛ petamus a chr̄o visionis diuine gl'iam assequi in celo. Nimirum inter discipulos quidam petierunt secularem potentiā ꝛ sublimitatem: vt Jacobus maior ꝛ Joannes mediante matre Matt. xx. Dic vt sedeant hi duo filii mei: vnus ad dexteram ꝛ alius ad sinistram tuā in regno tuo. Alii petierunt futurorum scientiam Mat.xxiiij. Dic nobis qñ hec erunt ꝛ quod signum aduentus tui ꝛ consummationis seculi. Quidam aūt inimicoꝝ vindictā: vt filii zebedei Lu.ix. contra samaritanos nō recipientes chr̄m hospitio. Dic inquiunt vt ignis descendat de celo. Sed Philippus non petiit potentiā secularē: quia oīs potentatus vita breuis Eccl.x. Nec mūdanā sciam que inflat.j.Cor. viij. nec vindictā: quia ꝓhibita est Mat.v. Diligite inimicos vestros ꝛc̄. Sȝ petiit visionē paternā: quia eterna beatitudo est. Joan.xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te solum verū deū ꝛ quē misisti Jesum. Et nos ergo o charissimi illā petamꝰ in orōne ꝛ dicamꝰ cū Philippo. Dñe iesu ostende nobis patrē.s.in celesti patria ꝛc̄. In qbus vbis b. Philippꝰ necnō ꝛ cū eodē btūs Jacobus in tribus cōmendant nobis ꝓ exēplo imitandi.

¶ Primo in desiderii rectitudine: qz desiderauerūt visionē dei: vñ dr: Dñe ostende

¶ Scdo in meriti aptitudine: cū dr: Nobis

¶ Tertio in animi quietudine: cum dicitur: Et sufficit nobis. B

B Nō vtꝝ oēs hoīes appetāt supnā btitudinem

¶ Circa primū de btitudinis desiderio questio occurrit. Utꝝ omes hoies appetant supernam btitudinem? Ratio questionis est: quia oīa bonum appetunt.j.Eth. Beatitudo aūt maximū bonū hoīs ergo maxīe est desiderabilis oībus. Quid est ꝙ videmus plures hoīes toto affectu ꝛ desiderio sectari vicia ꝛ pctā varia.s.superbiam: auariciā: luxuriam: gulā ꝛc̄. que cōstat esse cōtraria felicitati: qm̄ vt ait phs.x.Eth.ca.viij. Felicitas est operatio intellectus ṡm virtutem: vicȝ humilitatē: pietatem: castitatē: sobrietatē: charitatē: ꝛc̄. (Primo) Rñr Primo per ꝯclonem. Scdo per declarationē. Tertio ꝑ exemplificationem. Conclusio est hec: ꝙ innatum est cuilibet homini etiā infideli desiderare vicȝ beatitudinem in generali: quamuis plurimi non desiderent illā in suo esse speciali. (Scdo btitudo duplex) Scdo declarat per Rich.in.iiij.di.xlix.di. ꝙ beatitudo pōt dupl'r considerari. Uno modo in generali.s.inquantum est bonum quoddā sufficientissimū. Et hoc modo oībus hoībus eius appetitꝰ naturalis est. Unde Aug.xiij.de trin.ca.viij.dicit sic. Ad appetendū beatitudinem natura cōpellit: cum summe bonus ꝛ immutabilis beatus creator hoc indidit. Item Boe.iij. de consol. phīe probat ꝙ mētibus hoīm veri boni inserta ē cupiditas: ergo ꝛc̄. Ratio ad idē est: quia vnicuiqȝ naturaliter appetibilis est suus finis: sicut naturale est graui tendere deorsum: ꝛ leui appetere sursum. Item auibus naturale est volare appetere: ꝛ piscibus natare. Sed beatitudo est vltimus finis humane vite: ergo omnes eam appetunt: quantū omes eā hoc mō.s.in suo esse generali norunt. Quilibet eīm scit generalr beatitudinem esse quid bonū sufficientissimū. Scdo mō pōt considerari beatitudo in suo esse speciali.s.inquantum consistit in clara dei visione ꝛ pfecta dilectione ac gaudio qd habet de dei bonitate presenti per clarā visionem eius ꝛ pfectam dilectionē ꝑpetuo. Et isto mō non omes eam appetunt. Ratio: quia vt ait Aug.x.de tri. cap.j. Firmissime nouimus inquit amare nisi nota non posse. Et.ij. de aīa. Nil volitū nisi cognitum. Sed non omnes hoies cognoscūt beatitudinem in speciali. Qd patet: quia vt dr phus.j.Eth. Quidam posuerūt btitudinē in voluptatibus: alii in diuitiis: alii in honoribꝰ ꝛc̄. Soli aūt veri chr̄iani cognouerunt veram btitudinem fore in visione deitatis ac fruitione eius perfecta atqȝ gaudio cum chr̄o Jesu in quē desiderāt angeli pspicere ꝛ beati ingrediunt.s.ad contemplationē deitatis: ꝛ egrediunt ad contemplationē gloriose humanitatis: ꝛ pascua inueniēt: vt scribit Joan.x. O ꝗ̄ felix ergo illa patria quā vtiqȝ veri christiani habebunt: vbi erit oīe bonum ꝛ aberit oīe malū: vt dr Rich. ꝛ Aug. Sed ꝛ o ꝗ̄ miserrimi oēs pctōres: qz excludunt ab illa.s.btifica dei visione. Esa.xxvj. Tollatur impius ne videat gloriam dei.

C Tertio exēplificatiōis

¶ Tertio dicta conclusio ostēditur ꝑ exēplificationem. Ad quod physicum exemplū est: ꝙ sicut hoies appetunt omes qdem sibi sapida vl' dulcia in generali: non tñ omes malmaticū vel aliquē cibū sapidū in speciali: quia non oēs hoc nouerunt: eo ꝙ non pregustauerunt. Sic in ꝓposito est ꝙ hoies etiā infideles appetunt in generali beatitudinem: cuius tñ verā dulcedinem in speciali fideles deuoti tñ in amore.s.chr̄i nouerunt: ꝛ per grām specialem pregustauerūt: ergo mali illi nesciunt in speciali appetere quemadmodū isti fideles ꝛc̄. Deniqȝ ṡm Hypocratem in epicintis ac physicos: natura morbo corrupta appetit sibi nociua: vt exēpli gratia. Febricitantes appetūt aquā bibere: ex qua magis auget febris. Sic homo postqȝ corrupta est vicio natura: appetit vicia ꝛ beatitudini cōtraria: cum tñ rō deprecatur ad optima.iij.Eth. Vñ ꝛ apl's ad Gal.v.dr. Caro.i.sensualitas ꝯcupiscit aduersus spiritum: ꝛ spiritus aduersus carnem. Et quia plures sequunt impulsum sensualitatis ꝗ̄ dictamē rōnis: ideo plures sunt viciosi ꝛc̄. (Scdm) Aliud exemplū ethicū: qz nouimus ꝙ oīs hō remorsum scientie habet de pctis: qz synderesis remurmurat omi malo ꝛ naturalr tēdit ad bonū virtutis. Vñ naturalr homo verecundat de pctis ꝛ delectat de virtute: ꝑpter quod etiam malus homo dolet si vitupatur de vicio: ꝛ gaudet laudari de virtuoso ope. Rom.vij. Cōdelector legi dei ṡm interiorem hoiem ꝛc̄. Cur hec nisi quia homo se naturalr nouit factum ad btitudinem ꝛ illam appetendam. (Tertiū) Tertiū exemplū politicū: quia videmus ꝙ homo quantūcunqȝ malus diligit in subditis bonitatē ꝛ in suis fidelitatē: in vxore castitatē: ꝛ persequtur in ipsis malum: leges iustas cōdendo ad coertionē peruersorū Rom.ij. Gentes que legē non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt ꝛc̄. Cur hec nisi qz hō etiam infidelis tendit naturalr ad bonū felicitatis in generali. (Quartū) Quartum exemplū theologicum: qz dr ps.xlj. Quemadmodū cerūs desiderat ad fontes aquaꝝ: ita anima mea ad te deus. Ubi ṡm expositores ꝛ Cassiod. dicitur: ꝙ ceruus senio grauatus ac crescētibus pilis ꝛ cornibus: serpentem naribꝰ trahit. Quo hausto: veneno estuante ardentissime desiderat fontem ad bibendū ꝛ sic ceruus cornua ꝛ pilos deponit. (Ceruus) Quando etiā ceruus fuerit vexatus a venatoribus ꝛ calefactus: non tā desiderat riuulum: quia putat se ibi nō refrigerari: sed multum desiderat fontē viuū ꝛ ad illū currit: quo hausto refrigerat ꝛ vires recuperat. Sic spiritualr aīa humana vexata ꝛ fatigata tentationibus ꝛ grauata ac veterata viciis ꝛ pctōꝝ ꝯsuetudinibus: debet haurire serpentes occidendo.i.diabolicos instinctus perimendo in seipsis: ꝛ desiderare fontem btitudinis chr̄m vt reficiatur: non riuulum creature: quia non satiat nec refrigerat aīam creatura quecūqȝ: sed solus deus: vt ait Aug. Sicqȝ potata anima fonte chr̄o: vetustatē vicioꝝ deponit: ꝛ sic ad beatitudinē peruenit. O ergo christiane accipe exemplum ab omnibus sanctis dei: ꝛ precipue ab istis beatis Philippo ꝛ Jacobo apostolis qui oīa cōtempserunt ꝓ desiderio beatitudinis ꝛ amore chr̄i iesu vt ipm̄ fontem glīe celestis lucrifaciant. Et tu ergo fac similiter vt in eternum congregnare valeas. D

D Utrū hō ex naturali btitudinis desiderio aptus ad eā esse mereat corā deo

¶ Circa scdm̄ principale de meritoria aptitudīe ad beatitudinē querit. Utrū homo ex naturali btitudinis desiderio aptus vel idoneus ad eā esse mereat coram deo? Rō questiōis est: qz vt ait phs.ij.Eth. Ex his que insunt nobis a natura nec boni sumꝰ vl' laudabiles: nec mali seu vitupales. Sed hoi naturalr inest btitudinis desideriū: vt patuit: ꝗ tali desiderio nō meret corā deo Sed in ꝯtrariū est: qz in desiderando deū est meritum. Unde Greg. homel.xxiij. Qui inqt deū desiderat pfecto iam habet quē amat. Appetēdo aūt btitudinem deum desideramus: ꝗ meremur ex tali desiderio p̄mium beatitudinis. Ad hec respondendo ponamus tres veritates ꝑ ꝯclone. (Prīa vitas) Prima veritas est ꝙ appetere btitudinem solūmodo inesse suo generali nō est meritorium premii eterni. Et claret ṡm Rich.in.iiij.di.xlix. qz hoc modo appetere btitudinē.s.in suo esse generali inqntū

est aliquod bonũ sufficientissimũ: naturale est om̃i hoĩ ꝛ per ɔ̃ns cõe est tam fideliũ q̃z etiã infideliũ: tã maloꝝ q̃z bonoꝝ. Si em̃ btitudo naturalr̃ ab intellectu cognoscit̃ ꝛ a voluntate appetit̃: ita ꝙ circa h̃ nec intellectus potest errare in cognoscendo nec volũtas in appetendo. Ideoq̃z cũ sit mere naturalis talis appetit⁹ nõ est meritorius vite eterne. Sic̃ quippe oĩs hõ naturalr̃ scire desiderat. j. Metaph. ꝛ ex hoc nec bonus nec mal⁹ est: nec meret̃ nec demeret̃: ita ex naturali desiderio btitudinis nec meret̃ hõ nec demeret̃: vt patuit in rõne questionis: alioquin infideles ꝛ mali hoĩes cũ habeãt hoc desideriũ merent̃ vitã eternã: qđ est erroneũ. Et sic patet.

Secunda

Scđa ꝟitas est ꝙ btitudinẽ in esse suo speciali appetere: est meritoriũ vite eterne: ptz ſm eundẽ Rich. vbi s. q: inq̃t btitudo in suo esse speciali, put ɔ̃sistit i clara dei visione ꝛ perfecta eius fruitiõe: nec naturaliter vt sic cognoscitur: nec naturaliter appetitur: sed diuino munere seu diuine gratie dono scilicet per fidem filii dei iesu chr̃i: iuxta illud Matt. xj. Nemo nouit filiũ nisi pater: neq̃z p̃rem q̃s nouit nisi filius: sequit̃: ꝛ cui voluerit filius reuelare. Et in euang. hođ. Nemo inq̃t venit ad patrẽ nisi p me. Sic ꝑ btitudinem appetere non sumus sufficientes ex nobis tanq̃z ex nobis: sed oĩs nr̃a sufficiẽtia ex deo est: vt ait ap̃ls: ꝑ ex gr̃a sp̃ussancti mouente ad talem appetitũ meremur. Nã sic desiderare beatitudinẽ est desiderare deũ: quem qui perfecto corde desiderat iam habet quẽ amat: vt đt Greg. Ad p̃dictas veritates ambas accipe hoc p exẽplo. Quando tu esuris vel sitis vel fatigaris labore ex naturali ɔ̃ditione: nunquid mereris ex h̃ in generali esse vitã eternam: vtiq̃z non: sed si esuriem illã: sitim vel fatigium aut laborem applicas in speciali p deo sufferre vel facere: sic mereri. Sic in ꝓposito.

E Tertia au toritate

E Tertia veritas est ꝙ ad consequendã celestẽ ꝛ verã btitudinem null⁹ hoĩm põt habere aptitudinem nisi p triplicẽ theologicã ꝟtutem: vicz fidẽ: spem ꝛ charitatẽ. Hec patent p̃mo ex autoritatibus scripture. De fide q̃dem Mar. vlt. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit saluus erit: qui vero nõ crediderit condemnabitur. Itẽ in vet. test. Tob. ij. Uitam illam expe. quã deus da. est his q̃ fidem suã nunq̃z mutant ab eo. Et in ep̃la ad Heb. xj. Impossibile est sine fide placere deo. Itẽ Athanasius in symbolo. Hec est fides catholica quã nisi quisq̃z fideliter firmiterq̃z credi. saluus esse nõ põt. Et. xxiij. q. j. Quia. Nisi inq̃t solidita tem fidei quis tenuerit: diuinã presentiã non cognoscit. Preterea de spe ꝟs. Multa flagella pctõris. s. in inferno: sperantẽ aũt in dño misericordia circundabit. Unde ꝛ orãdo đt. Mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te. Et mgr̃ in. iij. sen. di. xxvj. c. j. Spes inquit est certa expectatio future beatitudinis ex gr̃a dei ꝛ meritis ꝓueniens. Deniq̃z de charitate Prouer. viij. Ego diligentes me diligo. Et. j. Cor. xiij. Si linguis hoim loquar ꝛ angeloꝝ: charitatem ꝛc̃.

Scđo rõne

Scđo ex ratiõe oñditur ɔcl'o dicta: quia beatitudo nr̃a ꝛ vltim⁹ finis est i solo deo: perfecta ergo btitudo nr̃a est in pfecta vnione aĩe ad deũ. Tunc aũt est aĩa nostra perfecte deo ɔiuncta q̃n ſm oẽm suã potentiã qua est deo cõiungibilis fuerit deo ɔiuncta: h̃ est ſm memoriã: intellectum ꝛ voluntatem. Nã vt đt Aug. xiiij. de trin. ca. viij. Anima humana eo est imago q̃ capax dei ꝛ particeps esse põt in his tribus potẽtiis predictis. s. memoria: intellectu: voluntate. Idcirco ad hoc vt aĩa nr̃a beatificetur in deo: requirit vt intellectus noster vere cognoscat deum per fidem per quã mereat̃ habere clarã dei visionem in patria. Et ꝙ memoria innitat̃ diuine bonitati per spem cõfideñ. ꝙ ꝓmissa bona celestia restituet ſm nostra merita vel opera. Et ꝙ volũtas nostra velit ꝛ diligat summũ bonũ. s. deũ: vt eidem firmo amore adherendo mereat̃ in patria eternalr̃ eius fruitione iocũdari: ꝛ sic per fidem habebit̃ deus: quia cognoscitur vt veritas: per spem tenebitur vt eternitas repromissa: ꝛ per charitatẽ diligit̃ ꝛ ꝑfruet̃ vt bonitas. Hec ſm Pe. sur. ꝛ Rich. ac Tho. sup. iiij. di. xlix. ꝛ ɔcor. doc.

F Tertio similitudine

F Tertio ex similitudine oñdit̃ conclusio ſm Pet. aureo. in cõpen. li. v. ca. xviij. q: fides deum tanq̃z agnitũ dñm regem in p̃nti sequitur ꝛ veneratur: spes vsq̃z in celum comitatur. s. per bonoꝝ operum imitationẽ. Charitas hic desiderio feruens: in celo perenniter amplexatur. Aliđ ad id exemplum accipiamus ab Amb. de pe. di. ij. §. romanos: dicente: ꝙ ꝟtutes (scz p̃maxime theologice) sunt aĩe tegumentũ ꝛ quasi picture ad anĩe ornamentũ. Unde aĩa sine fide: spe ꝛ charitate est quasi homo nudus ꝛ turpis ɔspectui diuino: habens aũt fidem sed non spem ex operibus bonis neq̃z charitatem: est sicut homo habens vestem valde laceratam vel scissam: adeo ꝙ appareat turpitudo hoĩs: propterea nec talis est dignus ɔspectu diuine maiestatis. Habens ꝟo fidẽ ꝛ spem opeꝝ bonoꝝ sine tñ charitate: puta q: cum h̃ est in pctõ mortali: est sicut homo habẽs vestẽ stercore sordidam. Unde nec talis habet vestem debitam regio cõspectui: ꝓpter quod dicetur tali illud Matt. xxij. Amice quomodo huc intrasti nõ habens vestẽ nuptialẽ. Et valde timendũ est ne de eo dicat̃ qđ sequitur ibidẽ. Ligatis manibus ꝛ pedibus mittite eũ in tenebras exteriores: ibi erit fletus ꝛ stridor dentium. Ad propositum Isti ap̃li Philipp⁹ ꝛ Jacobus habuerunt fidẽ qua magna miracula fecerunt: habuerũt etiã spem magnã qua om̃ia terrena p chr̃o ɔtempserũt ꝛ fortiter ardua ꝑpati sunt. Habuerunt q̃z maximã charitatẽ adeo ꝙ mortẽ p chr̃o desideranter susciperent: ideo magni sctĩ ꝛ beati sunt ꝛc̃. O ꝑ chr̃iane disce in his imitari sctõs: vt sis idoneus ad ɔsequendum celestem beatitudinem: quid tibi perire cum diabolo ꝛc̃.

G Quare aĩa hũana nõ p̃t sanari nisi in solo deo

G ¶ Circa tertium p̃ncipale de quietatiõe aĩe in deo ꝛ sacietate querit̃. Unde est ꝙ aĩa humana non põt satiari ꝛ quietari nisi in solo deo: iuxta qđ ait Philippus Dñe ostende nobis p̃rẽ ꝛ suf. no: Rñr ſm doct. ꝙ hoc est precipue triplici rõne. Prima rõ est ex parte finis creationis anime: quia anima rõnalis facta est ad deũ tanquam ad finem suũ vltimum. Unde Aug. li. ij. sniaꝝ dist. j. dicit. Fecit deus rõnalem creaturam vt summũ bonum intelligeret: intelligendo amaret: amando sine fine frueret̃ ꝛ possideret. Sed quia om̃is appetitus fit rõne carentie sui. s. naturalis finis: ideo anima non põt quietari donec ꝑueniat ad deũ. Unde Aug. li. j. ɔfef. Fecisti dñe cor meum ad te: ꝛ ideo inquietum est donec requiescat in te.

Scđa rõ

Scđa ratio ex parte imaginis diuine: q: anima creata est ad imaginẽ sancte trinitatis diuine: ꝛ ideo non põt repleri nisi deo trino ꝛ vno. Sicut exẽpli gratia. Uas triangulare nunq̃z põt repleri corpe spherico ꝓpter angulos improportionabiles figure sphericе. Ita anima non repletur toto mundo spherico: sed solo deo trino in ꝑsonis. Hugo de sctõ Uic. Multa inquit bona sunt in hoc mundo: ꝛ hec oĩa aĩam hoĩs nequeunt satiare. Unũ aũt est bonũ apud deũ quod cũ pcipit̃: in co plena satietas inuenit̃. Hec ille.

Tertia

Tertia rõ ex parte bonitatis infinite. Satietas em̃ ɔsistit in adimpletione oĩm desidérioꝝ: sed aĩa creata est ad capiendũ deum q̃ est infinite bonitatis: ꝑ nõ põt quietari in quocunq̃z bono finito. s. creato: nisi habeat infinitũ bonum qđ est sol⁹ ip̃e de⁹ in quo est om̃e bonũ. Uñ Exođ. xxxiij. dixit dñs Moysi. Ego ostendã tibi om̃e bonũ. i. meip̃m in q̃ est oẽ bonum. Hec perpenderũt ap̃li: ꝛ ideo mortẽ non recusarunt subire p tali ꝛ tã ineffabili bono deo. O charissimi ꝛ nos hec cognoscẽtes accedamus humiliter ꝓstrati coram dño iesu adorantes ꝛ petentes cũ Philippo: Dñe iesu fili dei viui te suppliciter exoram⁹ ostende nobis infinitũ hoc bonũ in patria. s. deũ p̃rẽ ꝛ te iesu bone ꝛ sp̃msctũ: ꝛ sufficit nobis ad sempiternã btitudinem Quã nobis ꝓ̃stet merit; hoꝝ ap̃loꝝ suoꝝ bñdict⁹ iesus qui cũ ip̃o patre ꝛ sp̃usctõ viuit ꝛ regnat in secula.

¶ Pro sanctis Philippo ꝛ Jacobo ap̃lis Ser. iiij. de priuilegiis sctĩtatis eorundem

A

Philippe: qui videt me: videt ꝛ patrem meum Joan. xiiij. ꝛ in euangelio hoderne solennitatis. A Istam quippe respõsionẽ fecit dominus iesus ad petitionem Philippi. In qua ostendit se chr̃s fore mediatorẽ inter nos ꝛ patrẽ: vt p ip̃m venire possim⁹ ad p̃ris visionẽ. Erãt q̃ppe olim nobis de patre tria abscondita. Primo ei⁹ clara noticia q:

tm̄ figurate sciebak. Scd̄o eius clemētia: qꝛ videbatur dure agere cū hoibus puniēdo ꝑ illoꝝ pctīs. Exo. xx. Ego sum deus zelotes visitans iniquitatē patrū in filios in tertiam ꝛ quartā gñatiōnē. Tertio facialis visionis glīa: quia om̄es hoīes descendebant in limbū: nec admittebant ad videndū deū. Chr̄s ḡ pius mediator nos noticiam patris edocuit cum se filiū dei dixit: ꝛ deum patrem ac filium ꝛ sp̄mſctm̄ credendū docuit. Item clementiam eius inclinauit ad nos: qꝛ cū essemus inimici deo reconciliati sumus ꝑ mortē filii eius. Rom. v. Et tertio vt deū videre possimus ꝑ modulo nostro in p̄nti ipse deus in carne visibili ex virgine nascens inter nos apparuit qui suo sacro sanguine fuso celestē ianuā aperuit vt deum p̄rēm hō in patria videre possit. Cū itaqꝫ ceteris apl̄is tacētibus: Philippus sumpta fiducia de chr̄i pietate petiuisset iam excellentissimū donū dī. Domine ostende nobis p̄rēm a seculo hoībus absconditū. Respondit chr̄s quod ꝓmissum est dī. Philippe qui videt me: videt ꝛ p̄rēm meū. q. d. qui me videt fide vera ꝛ formata credendo: videre merebit in p̄ria ꝛ me ꝛ ip̄m patrem visione beatifica ꝛc̄. Iuxta hec ergo verba thematis tria mysteria notabimus pro hoc sermone

¶ Primum mysteriū de Philippi dignitate: cum dicitur: Philippe.
¶ Scd̄m de Jacobi sctītate: ibi: q̄ videt me: qꝛ hic ꝛ ille chr̄m fide viderunt ꝛ oculis
¶ Tertium de celesti felicitate: quia ambo isti vidēt patrem ꝛc̄.

B

De bti Philippi dignitate

¶ Circa primū de btī Philippi dignitate accipiamus pro ꝯclōne ꝙ ꝑtissimus dn̄s iesus sublimauit btm̄ Philippum maximis priuilegioꝝ dignitatibus. Q̄d oñdit precipue ex eius septē priuilegiis ẜm alphabetum.

¶ Primū qꝛ apl̄s fuit principalior
¶ Scd̄m qꝛ bonitatis iesu fuit prim⁹ annunciator
¶ Tertiū qꝛ collegii chr̄i fuit ꝓcurator
¶ Quartū qꝛ dn̄i ꝛ pp̄li fuit mediator
¶ Quintū qꝛ eterne felicitatis fuit magn⁹ emulator
¶ Sextū qꝛ familiaritate chr̄i fuit clarior.
¶ Septimū qꝛ glīa martyrii chr̄o fuit similior

Apl̄us fuit p̄ncipalior

¶ Primum ꝓuilegiū: quia fuit apl̄s principalior. Fuit enī vnus de primis apl̄is q̄s chr̄s vocauit. Primo nempe vocauit Andream. Scd̄o Petrum. Tertio Philippum vt habet Joan. j. In qua vocatione exēplum nobis cōmendatur Philippus: qꝛ cū chr̄s ip̄m repperit ꝛ vocauit dī. Sequere me. Protinus eum est secutus: factus obediens inspirationi diuine. Ūn̄ ip̄e bene pōt dicere illud Esa. l. Dn̄s aperuit mihi aurē: ego aūt nō cōtradico: retrorsum non abii. Nimirꝫ dn̄s aurem hoī aperuit qñ diuinam inspirationē imittit vt conuertak ꝛ sequatur chr̄m in p̄nia vera ꝛ virtuosis opibus. Hō aūt tunc non ꝯtradicit qñ inspirationi tali acquiescit. Tūc retrorsum non abit qñ inspirationē receptā non abiicit per pctm̄ subsequens. Sed quotiens nobis deus inspirat ꝛ heu nos deo rebelles sumus: vt dicak vere de nobis illud Job. xxiiij. Ipsi rebelles fuerunt lumini nec reuersi sunt: ꝛ deus inultum abire non patik. s. qꝛ tales deus puniet in inferno. Sed queri pōt. Unde est hoc ꝙ cū apl̄i ꝛ sctī dei tā ꝓmpti fuerint i bono ꝛ feruidi. Nos ꝟo sumus tā timidi ꝛ tepidi ac pigri ad salutaria opa? Rn̄r ẜm Chryſ. ꝛ ꝯcor. Bern̄. ꝙ huius rō potior est ex parte defectus nostri: qꝛ gr̄a dei presto est nobis sicut ꝛ aliis sanctis dei. Sed qꝛ magnū affectum habemus ad carnalia ꝛ tp̄alia mūdi: idcirco tepidi sumus ꝛ pigri ad sp̄ūalia. Ad id exm̄ cape. Dicit enī ph̄s in de aīalibus ꝙ animalia parua habētia magna corda naturalr̄ sunt timida: sicut lepores ꝛ mures. Rō: qꝛ calor naturalr̄ nō potest implere tam magnū cor: sicut videmus de igne q̄ citius calefacit clibanū paruū q̄ꝫ magnū: ꝛ sic magnum cor in eis est frigidus: ꝛ ꝑ ꝯn̄s timorosius. Sic hō h̄ñs magnū affectū ad terrena vel carnem est timorosius cōtra vicia ꝛ ad sp̄ūalia exercitia: sed habens paruū affectum ad carnē ꝛ tp̄alia: fortis est ad celestia ꝛ sp̄ūalia. Unde Greg. in moralꝫ. ꝛ dī. xlvj. Oēs inquit huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt: in celestibus ꝟo debiles. Nā ꝑ tp̄ali glīa vsqꝫ ad mortē desudare appetunt ꝛ pro spe perpetua nec paruū laborē subesit ꝑ terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant: ꝛ ꝑ celesti mercede vel tenuissimi ꝟbi cōtumelias ferre recusant. Terreno iudici toto etiā die assistere fortes sunt: in oratione vero corā dn̄o vel vnius hore momento lassank. Hec ille. De talib⁹ Job. vj. Qui timet pruinā cadet super eū nix: qꝛ qui timet paruā penā tp̄alem vel carnis molestias in p̄nia faciēda: cadet in eterna tormēta. Sꝫ sctī viri carnem domauerunt: tp̄alia ꝑ chr̄o ꝯtēpserūt: totoqꝫ desiderio celestia ꝛ eterna dilexerunt: ḡ ꝓmpti erant ad ꝯsequendū chr̄m vsqꝫ ad mortē: vn̄ regnāt nūc in celo.

ẝcd̄m bonitatꝫ iesu primus annunciator

¶ Scd̄m priuilegiū Philippi: qꝛ bonitatis iesu fuit primus annunciator. Nam vt scribitur Joā. j. postq̄ꝫ ip̄e Philippus fuit vocatus a chr̄o inuenit nō a casu sed diligenter quesitū Nathanael: ꝛ dt̄ ei. Quem scripsit Moyses in lege ꝛ ꝓph̄is inuenim⁹ Jesum. i. saluatorem hoīm filiū Joseph. s. putatiuū. Et dixit hoc vt ostendat ꝙ sit de stirpe Dauid: de cuius tribu fuit Joseph: ẜm ꝙ dt̄ Lyr. Et addidit. A nazareth: vt insinuet impletū illud Esa. xj. ẜm hebraicā veritatē. Egrediek virga de radice Jesse: ꝛ nazareus de radice eius ascēdet. Nathanael ḡ cū esset lr̄atus ꝛ doctus hec audiēs ait. A nazareth pōt aliquid boni esse: ẜm Aug. h̄ exponit affirmatiue. q. d. Sic: bonus ꝛ sctīssimus debet esse chr̄s. Dicit ei Philippus: Ueni ꝛ vide. Et sic duxit illū ad iesum vt videret eius sctītatis ꝓcellentiam ꝛ in ip̄m crederet: quod ꝛ factū est. Ex his docemur ꝙ magna fiducia possum⁹ Philippū ꝑ nobis apud chr̄m intercessorem interpellare in celis q̄ charitate plen⁹ in terris dona gr̄e ꝛ fidei chr̄i cōicare alteri voluit: ḡ fortius faciet in celis.

Tertiū collegii chr̄i ꝓcurator

¶ Tertiū priuilegiū: qꝛ fuit collegii chr̄i ꝓcurator: quod ptꝫ ex eo qm̄ scribit Joā. vj. Cū maxia multitudo ad chr̄m conuenisset: de refectione ip̄oꝝ cū nullo apl̄oꝝ tractauit sed solūmō sup h̄ cū Philippo colloquium habuit dī. Ūn̄ ememus panes vt manducēt hi? Ex quo videk ꝙ chr̄s ip̄m in suo collegio dispensatorē aliq̄ modo ꝯstituerit ꝑ sua fidelitate. Lu. xij. Quis putas est fidelis dispensator ꝛ prudens quē constituit dn̄s sup familiam suā. Si ḡ volumus in celo refici: ip̄m honorem⁹

Quartū

¶ Quartum priuilegiū: qꝛ dn̄i ꝛ pp̄li fuit mediator. Nā sicut scribik Joan. xij. Postq̄ꝫ gentiles ad iesum accesserunt: ip̄e ꝛ Andreas inter gentiles ꝛ chr̄m mediatores erant vt eos sibi recōciliarent ꝛ gr̄am inuenirent. Sicē ergo nunc fuit Philippus mediator in mundo: ita ꝑ nobis credendū est in celo fieri.

Quintū

¶ Quintū ꝓuilegiū: quia eterne felicitatis fuit magnus emulator: qꝛ cū apl̄i ceteri de visione filii dei essent cōtenti ꝛ de ꝓmissione spiritussctī: ip̄e Philippus ex charitatis ꝛ feruoꝝ zelo paternam visionē petere ausus est dī. Dn̄e oñde nobis patrem ꝛ sufficit nobis Joan. xiiij. Dicit enī Bern̄. ꝙ charitatis diuine cōsolatio facit in hoīe familiaritatis ausum: ausus iustū: iustus desideriū: ac sic cōtemptū oīm alioꝝ: illud ḡ solū optans dt̄ sufficere.

D

Sextū familiaritate chr̄i

¶ Sextū priuilegiū: qꝛ familiaritate chr̄i fuit multū clarus: cuius signum vnū est: ꝙ ceteris discipulis non audētibus tam excellentissimū donū petere: ip̄e petiuit. s. gaudiū visionis paterne: vt patuit. Nimirū magne familiaritatis fuit ꝙ Joannes ausus est sibi reuelari petere ꝓditorem cum id Petrus nō auderet Joan. xiij. sed adhuc maioris familiaritatis fuit petere reuelari aduentū suū ꝛ finem mūdi. Mat. xxiiij. Dic nobis qñ hec fient ꝛc̄. Sed pre his maximū fuit familiaritatis signū ꝙ Philippus petiit reuelari sibi p̄rēm: q̄d nullus sctōꝝ ausus est: sciens ꝙ Moysi petenti h̄ rn̄sum est. Non videbit me hō ꝛ viuet. Exo. xxxiij. Ūn̄ credere chr̄m hoc posse: magne fidei fuit. Scd̄m signū fuit qꝛ chr̄s sibi secreta magna reuelauit dī. Philippe q̄ videt me: videt ꝛ patrē meū. De hoc querik: quō h̄ intelligendū sit. Rn̄r ẜm Ly. ꝛ doct. ꝙ dupl̄r pōt h̄ dictū intelligi. Uno mō de visiōe fidei in via. Et sic discipuli videndo chr̄m ꝑ fidem viderūt suppositum filii in q̄ est ꝟe diuina natura que est idē quod pater essentialiter: ꝛ sic in filio quodāmodo viderūt patrem. Alio mō pōt intelligi de visione beatifica que est merces in patria: ꝛ sic ibi videntes chr̄m ẜm deitatē vident filiū genitum a patre: ꝛ per ꝯn̄s p̄rēm gignentem

Questio (margin, beside "deus puniet in inferno. Sed queri pōt")

⁊ spm̃sctm̃ ab vtroq̀ ꝓcedentē: quia in beatitudie vna visione tota sancta trinitas contēplaṫ. Et sic ptȝ rn̄sio. Septimū priuilegium: q: in gl̃ia martyrii chr̃o similis est: quia sicut chr̃s crucē ꝑtulit: sic ⁊ Philippus ꝓ chr̃o crucifix⁹ est: vt ptȝ in legenda: q̄ꝺ est magne gl̃ie. Eccl. xxiij. Gloria magna est sequi dñm. Sic̃ exēpli gr̃a. Gloria magna est eadem purpura regis vestiri qua ip̄e vestitus est. Et nos ĝ o charissimi quantū possum⁹ sequamur chr̃m cōsimili veste. s. crucifixiōis viciorꝫ in nobis vt simus de numero eorꝫ de quibus Gal. v. Qui christi sunt carnem suam crucifixerunt cum viciis ⁊ concupiscentiis ⁊c̄. E

E
De p̄uilegiis sctitatis bti Jacobi

¶ Circa scd̃m de beati Jacobi sanctitate sit pro cōclusione ꝙ beatus Jacobus apl̃s cōprobaṫ fore sctissimus: ⁊ hoc p̄cipue ex septem priuilegiis ipsius: que nota ƀm primas l̄ras huius nominis Jacobus.

¶ Primū q: iacens in vtero sctificatus
¶ Scd̃m q: abstinentia magna austerus
¶ Tertiū q: consanguinitate chr̃o ꝯiunctus
¶ Quartū q: ordinarius. s. ep̄s hierosolymitanus
¶ Quintū q: bonitate famosus fuit ⁊ bn̄dictus
¶ Sextū q: ꝟginitatis ⁊ innocētie virorꝫ ꝑpetu⁹
¶ Septimū q: solennitate misse summe deuotus

Primū i vtero sctificat⁹

¶ Primum priuilegium: q: beatus Jacobus iacens in vtero materno fuit sanctificatus: vt ꝺt Hiero. li. de viris illustribus: ⁊ tūc fuit a pctō originali purgatus. In hoc em̄ p̄cellit cōes hoīes in pctō originali natos: nec hoc priuilegiū concessum legiṫ alicui aliorꝫ aplorꝫ. Vn̄ in hoc assimilaṫ Joanni baptiste ⁊ Hieremie ꝓph̄e. Et de hoc cōcor. ecclesiastica historia ⁊ Egesippus.

Scd̃m

Secundum priuilegiū: q: fuit abstinētia magna austerus: quia vt ꝺt Hieron. de viris illustri. ⁊ Egesip. vinū ⁊ siceram nō bibit: ⁊ carnes nunq̄ manducauit nisi agnum paschalē. Item flexis genibus in oratione tā diutinus fuit vt ad modum camelorꝫ eius genua duriciem traxissent: ferrum in caput eius nō ascendit: oleo nō est vnct⁹ ꝓ refrigerio estus: balneo non est vsus nec lanea veste sed syndone.

Tertiū

Tertiū p̄uilegium: q: ꝯsanguinitate chr̃o fuit coniunctus ⁊ facie simillimus: vt diceret frater domini singulari p̄uilegio. Vide in legēda ser. j. J.

Quartū

Quartum priuilegium ꝙ fuit ordinarius ep̄s hierosolymitanus. Nam ƀm ꝙ ꝺt Hiero. apl̄i ip̄m in ep̄m primum hierosolymis elegerunt ⁊ honorifice ordinauerunt ac consecrauerunt. In quo tandē ⁊ sanguine fuso martyr consecratus extitit.

Quintū

Quintum priuilegiū: quia bonitate famosus fuit ⁊ benedictus: ⁊ hoc tam inter apl̃os q̄ eū summe sctm̃ reuerebanṫ: vtpote in vtero sanctificatum reputan̄. Preterea ip̄m in ep̄m hierosolymitanū elegerunt vt eius sententie oēs parerēt tam etiā inter sacerdotes iudeorꝫ. Unde vt ꝺt Hiero. ⁊ Egesip. solus inter aplos ꝓpter nimiā sanctitatē a sacerdotibus ꝑmittebatur intrare in sctāsanctorꝫ: nō q̇dem causa imolationis sed orationis: q̄ȝ etiā inter populos cōmunes: apud q̊s vt idem Hieronymus ⁊ Egesippus testanṫ tante reuerentie ⁊ dignitatis famoseq̀ sanctitatis Jacobus extitit vt fimbriam vestimenti eius certatim tangere cuperent. F

F
Sextū

Sextum priuilegiū: q: ꝟginitatis ⁊ innocētie fuit virorꝫ ꝑpetuus. Ut em̄ ait Hiero. ⁊ ꝯcor. Egesip. virginitatem ꝑpetuo seruauit: ⁊ nunq̄ mortal̄r peccasse putatur.

Questio an btūs iacob⁹ peccauerit mortaliter

Sed queriṫ: Vn̄ hoc probari possit. s. ꝙ nunquā mortaliter Jacobus peccauerit. Et rō questionis: quia omnes apl̄i ⁊ discipuli cōiter dicunṫ peccasse mortal̄r ⁊ om̄es sancte mulieres: excepta beata matre virgine exorbitan̄. a fide chr̃i in passiōe ei⁹: iuxta illud Matt. xxvj. Oēs vos scandalū patiemini in me in nocte ista ⁊c̄. Ad hec responderi pōt ꝙ illud chr̃i dictū accipiendum est ꝑ distributionē accōmodam ꝓ illis oib⁹ qui scandalum. i. ruinā infidelitatis ⁊ sic peccati incurrerunt generaliter. Nam si simpl̄r intelligereṫ: nec btā virgo exciperet: quia qui dicit omnis: nihil excipit ƀm ph̃m. Potest ergo dici ꝙ ab illa generalitate iste Jacobus excipi valeat. Et hoc probaṫ duplici ratione. Verisimile videṫ. s. ꝙ non peccauerit. Una est: q: crediṫ fuisse sanctificatus in vtero: vt patuit. Sanctificati autē in vtero cōfirmanṫ in bono vt nō peccent in vita mortal̄r.

Alia ratio est: q: sicut ꝺt Hiero. li. de viris illust. ⁊ Josephus. In parasceue mortuo dño: Jacobus iste votū vouit se non cōmesturꝫ donec videret chr̃m a mortuis surrexisse. Vn̄ in ip̄a die resurrectionis chr̃s apparens sibi ⁊ eis qui cū eo erant dixit. Ponite mensam ⁊ panē quem benedicēs dedit Jacobo di. Surge frater mi cōmede: q: fili⁹ hoīs a mortuis resurrexit. Sed quō Jacobus se tali voto astrinxisset. s. se nō comesturū donec chr̃s resurgeret: nisi fidē de resurrectione chr̃i habuisset: ergo sequiṫ ꝑpositum.

Septimū

Septimū priuilegiū Jacobi est: quia primā missam solenniter post ascensionē dñi in pontificalibus hierosolymis ip̄e celebrauit: ⁊ ad decorem ac ad solennitatē celebrē misse addidit ordinem vt patuit de ꝯse. di. j. Jacobus in tex. cum glo. Veneremur ergo charissimi hunc sctm̃ quē ⁊ chr̃s ⁊ apl̄i: aliiq̀ sancti venerati sunt. G

G
Cur solitum apud chr̃ianosī festo beati Philippi frōdes arborumante valuas domorū ponere

¶ Circa tertiū mysteriū de celesti beatitudine que principalius ꝯsistit in visione ⁊ fruitione ac tentione perpetua sctissime trinitatis diuine pro documento sit ista cōclō. Q: pro hac sanctorꝫ festiuitate merito inducūṫ oēs fideles aīe ad recogitandū ⁊ desiderandū btitudinē sup̄ne pr̃ie. Q̄ꝺ sic declaraṫ. Quero nanq̀: Cur solitū est apꝺ chr̃ianos ponere hodie frōdes arborꝫ virētibus foliis in ianuis vel sup aut ante portas vel valuas suarum domorꝫ aut mansionum vt constat? Ad q̄ꝺ respondetur: ꝙ huius vna ratio datur a plerisq̀ historica talis: quia vicȝ vt diciṫ Philippus apl̃s cū intrasset ciuitatem Hierapolim: infideles domum vbi fuit hospitatus signauerunt arborꝫ frondibus: vt mane seq̄nti congregati sup eum irruerent ⁊ ibidem ip̄m occiderēt. Quod cū mane facto facere vellent: ecce miraculose ꝑ dei angelum factū viderunt super singulas ⁊ om̄es domos illius ciuitatis positas ꝯsimiles virentes frondes arborum: ⁊ sic domū illā discernere a ceter; nequerūt. Vel vt alii dicunt hoc ideo fieri consueuit: ad significādum ꝙ ambo isti apl̄i ꝑ lignum sunt martyrizati. s. Philippus per crucis lignū. Jacobus aūt ꝑ perticā fullonum. Sed alia rō huius datur potior: q: hodie est p̄ma dies Maii quo a principio solebāt hoīes mundani delectamēta querere per amenitates arborꝫ vel arbustorum ⁊ auium cantus: quod apud fideles chr̃ianos vsu inoleuit ad incitandū vt cognoscerēt sup̄ne patrie amenitatem: ⁊ illam desiderarent: de cuius btitudine hodiernum loquiṫ euangelium. s. ꝙ in domo patris celestis mansiones multe sunt: ⁊ in visione illius oīs sufficiencia est: ⁊ qui videt filiū: videt ⁊ patrem ⁊c̄. vt patuit. H

H
Questio

Queriṫ ĝ gr̃a horꝫ: vtrū oīm bonorꝫ plenariā possessionem habeat homo in patria in visinoe diuina? Ad q̄ꝺ respondet Aug. in li. de ciui. dei di. sic. Quid est quod per ꝓph̄am dñs ꝺt. Ero illorꝫ deus: nisi ego ero vn̄ satienṫ: ego ero quecunq̀ ab hoībus honeste desideranṫ: ⁊ vita ⁊ salus ⁊ vict⁹ ⁊ copia ⁊ gl̃ia ⁊ honor ⁊ pax ⁊ oīa bona. Hec ille.

Septē specialia bona desiderabilia a deo

In q̄bus verbis septē specialia notanṫ bona desiderabilia in deo. Primū est vita. Illa em̄ est pura ⁊ tota vita: q: totaliter mors ibi peribit ⁊ defect⁹ Gre. Terrena vita superne vite cōparata mors est potius dicenda q̄ȝ vita. Ipse em̄ q̊tidianus defectus corruptionis quid est aliud q̄ȝ q̄dam ꝓlixitas mortis.

Scd̃m

Secundū bonū est salus. i. sanitas. Parū em̄ est habere vitam si semꝑ infirmitas habereṫ: q: cū morbo nō est vita sed miseria ⁊ pena: sic̄ est in pn̄ti. Sȝ ibi (vt scribiṫ Apoca. xxj.) neq̀ clamor: neq̀ dolor: neq̀ luct⁹ erit ⁊c̄.

Tertiū

Tertium bonū est victus: hoc est gustus ineffabilis suauitatis. Parū em̄ esset habere vitā ⁊ suauitatē si esurirent ⁊ egerent penuria. Ideo habebunt in deo plenā suauitatis satietatem ꝑpetuo. Ps. Satiabor cū apparuerit gloria tua: ⁊ hāc innumerabiliter. In pn̄ti aūt nunq̄ satiamur finaliter ⁊ totaliter.

Quartū

Quartū bonū copia: h̄ est diuitie. Parū em̄ esset predicta habere ⁊ diuitiis optatis carere. Erūt ergo ibi nobis gl̃iosissime diuitie. Ps. Gloria ⁊ diuitie in domo eius. O quare seruirē deo si daret ibi aurꝫ vel diuitias huius mūdi q̄ reputanṫ ster cora. sed multo meliora dat: ĝ ⁊c̄.

Quintū

Quintū bonū: gl̃ia. i. pulchritudo gloriosa. Nā parū esset habere diuitias ⁊ aliqua turpitudine fedari. Erit em̄ pulchritudo a dei-

tate animã illuminante τ replẽte. Apoc. xxj. Claritas dei illuminabit eã. Erit etiã ex hoc pulchritudo in glo-
Sextũ rioso corpe: qꝛ fulgebũt iusti sicut sol. Mat. xiij. Sextũ bonum: honoꝛ. Parũ enĩ esset habere pulchritudinẽ nisi haberet honorem. Nã ibi habebit hõ summũ honorẽ regiũ. Primo q̃ ad habitũ. Ps̃. Astitit regina. i. anima a dextris in vestitu deaurato. Scd̃o q̃ ad coronã τ dominium. Ps̃. Gloria τ honore coronasti eũ: τ cõstituisti eum sup opa manuũ tuaꝝ. Tertio q̃ ad nobilitatis statum perpetuum τ summũ qꝛ erunt filii dei τ heredes. Rom. viij. Heredes q̃dẽ dei τ coheredes chr̃i. Quarto q̃ ad reuerentie cultũ: quia omẽs angeli τ beati ip̃m ibi honorabunt: τ insup btã virgo τ chr̃s deus. Ps̃. Ni-
Septimũ mis honorati sunt amici τc̃. Septimũ bonũ est pax τ omne bonũ. Nam habere hec oĩa semp cũ guerra quid prodesset. Erit g̃ ibi pax sempiterna intus. i. in aĩa τ extra in oĩbus finibus. Esa. xxxij. Sedebit ppl's meus in pulchritudine pacis: in tabernaculis fiducie τ requie opulenta. s. in abundantia oĩm bonoꝝ desiderabilium. Unde Aug. Ibi nullũ aderit malũ: nullũ abierit bonũ Boe. Btitudo est status oĩm bonoꝝ aggregatione per-
J fectus. J Queri põt hic. Quõ ibi in deo habebim⁹
Questio omne bonũ desiderabile: cũ deus sit simplicissimum bonũ τ desideria hoĩm multiplicia? Respondet̃ breuiter ꝙ hoc erit ibi. Primo: qꝛ in ip̃o summo bono aĩa quietat̃ vt nil aliud desideret: sciens ꝙ oĩa bona summe existũt in deo τ realiter. Uñ Exo. xxxiij. ait deus Moysi petẽti visionem diuinam. Ego inq̃t ostendã tibi omẽ bonũ. s. in meip̃o viso τc̃. Scd̃o: quia quicq̃d ibi beatus desiderat: mox illud satietate plena in deo summe habebit p suo appetitu. Ps̃. Replebit̃ in bonis deside. t. Tertio: quia deus ip̃e q̃ est summũ bonũ in oĩbus per oĩa aderit ip̃i beato homini. Uñ vt s̃m Aug. sup Joan. loquar. In patria erit deus ipsis btĩs oĩs veritas intellectui: om̃is speciositas aspectui. oĩs suauitas auditui: oĩs copiositas indigẽti: om̃is delectabilitas olfatui: oĩs amorositas affectui: oĩs dulcorositas gustui: om̃is satietas appetitui. Et q̃d pl⁹ dicere valeã ignoro: hoc solũ scio hoc fateor: qꝛ deus totus erit ibi oĩa in oĩbus tibi: vt d̃t apl's. O charissimi illuc festinate vbi semp viuatꝭ: amate vitã. s. illã eternã vbi summa securitas: summa felicitas τ om̃e bonũ. Quã nobis beatitudinẽ prestet meritꝭ istoꝝ apostoloꝝ pater: filius τ spũssanctus.

¶ De sct̃e Crucis inuentiõe Ser. j. cũ Legenda.

Qui me inuenerit: inueniet vitã τ hauriet salutẽ a dño Prouer. viij

τ ad laudem hodierne festiuitatꝭ scꝫ sancte
A crucis. A Sicut Damascenus lib. ij. ca. iij. d̃t. Per crucem chr̃i τ non p aliud mors euacuata est primi parentis: pctm̃ est solutũ: infernus spoliatus est: τ ad beatitudinem reuersio data est: porteq̃ꝫ paradisi apte sunt Et ibidem subdit. Hec est salus aĩe τ corpis: oĩm malorum auersio: oĩm bonoꝝ datrix: pctĩ interẽptio: lignũ vite. Hec ille. Hanc aũt crucem chr̃i hodie inuenit sancta Helena. Idcirco p huius inuentionis festo merito τ ꝯuenienter verba premissi thematis accipiunt̃ in psona crucis. Qui me. s. crucẽ chr̃i inuenerit: fide integra charitate formata: inueniet̃ vitã τ hauriet salutẽ. In q̃bus ṽbis tria mysteria notabimus p h̃ sermone.

¶ Primum d̃r crucis requisitio spũalis ex h̃ ꝙ dicit̃ Qui inuenerit
¶ Scd̃m d̃r crucis operatio salutarꝭ ex hoc ꝙ d̃r: vitam τ salutem hauriet
¶ Tertium dicitur crucis inuentio materialis: hoc occasione festi.

B
De spũali requisitiõe τ portatiõe sancte crucis

B ¶ Circa primũ de spũali requisitiõe crucis accipiam⁹ pro ꝯclone ꝙ oĩs chr̃ianus vt valeat saluari: debet toto posse conari ad requirendũ τ portandum spũalr̃ crucem chr̃i. Declarat̃ Primo p rõnem: qꝛ vt d̃t Aug. sup Joan. ser. ij. Deus instituit lignũ vt mare transeamus. Nemo põt transire mare hui⁹ seculi nisi chr̃i cruce portatus. Hec ille. Exẽpli gr̃a. Hõ viator qñ venit iuxta p fundum fluuiũ tristat̃ ꝙ nõ põt ptransire. Si aũt ibidẽ cõtingat inuenire nauẽ quesitã: magnũ habet solatiũ τ maximã securitatẽ. Sic spũalr̃ est de fluuio pñtis vite fluxibilis ad portũ salutis hõ puenire nõ potuit nisi p crucẽ chr̃i p quã tanq̃ꝫ p nauẽ venim⁹ ad portũ salutis. Isid̃. de sum. bo. Quotiẽs in fluctib⁹ τ pcellis es. s. tentationum: lignũ ascende crucis τ liberaberis. Itẽ Eusebius. Tota saltis mẽtis τ corpis puenit ex ligno crucis. Nam si h̃ lignũ chr̃s non ptulisset: totus mundus τ anima τ corpe eterna perisset damnatione: nec gl'iosa resurrectio morti successisset. Scd̃o ptꝫ ꝯcl'o p p̃figu- Scd̃o
rationẽ: quia in diluuio oẽs hoĩes perierunt p̃ter paucos. i. octo aĩas que ab aquis salue facte sunt p lignũ arce. j. Pe. iij. Cur hoc? nisi ad figurandũ ꝙ sine ligno crucis nõ est sal⁹ τ liberatio aĩaꝝ. Sap. xiiij. Exiguo ligno credũt hoĩes saluare aĩas suas: τ trãseũtes mare p ratẽ liberati sunt. Tertio claret ꝯcl'o per doctoꝝ di- Tertio
cta τ instructionem. Et aliq̃s doctores pducamus. Primus est Berñ. de floribus di. sic. Mira res: nihil formidulosius hoĩ q̃ꝫ crucẽ pati. Sed quare timent homines crucem nisi qꝛ latrones sunt: si latrones non essent: crucem non timerent. Circumire possum dñe celum τ terram: mare τ aridam: τ nusquam te inueniam nisi in cruce: in hac te inuenit quicunq̃ꝫ inuenit. Idem in sermõe. Neminẽ inquit audiamus fratres: nõ carnẽ τ sanguinẽ non spm̃ quelibet descensum de cruce suadentẽ: psistamus in cruce: moriamur cũ chr̃o in cruce. Hec ille. Secundus doctor Aug. in ser. Tota inquit vita chr̃iani si s̃m euangeliũ viuat crux atq̃ꝫ martyrium est. Audiat g̃ chr̃ianus dicentẽ chr̃m. Qui non baiulat crucem suam τ sequit̃ me non est me dignus Lu. xiiij. Terti⁹ doctor Joan. Gerson cãcel. parisieñ. li. de inter. ꝯuer. ca. xxij. dicit sic. Durus multis videt̃ hic sermo: abnega teip̃m: tolle crucẽ tuã τ sequere iesum. Sed m'lto durius erit audire illud extremũ ṽbum. Discedite a me maledicti in ignem eternũ. Et infra. Quid times tollere crucẽ p quã itur ad regnũ: nõ est salus aĩe nec spes eterne vite nisi in cruce. Infra. Quis sctõꝝ in mundo sine cruce τ tribulatione fuit: nec ip̃e dñs iesus vna hora sine dolore passionis fuit q̃ꝫdiu vixit: τ quõ tu aliã viã queris q̃ꝫ regiam viam sct̃e crucis. Erras erras si aliõ queris q̃ꝫ pati tribulatiões. Uult enĩ de⁹ vt tribulatiões sine ꝯsolatiõe discas pati: vt illi totalr̃ te subiicias τ humilior ex tribulatiõe fias. Hec τ plura ibidẽ q̃ causa breuitatis sufficiant. C Querit̃ g̃ hic q̃d sit vel in q̃ ꝯsistat C
crucis req̃sitio spũalis τ baiulatio. Ad h̃ rñdet Hugo In q̃ cõsistat
de claustro aĩe li. ij. Et q̃dem alii ꝯcorditer dicunt sic. crucꝭ req̃sitio
Tres sunt cruces. s. q̃ hodie inuente sunt querendo. spũalis τ baiulatio

¶ Prima latronis desperantis
¶ Scd̃a latronis orantis τ penitentis
¶ Tertia chr̃i patientis p nobis

¶ Prima crux malitie diabolice. Scd̃a pnĩe ṽe. Ter- Triplex
tia iusticie perfecte. Itẽ Orosius super Cañ. Quimalus crux
est τ non ꝯfitens cũ latrone blasphemante damnat̃ diaboli cruce. Qui vero nocens est: sed pctã ꝯfitens cũ latrone ꝯfitente saluat̃. Qui vero innocenter mala vel mortem patitur cum chr̃o crucifigit̃. Hec ille. Primi g̃ Primi
sunt qui inueniunt̃ in cruce mali latronis: vt sunt pctõres. Sunt enĩ tales in cruce pctĩ vel malicie τ diaboli: quia vt ait Aug. Una q̃q̃ꝫ culpa sibiipsi pena est: iuxta illud Eccĩ. xij. Nõ est ei bñ q̃ assiduus est in malis. Ha- Quatuor
bet quippe hec crux quatuor cornua penaꝝ. Primũ est cornua crucis
pena ante pctm̃ in cogitando τ laborando vt possit perpetrare malũ. Berñ. Laborat latro nocte ferro vestit⁹ vt predã rapiat: vigilat fur vt domũ fodiat: vigilat luxuriosus vt voluptatẽ impleat. Sed hi longe sunt a labore quem dñs considerat. Ue ergo portantibus crucẽ nõ chr̃i sed diaboli vt male faciant. Scd̃m cornu est pena post pctm̃. Berñ. Non est maior pena q̃ꝫ remordens conscientia. Tertiũ cornu est confusio corã hoĩbus. Cato. Conscius ip̃e reus de se putat oĩa dici. Et ps̃. Confundant̃ τ pereant pec. a fa. terre. Quartum cornu est eternũ tormẽtũ. Stipẽdia enĩ pctĩ mors Rho. vj. Gre. Momentaneũ est q̃d delectat: eternum quod cruciat. Secundi sunt qui querũt τ portãt crucẽ boni latronis:

quā inuenit hodie Helena regina.i.rō debꝫ reqrere re
gens sensualitatē:ꝛ debet cōpellere Judam.i.carnem
minando ꝛ ignem.s.eternū.Et ista est crux vere penitē
tie que consistit in quattuoꝛ coꝛnibus.Primū: scꝫ infe=
rius coꝛnu est humilis recognitio ꝛ doloꝛ peccati. Au=
gusti.Ubi doloꝛ finitur de penitētia:nil remanet de ve
nia.Scd̄m scꝫ supius coꝛnu est dei placatio per ꝯfessio
nem ꝛ satisfactionē cum ꝑposito nunq̄ de cetero offen=
dendi.Tertiū.s.dextrū coꝛnu est restitutio.Un̄ Augu.
xiiij.q.vj.Si res. Peccatū nunq̄ dimittit̄ nisi restituat̄
ablatū. Quartū.s.sinistrū coꝛnu est iniuriaꝝ remissio.
Augu. Unusquisq̄ talē indulgētiā acceptur⁹ est a deo:
D qualem ipē dedit proximo. D Tertia crux fuit hodie
ꝑncipalius q̄sita.s.dn̄i nostri Jesu chr̄i: quā inueniūt ꝛ
poꝛtant gl̄iose iusti.vt dicant cuꝫ ap̄lo ad Gal.ij.Chr̄o
cōfixus sum cruci:viuo ego iam non ego:viuit ꝟo in me
chr̄s.Sed in q̄bus hec crux ꝯsistat Bern̄.in s̄mo.Uicit
leo.edocet dicens in hec ꝟba. His ꝟtutū gēmis quat=
tuoꝛ coꝛnua crucis a chr̄o oꝛnant̄ supeminēs est chari=
tas.a dextris est obediētia:a sinistris patiā: in ꝓfundo
humiltas.His ditauit tropheū crucis cōsūmatio domi
nice passionis.Sic ḡ spūaliter in hac cruce debet pen=
dere bonus chr̄ianus.ad Gal.v. Qui chr̄i sunt carneꝫ
suam crucifixerūt cū vicijs ꝛ cōcupi. Qui hanc cruceꝫ
inuenerit ꝛ poꝛtauerit:inueniet vitam in chr̄o:ꝛ hauri=
E et salutem eternam. E

(Utrum sine chr̄i cruce et passione sal=uari gen⁹ humanū fuerit possibile.)

¶ Circa scd̄m ꝑncipale de opatione salutis nr̄e p cru=
cem chr̄i q̄stio vtilis occurrit.Utrū sine chr̄i cruce: vel
absq̄ filij dei passione saluari genus hūanū fuerit possi
bile: Rō q̄stionis est.q2 deus est omp̄s.Et ideo sicut so
lo impio volūtatis hoies creauit.ita solo impio volun
tatis saluare potuit.Greg.xx.moral. Qui nos fecit ex
istere ex nihilo:reuocare etiā sine sua moꝛte ꝛ passione
crucis potuit sola volūtate.Sed in ꝯtrariū est scr̄ptura
Lu.vlti.Optebat chr̄m pati ꝛ sic p̄dicari pniam in re=
missionē pctoꝝ in noie eius ꝛc.Ad hec rn̄dendo s̄m do=
cto.p̄cipue Bona.ꝛ Rich.sup.iij.dist.xx.cōcoꝛ.Alexā.
de ales.ꝛ Tho.iij.pte.q.xlvj.art.j.eliciamus tres p̄ci
Pria ꝟitas puas ꝟitates pro documēto. Prima ꝟitas.ꝙ de po=
tētia dei absoluta potuit deus hoiem saluasse sine chr̄i
pena.Un̄ Leo papa in q̄dam ser. Ramispalmaꝝ.d̄t sic.
Omipotētia filij dei eq̄lis est pr̄i:potuisset liberare ge
nus humanū solo impio volūtatis sue: nisi diuinis opi=
bus magis cōgruisset.Itē Augu.xiij.lib.de trini. Dici
mus aliū inq̄t modū deo possibilē fuisse:cuius potestati
cuncta subiacēt.Sed sanāde nr̄e miserie cōueniētioꝛeꝫ
aliū modū nō fuisse q̄ p chr̄i passionē.Et per hec solui=
tur ratio p̄scripta ꝙ bene ꝓcedit.quia potuit deus hoc
absoluta potētia:sed nō fecit.q2 nō cōgruit.Sicut exē=
pli grā.Rex de sua potētia absoluta posset ex regia cle
mentia mādare.ꝙ oēs qui sunt in carcere vel moꝛte iu
dicati pro tali die dimittant̄ liberi. Sed cōuenienter ꝛ
legitime non pōt hoc facere:nisi satisfactio fiat vel resti
Scd̄a ꝟitas tutio illis q̄bus tales tenent̄. Scd̄a ꝟitas:ꝙ de potē
tia oꝛdinata homo saluari non poterat sine crucis chr̄i
pena ꝛ moꝛte satisfactoꝛia. Rō.q2 potētia oꝛdinata re=
spicit oꝛdinē iusticie: que exigit condignā satisfactionē
Sed gen⁹ humanū iuste incurrit penā ꝛ moꝛteꝫ eternā
pro pctō ꝑmoꝝ parentū.Quāuis em̄ diabolus in para
diso iniuste inuaserit hoiem ꝛ decepit: tn̄ homo volūta
rie cōsentiens iuste derelict⁹ est sub diaboli ptātem ca=
dere:ꝛ reatū pene ac moꝛtꝭ eterne:cui se volūtarie ob=
ligauit incurrere.Idcirco oꝛdinata potētia non potuit
liberari ꝛ saluari aliter q̄ per satisfactioneꝫ filij dei in
cruce pro genere hūano:per quā passionē in cruce mul
ta expediētia ad salutē hūani generis cōuenientissime
F cōcurrebāt.vt patebit in seq̄n. F Tertia ꝟitas.ꝙ
Tertia. q̄uis chr̄m pati ꝛ moꝛi in cruce non erat simpl̄r necesse
pro nr̄a salute:erat tamē necessariū ex dei oꝛdinatione
ad saluandū sic cōgruētissime s̄m oꝛdinē iusticie.Decla
ratur.q2 chr̄s nō cogebat̄:nec optebat cuꝫ pati pro nr̄a
salute necessitate coactionis:q̄n alio modo potuisset no
bis salutē dare.q2 si hoies chr̄m dei filiū cognouissent:
nunq̄ crucifixissent.vt ait apl̄s.j.Coꝛ.ij.q̄d si deus fe=
cisset vt.s.agnouissent chr̄m hoies oēs ꝛ nō occidissent.
In tali casu volūtas sola chr̄i ad patiendū et charitas
intima suffecisset ad saluandū hoiem:vt volunt predicti
doct̄.Sic etiā si hō in padiso non peccasset. nihilomin⁹
s̄m Sco.chr̄us incarnat⁹ fuisset ex charitate ꝛ dei oꝛdi=
natione: non tn̄ carnē moꝛtalē et passibilē assumpsisset:
nec aliq̄s illū in padiso occidisset:sed in sola noticia ꝛ fi
de chr̄i hoies in celū peruenissent. Erat ergo non simpl̄r
necessariū pati chr̄m:sed ex suppōne diuie p̄oꝛdinatio=
nis ꝛ cōgruētioꝛis liberatiōis hūane.q2 sic in cruce pa (Chr̄s in cruce passus ex rōnib⁹ infra=scriptis)
ti chr̄m magis expediebat ad nr̄am salutē mltis rōnib⁹
q̄s accipe s̄m oꝛdinē alphabeti.Primo rōne ablutionis
a soꝛde peccati.Apoc̄.j.Dilexit nos ꝛ lauit nos a pctis
in san.ꝛc. Scd̄o rōe btitudis.s. ꝓmerende p suā passio=
nē.q2 per h̄ chr̄s dn̄s ꝯuenient̄ ꝓmeruit p sua obediē=
tia ꝛ hūilitate exaltationē. iuxta illd̄ Phil.ij. Fact⁹ est
obediēs vsq̄ ad moꝛtē:moꝛtē aūt crucis. ꝓpter q̄d ꝛ d̄s
exaltauit illū.Et nobis grām non solū liberationis:sed
etiam iustificatiōis p sacramēta que efficaciā habēt ex
chr̄i passione.ꝛ ꝓmeruit in futuro nobis etiā gl̄iam bti=
tudinis.Tertio rōne charitatis.s.in nobis accendēde:
sine qua nō est salus.j.Coꝛ.iij.Un̄ Bern̄.Sup om̄ia te
amabilē mihi reddit o bone Jesu calix passionis quem
bibisti in cruce.hoc est em̄ q̄d affectū meū artius strin
git:iustius erigit:ꝛ foꝛtius allicit. Quarto rōne diuine
dilectionis.s.cognoscēde. per hoc em̄ coḡscit homo q̄
sūme nos deus diligat.Ro.v. Cōmendat in nobis de⁹
suam charitatē.quia cū essem⁹ inimici: chr̄us pro nobis
moꝛtuus est.Quinto rōne exēplificationis. q2 per hoc
dat̄ nobis sūmum exēplū obediētie:hūilitatis:iusticie:
patiētie:ꝛ aliaꝝ virtutū salutiferaꝝ.Un̄.j.Pe.ij.Chr̄s
p nobis passus est: vobis relinquēs exēplū vt sequami
ni vestigia eius,Sexto rōne fraudis.s.diabolice.vt sic
diabol⁹ fraudulent̄ hoiem in ligno vicerat: ita in ligno
vinceret̄ per christū dominū.non q̄dem potentia deita
tis: sed iusticia ꝛ humilitate. vt dicit Augusti.xiiij.de
trinita.Septimo rōne gl̄ie dei.in hoc ꝙ impleuit chr̄s.
sic om̄ia per ꝓphetas p̄nunciata a deo ꝛ oꝛdinata ac re
uelata in scr̄pturis. Octauo rōne humane emptionis et
obligationis.quia per hoc homini indita est maioꝛ obli
gatio ad seruiendū chr̄o:ꝛ non peccatis.Unde.j.Coꝛ.
vj.Empti estis p̄cio magno:gl̄ificate ꝛ poꝛtate deum in
coꝛ.ꝛc.O ergo homo chr̄iane recognosce chr̄i iesu amo
rem qui voluit pro te pati.ꝛc. G G

(De inuentione material' crucis.)

¶ Circa tertiū mysteriū de inuētione materialis cru=
cis chr̄i accipe pro cōclusione.ꝙ inuētio sctē crucis di=
gne ab ecclesia hodie colitur.quia hodie inuēta ꝓhibe
tur:ꝛ miraculis manifestata ꝓbat̄. Pro cuius histoꝛia
vel legenda Notandū ꝙ sancta chr̄i crux multipliciter
dicitur foꝛe inuēta pro tēpoꝛū varietate. Primo nem (Prio inuēta)
pe inuenta fuit a Seth filio Ade.vt legitur in euange=
lio Nicodemi.ꝙ scꝫ cum Adam infirmaret̄:Seth filius
eius poꝛtas paradisi adijt: ꝛ oleum ligni misericoꝛdie
quo coꝛpus perungeret pro recipiēda sanitate postula
uit.Cui apparens Michael angelus ait. Noli laboꝛa=
re ꝛ flere pro hoc oleo:quia habere nō poteris:nisi quā
do completi fuerint quinq̄ milia quingenti anni. Le
gitur aūt alibi.ꝙ tunc dedit sibi angelus tria grana li=
gni vetiti.prout etiam Lyra sup Joā.v.recitat.Redi=
ens ergo et patrē moꝛtuū inueniens:hec grana sup tu=
mulum patris plantauit. Indeq̄ oꝛte sunt tres virgu=
le:que postea in vnam arboꝛem coniuncte.sicut recitan
do dicit Lyra vbi supꝛa.creuerūt in arboꝛem magnam:
ꝛ vsq̄ ad tēpoꝛa Salomonis illa perdurauit. Et in qua
dam historia Grecoꝝ legitur.ꝙ tradidit ei angelus de
ligno in quo Adam peccauit:ꝛ dixit. Qn̄ quādo fructū
fecerit tunc pater saluabitur.Sed hec apocripha sunt:
quāuis histoꝛice narrari possint:quia non derogant fi=
dei. Secūdo inuenta fuit a Salomone: qui dum do=
mum saluꝭ edificaret: videns arboꝛē pulchꝛam: istam
precidi iussit.Et vt dicit Joānes Beleth:nusquā loca=
ri poterat vel aptari:modo nimis longitudine excedēs
modo breuitate deficiens.ob hoc indiḡti artifices ip̄aꝫ
reprobarūt: ꝛ sup quendā lacum vt esset pons transeū
tibus proiecerunt. Regina autem Saba: que scd̄m
Josephum dicta fuit Nicaula: Cum venisset in Hie=

ruſalē audire ſapiam Salomonis: vt habet. iij. Reg. x. Que dum per lignū trāſire debebat: vidit in ſpū ꝙ ſaluator mūdi in illo ligno ſuſpendēdus erat. ideo ſup illo non iuit: ſed reuerentiaꝫ ei fecit. Et vt dicit in hiſtoria. ſchol. intimauit Salomoni. ꝙ in illo ligno ꝗdam ſuſpendendus foret: per cuius mortem iudeoꝝ regnuꝫ deleri deberet. Salomon igitur hoc lignū inde ſuſtulit: ⁊ in ꝓfūdiſſimis terre viſceribus demergi fecit. Poſtea probatica piſcina ibidē facta eſt: vbi Nathinnei hoſtias abluebant. Unde ꝓbatica dicit a ꝓbathon quod eſt ouis: ſcꝫ pro hoſtia īmolanda ſm Lyrā. Tertio inuēta fuit a iudaica gente in illa piſcina. quia vt ſcribit Joā. v. hec piſcina habuit ꝟtutē hanc. ꝙ cū angelus dñi deſcēdiſſet ⁊ aqua moueret: ꝗcunqꝫ prior deſcēdebat in piſcinā ſanabat a quacūqꝫ infirmitate. Hoc aūt putat a noſtris doctoribus. ꝙ non ſolū ex deſcēſu angeli tale miraculū fiebat: ſed etiā ex ꝟtute ipſius ligni ſancte crucis ibi latentis. Appropinquāte ergo paſſiōe chri: p̄dictū lignū ſupnatauit dīno nutu. Qd cū iudei vidiſſent ipm acceperūt: ⁊ dño crucem parauerūt. Tandem poſt mortem chri ⁊ aſcēſionem ipam crucē iudei in terra abſconderūt in golgatha: vbi crucifix⁹ fuit dñs: vbi per ducētos annos ⁊ vltra latuit.

nobis aduersariꝰ. Salus hec aīe ꝛ corpis: oīm malorū
auersio: oīm bonoꝝ datrix: pcti interēptio: arbor resur-
rectionis: lignū vite eťne. Hec ꝛ p̄la ibidē. Uñ ppł mi-
ras ꝛ varias eius ꝟtutes voluit d̄s: ꝙ crux chr̄i fuerit
cōposita ex varijs lignis ꝟtuosis. vt no. in Cle. j. de sū.
tri. in glo. sup ꝟbo Cruci. Stipes eñ cruc. hoc est trū-
cus q̄ in terra figebał erat de cedro. Est aūt cedrꝰ ar-
bor altissima oīm arboꝝ. vt ait Raba. ꝛ iputrescibił: cu
ius odor s̄pētes fugat. q̄ s̄cał ꝙ gl̄ia ꝛ ꝟtus cruc chr̄i
est altissima vsqꝫ ad celū apiendū: putredinē vicioꝝ re-
pellēs: ꝛ diabolū fugans. Itē palū cruc p longū erat
de palma. s̄m d. glo. cle. ad s̄candū victoriā de diabolo
ꝛ inferno. qꝛ victores de palma ꝯsueuerūt coronari. Itē
lignū cruc palū. alij dicūt fuisse de cypsso: ꝛ ex trāsuer
so de palma. sed glo. dicta d̄t lignū trāsuersum fuisse de
cypsso q̄ est ḡta odore ꝛ tāte firmitat: vt nulliꝰ venti im
pulsu comā amittat. vt ait glo. sup Eccl̄iasticū. q̄ s̄caba
tur ꝙ odor sacrificij cruc chr̄i deo tam ḡtus fuit vt ip̄z
placaret. ꝛ valet eius signū vel memoria ꝯtra oīa picu
la ꝛ tētatiōes firmā ꝯstantiā p̄bēñ. Deniqꝫ tabula supra
crucē erat de oliua. vt d̄t glo. Clem̄. vbi s̄. Oliue aūt li
q̄r supnatat oībus liq̄ribus: ꝛ dolorē vulneꝝ dulcorat.
Uñ per h̄ s̄cabał ꝙ miscđia dei q̄ est sup om̄ia opa eius
dicente ps. pnie dolorose amaritudinē dulcorat ex me

E — Quinto ex pte eccl̄ie. — moria passionis chr̄i. Et sic ptz. E Quinta ratio ex
pte eccl̄ie. ꝛ fideliū cōgruebat chr̄i crucē manifestari ꝛ
de visceribus terre leuari: vt ex eius deuotiōe ꝛ adora
tione asseq̄remur celeste p̄miū ꝛ fidei fulcimentū: ꝛ cha
ritatis ac spei solaciū ꝛ augmentū. Uñ d̄t Raba. de lau
de cru. sic. Tu sctā crux es pctōꝝ remissio: meritoꝝ au
gmentū: gaudiū electoꝝ: tu status credentiū recte: tu
firmitas opantiū bene: tu btitudo pseuerantiū rite. hec
ille. Sed q̄stio occurrit. quō crucē sctām pdere ꝛ eius
locū obliuisci potuerūt fideles in p̄mitiua eccl̄ia: cū es-
sent deuotissimi erga eam: ꝛ feruētes vsqꝫ ad mort pas
sionē pro chr̄o. Rn̄deł ꝙ hoc accidit vt legił in histori-
is eccl̄iastic. ex eo ꝙ quia in loco illo vbi chr̄s fuit pas-
sus: ꝛ eius sctā crux abscōdita erat templū veneris qđ
Adrianus impator ibidē cōstruxerat: vt si q̄s chr̄ianoꝝ
in loco illo adorare voluissꝫ: videreł Venerē adorare.
Et ob hoc infrequēs ꝛ pene obliuioni datus fuit locus
vsqꝫ ad annū dn̄i. cccxxxij. s̄m Hermannū in Chronica.
Et tunc inuēta cruce regina templū illud funditus fec
destrui ꝛ locū marari. O ḡ charissima aīa chr̄iana reco
gita: qꝛ sanguine Chr̄i es abluta. age gr̄as chr̄o Jesu
deo tuo: eiusqꝫ crucem deuote adora: ip̄m crucifixū ple
no corde ama: vt asseq̄ris cum angelis celestia gaudia:
de diabolo victoriā ꝛ crucis gr̄am. F

F — Quare chr̄s elegit mortē crucis. — ¶ Circa scđm p̄ncipale de p̄electione passionis in cru
ce querił. Quare chr̄s bn̄dictus pati p̄elegit et voluit
mortē crucis pre oībus generibꝰ mortis? Ad qđ pōt sic
obijci. qꝛ chr̄s dn̄s debuit pro nr̄o amore acerbissimā et
dolorosissimā mortem. sicut fuit pphetatū Threñ. j. O
vos om̄es qui trāsitis per viam: videte si est dolor sil̄is
sicut dolor meus. Sed sunt aliq̄ genera mortis acerbio
ris doloris ꝛ cruciatꝰ q̄ꝫ sit passio crucis vel afflictio. vt
claret de excoriatione. vt legił de sctō Bartholomeo:
ꝛ assatione ꝛ rote ꝯfractione. p singl̄a mēbra quoqꝫ inci
sione. vt legił de sctō Jacobo inciso: ꝛ pluribus talibus
que legunł de varijs martyribꝰ. Cur ergo chr̄s dn̄s p̄
cūctis ḡnibus mortis crucē elegit. Rn̄deł s̄m doct. p̄ci
pue Tho. iij. pte. silr̄ aliq̄s huiꝰ tractatores p cōclusio
nem. ꝙ cōgruētissimū fuit chr̄m dn̄m pre om̄i ḡne mor-
tis pati: ꝛ eligere mortez crucis. Et hoc p̄cipue quinqꝫ
rōnibus dimissis alijs.

¶ Prima ratio nostre bn̄dictionis ꝛ aīationis
¶ Secūda ratio cōgrue satisfactionis.
¶ Tertia ratio pfecte sanctificationis
¶ Quarta ratio mūdane attractionis
¶ Quinta ratio figure ꝛ eius impletionis.

¶ Prima rō nr̄e bn̄dictionis ꝛ aīationis. quia inter oīa — Pr̄a rō nr̄e bn̄dictionis
genera mort hoc genus. s. in cruce mori fuit p maledi-
ctione iḡbilius: execrabilius: ꝛ formidabiliꝰ. vtpote pe
na malefactoꝝ ꝛ maledictoꝝ. iuxta illđ Deuł. xxj. Ma-
ledictus oīs q̄ pendet in ligno. Chr̄us ergo dn̄s p nr̄o
amore voluit hanc mortē turpissimā sil̄ ꝛ aboiabilē ac
maledictā sustinere: vt nos a maledictiōe absolueret ꝛ
bn̄dictionē ꝯferret. Uñ d̄t ap̄ls ad Gał. iij. Chr̄s rede-
mit nos de maledicto legis factus p nobis maledictū
. i. sustinēs p nobis penā mort q̄ inferebał in lege male
dictis. Subdit ḡ ap̄ls. quia scp̄tū est. Maledictꝰ om̄is
q̄ pēdet in ligno. vt in gētibus bn̄dictio abrae. s. pmissa
fieret in chr̄o iesu. Hec ap̄ls. Promissuꝫ eñ erat abrae:
ꝙ in semie eius bn̄dicerenł oēs gētes. Geñ. xxij. qđ im
pletū est in chr̄o ampliꝰ. qꝛ hoc genꝰ mort fuit execrabi
lius ꝛ aboiabilius: ac p ꝯsequēs formidabiliꝰ homibus
ob maledictionē p̄dictā. Nā q̄uis sint homies q̄ mortē
ip̄am nō timeāt: genus tñ mortis horrescūt. hoc aūt ge-
nus erat p̄ ceteris horribiliꝰ. Ut ergo chr̄s dn̄s aīaret
nos ad nullū genus mortis timendū ꝛ refugiendū: sed
ad suscipiendū quācunqꝫ mortē pro eius amore voluit
ꝯtēptibilissimū hoc genus mort subire. Unde Mat. x.
ait. Nolite timere eos q̄ occidūt corpus. ꝛ post hec non
ha. am. qd fa. ostdam aūt vobis quē ti. Timete euꝫ qui
postqꝫ occi. ptātem ha. mit. in gehē. Nimirū videmus ꝛ
nouimꝰ quoddā genus mortis esse valde dolorosum et
acerbū: sed nō tam iḡminiosum vel maledictū. sicut est
excoriatio: assatio: sectio. ꝛ sil̄ia q̄ s̄m se sunt acerba. sed
non tam ignominiosa s̄m se: nisi forte ex maleficio hoīs
patiētis reddanł tam vitupiosa ꝛ maledicta. Aliud ge
nus mort est minus dolorosū: sed plus iḡminiosum. vt
suspēsio in ligno. Aliud est adhuc qđ respectu alioꝝ est
minus iḡminiosum ꝛ dolorosum. vt subita decapitatio.
Sed crucifixio vtrūqꝫ simul habuit. s. penā ꝛ ignominiā
sūmaꝫ. s. maledictiōis in lege. ideo hāc chr̄o eligere cō
gruit rōe p̄missa. Nec obstat ꝙ alia repiunł genera ma
gis acerba ꝛ dolorosa mort. qꝛ qđ deesse videł in acer
bitate pene exterior in chr̄o supabūdauit pre om̄ibus
martyribus ꝛ patiētibus in mūdo ex nobilitate sue cō-
plexionis: ꝛ ex limpiditate apphēsionis singuloꝝ dolo
rum. vt patuit ser. ij. de passione dn̄i l̄ra F. Et sic solui
tur obiectio de illa scriptura. O vos om̄es q̄ trāsitis p
viam attendite si est dolor si. ꝛc. qꝛ clauꝰ in cruce plꝰ le-
sit chr̄m q̄ꝫ acerbissime pene martyres leserūt. Debuit
itaqꝫ chr̄s pati in cruce pro nr̄e maledictiōis ablatiōe:
ꝛ pro sue bn̄dictiōis collatione: ꝛ cum hoc pro nr̄a aīa
tione. qꝛ Augu. lib. lxxxiij. q. dił. ꝙ sapia dei hoīem ad
exemplū quo recte viueremus suscepit. Pertinet autē

ad rectã vitam:ea que non ſunt metuẽda non metuere
ſ.quodcū̃ꝫ mortis genus pro chr̃o.ergo ⁊c. G Se-
G Secũda cõgrue ſatiſfactionis.
cũda ratio ꝯgrue ſatiſfactiõis:qm̃ hoc genus mortis.ſ.
pene crucis maxĩe ꝯueniens fuit pro ſatiſfactione pc̃ti
ꝓmi pentis hoĩm.vt qđ Adam rapuit decerpẽdo de li-
gno fructũ chr̃s ſolueret ſuſpẽſus in ligno.Juxta illud
pŝ.Que non rapui tunc exoluebã.Uñ canit eccl̃ia.De
parentis prothoplaſti fraude factor condolens:qñ po-
mi noxialis morte morſu corruit:ip̃e lignũ tunc notauit
damna ligni vt ſolueret.Hoc opus noſtre ſalutis ordo
depopoſcerat mł̃tiformis ꝓditoris ars vt artẽ falleret:
⁊ medelã ferret inde hoſtis vnde leſerat.Et iterꝫ.Qui
ſalutẽ hũani generis in ligno crucis ꝯſti.vt vnde mors
oriebaꝛ:inde vita reſurgeret.⁊ q̃ in ligno vincebat:in li
gno quoꝗ̃ vincereꝛ per chr̃m ⁊c.Jtem Adam peccaue
rat extendẽdo manũ ad lignũ.ğ chr̃s dñs extẽſis mani
bus paſſus eſt ⁊ cõfixis ad lignũ. Adã peccauit pedibꝰ
appropinquãdo vetito ligno.ergo chr̃s in pedibus ligⁿ
eſt cõclauatus.Adam peccauit guſtu.ergo chr̃s eſt fel
le ⁊ aceto potatus.Adam peccauit corde cõcupiſcẽdo
vetitũ fructũ.ergo chr̃us in corde eſt vulneratꝰ.Adam
ꝑdidit innocẽtie coronã.ergo chr̃s corona ſpinea eſt co
ronatus.Adã tanꝗ̃ ſuus malus demeruit flagellari.ğ
chr̃s flagellatꝰ eſt.Adam latrociniũ cõmiſit rapiẽdo.ğ
Tertia pfecte ſctificationis.
chr̃s inter latrones eſt ſuſpẽſus.⁊ ſic de alijs. Ter-
tia ratio pfecte ſctificatiõis.Hanc rõnẽ tangit Chryſ.
ſuꝑ illud Joã.Oꝑtet exaltari filiũ ho.di.ſic. Exaltari
audiẽs: ſuſpenſionẽ in altũ intelligas : vt ſanctificaret
aerem qui ſctificauerat terrã ambulañ.in ea. Nam ſan
ctificauerat ⁊ aquã in ip̃a ſe baptizari faciẽdo : ⁊ ſuper
mare gradiẽdo.Sctificaturus quoꝗ̃ erat ignẽ ſpiritũ
ſanctũ in ſpecie ignis mittẽdo.Unde reſtabat ſctificare
aerẽ in excelſo ligno ⁊ nõ ſub tecto moriẽdo.Ex h̃ per-
pende o homo quantũ deus deteſteꝛ hoĩs pc̃tm̃.qꝛ no-
uimus ꝙ pro pc̃tõ hoĩs mũdũ deleuit diluuio. ⁊ ꝓpter
eiꝰ infectionẽ oĩa elemẽta mũdare ⁊ ſctificare voluit a
H Quarto mũdane attractionis.
fetore pc̃ti. H Quarta rõ mũdane attractiõis.Nã
vt Greg.Nazañ.ait. Figura crucis a medio ꝯtracta et
in q̃ttuor extrema ꝑtita:ꝟcat ꝟtutẽ ⁊ ꝓuidentiã eius q̃
in ea pepẽdit vbiꝗ̃ diffuſam.Erat q̃ppe deus recõcili-
andus:infernus cõculcãdus:gentiũ ppł̃s ex q̃ttuor mũ
di ꝑtibus attrahẽdus ad fidẽ.ideo per lignũ crucis pẽ
dendo ſic ſaluator mori voluit:vt per caput ſurſum deũ
recõciliaret:per pedes deorſum infernũ ꝯculcaret:per
manus extenſas oẽs popł̃os attraheret: vt impleret h̃
ſigno qđ dixerat ꝟbo Joã.xij. Ego ſi exal.fue.a terra:
oĩa trahã ad meip̃m. Chryſ.Expaſſis inq̃t in cruce ma
nibus moriꝛ:vt altera manu veterẽ populũ:altera eos
qui ex gẽtibus ſunt trahat.ſ.amoroſi amplexus ſigno.
Quĩto figure ĩpletiõis.
Quinta rõ figure ⁊ eius ĩpletionis. qꝛ hoc genꝰ mor
tis figuris corrñdet.Unde Augu.in ſermo.de paſſione
dicit.Jn diluuio aq̃ꝝ humanũ genus arcu lignea libe-
rauit.De egypto dei ppł̃o recedẽte Moyſes mare vir
ga diuiſit:⁊ ꝟga Pharaonẽ ꝓſtrauit ac populũ dei re-
demit.Jdẽ Moyſes lignũ in aqua miſit : ⁊ amaritudi-
nem eius mox in dulcedinẽ cõmutauit:⁊ lignea ꝟga de
petra ſpũali chr̃o ſalutaris vnda ꝓferꝛ.hoc eſt chr̃i ſan
guis in cruce q̃ eſt potus nr̃e ſalutis eterne.Et ꝑ̃ſertim
chr̃o teſte Joã.iij.Sicut Moyſes exaltauit ſerpentez
in deſerto.ita exaltari oꝑtet filiũ homĩs.Hec oĩa ergo
in figura facta ſunt:vt his oĩbus ad lignũ crucꝫ per q̃ſ-
dam q̃ſi gradus veniaꝛ. Hec Augu. O ergo mira dei
ſapiẽtia in crucis paſſione.O ieſu bone tibi laus ⁊ gra-
J De acq̃ſitiõe gr̃e crucis.
tiarũactio pro talĳ morte. J
Circa tertiũ de acq̃ſitione gr̃e crucis ⁊ crucifixi acci
piamus pro documẽto ꝯcł̃onem hanc.ꝙ in hodierna in
uentiõe ſctẽ crucꝫ myſtice doceꝛ aĩa fidelis q̃liter aſſe-
qui valeat gr̃am eius ꝟtutis.Declaraꝛ. qꝛ vt legimus
ip̃a ſctã crux inuẽta eſt ꝑ q̃nꝗ̃ ꝑ̃cipua dei nutu ⁊ ordina
tione.q̃bus optime ꝟcanꝛ quinꝗ̃ valẽtia ad obtinendũ
gr̃am ꝟtutis crucis ⁊ chr̃i. Primo ꝑ regine inq̃ſitio-
nem que ad id mota fuit ex dei reuelatione facta Con-
ſtantino imꝑatori filio ſuo. Sed qꝛ rex vel regina a re-
gendo diciꝛ.ideo ꝑ hoc daꝛ intelligi.ꝙ qui volũt gr̃am
crucꝫ ⁊ crucifixi inuenire:debẽt ſe regere: ⁊ motus ſen
ſuales ſub imꝑio rõnis tenere.Ro.vj. Exiſtimate vos
mortuos peccato:viuẽtes autẽ chr̃o.i.gr̃a chr̃i. Non ğ
regnet pc̃tm̃ in vr̃o mortali corꝑe:vt obediatis cõcupi-
ſcentijs eius.⁊ Gał.v. Qui chr̃i ſunt car. ſuã cruci.⁊c.
Scđo per deuotã orõnem.qꝛ ip̃e Judas deuote ora Scđo
uit.vt patuit in legenda. Et nos ergo orare debemꝰ ꝓ
gr̃a chr̃i obtinẽda.Lu.xj.Om̃is q̃ petit accipit: ⁊ q̃ q̃rit
inuenit.petite ⁊ dabiꝛ vobis. Tertio ꝑ terre cõmotio Tertio
nem.quia poſt orõnem Jude terra mota fuit: ⁊ ſic crux
manifeſtata.ğ ſignificaꝛ ꝙ cor terreni hoĩs moueri de-
bet ad cõpaſſionẽ chr̃i ⁊ dilectionẽ vt gr̃am reperiat.ij.
Coꝝ.j.Sicut abundant paſſiones chr̃i in nobis:ita per
chr̃m abũdat ꝯſolatio nr̃a. Unđ Bonã.dt.Nil ita opaꝛ
in aĩa ſctificationẽ ſicut dñice paſſionis memoria. Jn
paſſione dñi totũ theſauꝝ inuenies.Hec ille. Quar Quarto
to per odoris exhalationẽ. qꝛ poſt orõnem et terre cõ-
motionẽ ſuauiſſimꝰ odor fragrauit in crucis inuẽtione.
ad ꝟcandũ ꝙ cum odore ꝟtutũ ⁊ operũ pietatis inueni
tur crucis chr̃i gr̃a.Unde Rom̃.ij. Gl̃ia honor ⁊ pax oĩ
oꝑanti bonũ.Grego.in homeł̃.reſurrectionis. Nos in-
quit in chr̃m qui mortuꝰ eſt credẽtes:ſi odore ꝟtutum ⁊
bonoꝝ operũ refecti dñm q̃rimus:inuenimꝰ Quinto Quinto
per ꝓfundam foſſionẽ.quia poſt hec om̃ia terrã fodien
tes.per.xx.paſſus crucẽ inuenerũt:quo deſignaꝛ humi
lis recognitio ſuoꝝ defectuũ ⁊ ꝯfeſſio.Unde Eccł̃i.iij.
Quãto maior es hũilia te in om̃ibus: ⁊ coram deo inue
nies gr̃am.Jtem Jaco.iiij.Deus ſuꝑbis reſiſtit:humi-
libꝰ aũt dat gr̃am.O ğ anima fidelis diſce ſic q̃rere : vt
poſſis inuenire gr̃am ieſu crucifixi (per merita ſue paſ
ſionis in cruce) diſce ip̃m amare o chr̃iane a quo ſic es
amatus vt per te ſubiret crucem.ꝓpter eius ſanguinẽ
⁊ mortem cõſerua te in eius gr̃a ne pereas cum diabo-
lo:ſed cum chriſto regnes in celo Amen.

De ſancto Bernardino ordinis minoꝝ
Sermo cum ip̃ius Legenda.

Nardus dedit odorẽ ſu-

um.Cañ.j.⁊ ad honorẽ huius feſtiuitatꝫ A A
Sicut dt glo:ſuꝑ Cañ. Nardus eſt herba hu-
milis ⁊ calide nature ⁊ odorifera.que optime ꝯueniũt
dici de btõ pr̃e noſtro Bernardino de Senis ordinis
minoꝝ.Hic nimirũ ſctũs merito laudaꝛ ſub nardi ip̃ius
ꝓprietate ex cõuenïẽtia noĩs ſumpti a ber. qđ eſt fons. Nardus
⁊ nardus. Jpſe q̃dem fuit fons in doctrine emanatiõe:
qua ſua ꝑ̃dicatione nomen gł̃ioſum dñi ieſu mirabiliter
laudandũ ⁊ exaltandũ ⁊ portandũ velut alter Paulus
docuit.Jp̃e ſua doctrina ſacrã religionẽ minoꝝ doctri
na reformauit: ⁊ numero ⁊ ſctitate adauxit: ⁊ poculł̃ ſa-
cre ꝑ̃dicationis oẽs potauit.Preterea tanꝗ̃ nardus fu
it ip̃e hũilis in cõuerſatione.Fuit ⁊ calidus in feruenti
amore chr̃i ⁊ ſctiſſime ſue matris Marie deuotione.vt
infra patebit.Fuit ⁊ odoriferus in fama ⁊ ꝟtute ſancti-
tatis tam deo ꝙ̃ hoĩbus g̃tiſſimus ⁊ per mundũ nomĩa
tiſſimus.vt merito de eo dici poſſit illud Eccł̃i.xlv. Di-
lectus deo ⁊ hoĩbus cuius memoria in bñdictione eſt.
qđ põt eſſe aliud thema pro ſermone.Unde ꝑ̃miſſa ver
ba thematis merito de eo accipiunꝛ. Nardus dedit ⁊c
Jn q̃bus ꝟbis hic ſctũs cõmendaꝛ de tribus ꝑ̃cipuis
in nardi ꝓprietate vt patuit.que dedit odorẽ deo gra-
tũ ⁊ hoĩbus.quia deus ip̃m gratũ ſublimauit ⁊c.
Primo de virtuoſa ꝑfectione.
Secũdo de gratioſa ꝑ̃dicatione
Tertio de gł̃ioſa honoratione B B
Circa ꝑ̃mũ de ꝟtuoſa ꝑfectione ſctĩ Bernardini: in De ꝑfectiõe
qua nobis ꝓponiꝛ in exemplũ imitandi.Accipiamꝰ pro s.Bernardi
documẽto cõcluſionis ꝟba Herõn.in epł̃a ad Helui.⁊ ni virtuoſa.
cõcor.Amb.xij.q.j.Cui portio.vicꝫ ꝙ ꝑfectꝰ ſuus chr̃i
exiſtit:q̃ nihil preter chr̃m ieſum querit.Quo claret ꝙ
Bernardinus ꝑfectus ieſu chr̃i ſuus fuerit qui chr̃um
⁊ ſuam mr̃em Mariã ardẽtiſſime dilexit.Pro huiꝰ con-
cluſionis declaratione aduertendũ.ꝙ tria ſunt genera
chr̃ianoꝝ vel ſuoꝝ dñi ieſu chr̃i ⁊ ſctiſſime matris eiꝰ.
Primũ eſt amorẽ chr̃i cõtemnentiũ
Scđm genus eſt chr̃m amore cõi diligentiũ.

¶ Tertiū est pfecto amore ⁊ spēali desiderantiū.
Primo ¶ Primū est amorē chri ⁊ p cōsequēs sue matris cōti=
nentiū. de quib⁹. ij. Pe. ij. Nouit dñs iniquos in diē iu=
dicij reseruare cruciādos. magis autē eos q̄ in cōcupi
scētia immūdicie ambulāt: dñationēq; ptēnūt. Ly. Do=
minationē. i. chrm. qui nō solū dicit dñs in cōcreto: sed
Tria genera seruorum episcoporū. ⁊ dñatio in abstracto ppter excellentiā dñij. Itē Pro=
uer. xviij. Impius cū in profundū venerit pctōꝝ cōte=
mnit. s. dei dilectionē ⁊ pñiam. sed sequit eū ignominia
⁊ opprobriū. s. gehēne. Ideo si es in pctō mortali scito
q̄ nō es in amore chri ⁊ sctissime matris eius. qr altissi=
mus odio habet pctōres. Greg. in hom. xxiij. Qui ad=
huc per illicita desideria defluit profecto deū nō amat
C Aug⁹. Scio omnē criminosum esse inimicū deo. C
Si querit: Cur amor chri filij dei nō pōt esse in pctōris
Questio. corde simul cū pctō? Rñdet Aug. Hom. viij. sup Ioā.
di. charitas ⁊ mortalē peccatū opponunt: iō stare non
pñt i eadē volūtate ⁊ nisi vnū radicit⁹ expulsuꝫ fuerit:
reliquū plātari nō poterit. Nā cū incipis deū diligere:
tūc icipis odire qd sibi ē ptrariū. i. pctm. Exm. Uita ⁊
mors nō pñt sit in eodē hoie stare. Aliō exēplū. Quō
potest esse vt diligas illū quē ex odio occidis. sed cum
peccas chrm crucifigis ex cōtemptu: vt testatur apłus
Hebre. vj. Rursum crucifigētes chrm filiū dei in semet
ipsis ⁊ ostētui habētes. Ly. i. quantū est in ipsis reite=
rant causaꝫ crucifixiōis chri. ⁊ ostētui habēt. i. vidētur
irridere. ⁊ sic cōtemnere mortē chri ⁊ eius amorē. Non
enī minorē iniuriā facit chrianus christo cum peccat q̄
D crucifixores quo ad aliqua D Scdm genus seruo=
Scdm gen⁹. rū chri est amore cōmuni chrm ⁊ suā sctissimā genitricē
diligentiū: vt sunt illi qui p amore chri faciūt omnia illa
que necessaria sunt ad salutē. Ex talibus habet pro suf
ficiēti q̄ saluent: licet per ignē purgatorij sm Aug⁹. vt
suut boni chriani cōmunes. Sed querit: quib⁹ signis di
ligētes deū tali dilectiōe. s. cōmuni discerni habēt. Re
spondet q̄ pcipue tribus: que sunt signa magis necessa
ria vł essentialia charitatis ita q̄ sine his nō manet cha
ritas chri ⁊ sctissime matris eius. Primū est verā fidem
catholicā tenere ⁊ omnes errores cauere. Heb. xj. Si=
ne fide impossibile est placere deo. Uñ. xxviij. q. j. oīs.
Ubi deest agnitio eterne veritatis: falsa virtus est in
optimis morib⁹. Scdm signū est mandata dei seruare ⁊
omnē offensam mortalē cauere. Ioan. xiiij. Qui habet
mādata mea ⁊ seruat ea: ille est qui diligit me. Simon
de cassia. Quid est q̄ dico: diligo regē si eius nō custo=
dio legē. Regis chri dilectio est eius pcepti adimple=
tio. Tertiū signū verbū dei audire ⁊ suscipere peniten
tiā de peccatis vero corde. Nā amātes delectant in ser
monibus amatorū ⁊ ex illis capiunt experimentū effe=
ctuū. Unde Ioā. viij. Qui ex deo est verba dei audit.
Et ij. Ioan. j. Omnis q̄ nō permanet in doctrina christi
deū nō amat. Aug. Uerbū dei est probatoriū per qd fi=
lij dei discernunt a filijs diaboli. Qui ergo ad verbū
E dei cōpungunt ⁊ vere penitēt deū diligūt als nō. E
Tertiū gen⁹ Tertiū genus seruoꝝ chri est amari speciali ⁊ pfecto
ipsum ⁊ sctissimā eius matrē amantiū ac plena deside=
rio querētiū. de qbus Greg. hom. xxiij. dicit. Qui deū
perfecte desiderat profecto iā habet quē amat. Queri
tur per qualia signa isti pfecte discernant ab alijs? Re
spondet sm doct. sctōs: q̄ per vnū signū perpetuā casti
tatē mūdissimā cōseruare Mat. xix. Sūt enuchi q̄ se ca
strauerūt. s. spiritualiter per cōcupiscētie repressionē:
nō per membroꝝ abscisionē propter regnū celorū. Qui
potest capere capiat. q. d. Tantū bonū perfectiōis est
alte sm glo. Non enim omnes capiūt hoc verbū. qr pfe
ctionis altus status est ad quē pmunes nō ascendunt.
sed qbus datū est. s. a deo. Sap. vij. Nō possum esse con
tinens nisi deus dederit. Unde Dam. li. iiij. ca. xvj. A
nuptijs abstinere angeloꝝ est imitatio. Quāto itaq; an
gelus est homine superior: tāto virginitas nuptijs ē ho
norabilior. Unde ⁊ castitati virginali centesimus: ⁊ vi=
duali sexagesimus debet fructus. Mat. xiij. sed coniu=
gali solū trigesimus. ⁊ sic patet perfectio ⁊c. Scdm si=
gnū est omnia tēporalia cōtemnere ⁊ in illis plene ab=
renūciare. s. amore chri. Aug. Quantū quis despicit. s.
omnia alia: tantū diligit. s. deū. ⁊ Greg. viij. li. moraliū.
Ad culmē perfectiōis tendūt qui exterius cūcta dere=
linquūt. iuxta dictū saluatoris. Si vis inquit pfectus
esse: vende omnia que habes ⁊ da pauperib⁹: ⁊ veni se
quere me. Tertiū signū aduersa pro chro libenter tole
rare ⁊ mortē desiderare. qr vt ait apłs. j. Coꝝ. xiij. Cha
ritas omnia suffert. Unde Origeñ. super epła Rom. ij.
Dum in dei amore perfecti sumus sensum doloris nō re
cipimus. Idē. Tāto amor altior ⁊ perfectior quāto vo
lūtas ad mortē pro chro fit paratior. Perfecta enī cha=
ritas foras mittit timorē. j. Ioan. iiij. F Ad propo= F
sitū. Beatus Bernardinus sm hec omnia signa predi=
cta solū chrm ⁊ btissimā virginē matrē eius desideran=
tissime quesiuit: ⁊ ipsum pre omnibus amauit nō solum
in etate prouecta: sed a puericia qd maius est. Ideo p=
fectissimus sctūs extitit. Hic nāq; in vrbe Senaꝝ ex pa
rētibus nobilibus ortus est. Cuius pater Tollus: ma= Historia scti Bernardini
ter vero Nera orthodoxi hūc primū filiū genuere āno
dñi. Mccclxxx. octauo die Septēbris q̄ est dies natiui
tatis gloriose marie virginis. Anno autē etatis sue se=
ptēnio pārēte orbatus vtroq; remāsit puer Bernardi=
nus cuidā matrone Diane sorori matris sue educādus
que ipsum tenerrimo amore diligēs vt filiū: lrīs tradi=
dit imbuēdū. q̄ mirabiliter sup coetaneos excreuit nō
solū ingenio: sed ⁊ sctitatis future indicio preclar⁹. Nā
quantū puerilis etas patiebat ad honorē virginis glo
riose sabbati ieiuniū semp ptinuauit: ⁊ pauperibus ad
ostiū petētib⁹ erogare elemosynas assuetus q̄tidie fuit
altaria domi deuotus puer semp faciebat et ornabat:
ac ibi orabat. ⁊ cūctis de domo quiescētibus aliquādo
surgebat: ⁊ genibus flexis ob memoriā passiōis chri ac
virginis Marie amorē in tenello corpe nudato se disci
plinabat. Cū autē ad predicationē ducebat puerulus
inde reuersus pueros in platea cōuocabat: eisq; pueri=
liter ea que in predicatōe memorie cōmendauerat pre
dicabat: qd multꝫ presagiū erat ipsum futurū fore sacer
dotē ⁊ pdicatorē. qd ⁊ rei probauit euētus diuia dispo
sitione ordinatus. Uñ cū in vrbe Senaꝝ vice quadā po
pulus pro solennitate ad fores hospitales ecclie sancti
Onofrij cōgregatus esset: Bernardinus iā adolescens
spiritu ebrius diuino in arborē quandā celerrime cōscē
dit: ⁊ signo crucis inito cū ingenti feruore verbū dei sic
elegāter ⁊ diserte illis pposuit vt ciues tā docti q̄ im=
periti vehemēter admirarent. Sic sic nimiꝝ dei gratia
Bernardinus in tāta corpis ⁊ mētis pudicicia ac venu
state decoratus est morib⁹ vt verbū inhonestuꝫ nullus
domesticorū: nullus cōstudentiū clericorū corā eo dice
re auderet. eo q̄ mox tales increparet. Uñ tā seclares
secū ab infantia pueriati q̄ etiā frēs q̄ cū eo cōuixerāt:
quorū etiā aliqui cōfessionē eius audierāt cōscientiose
affirmauerūt ipsum virginalē integritatē semp obser=
uasse illibatā. Interea nobili diana defuncta filia eius
tobia venerabilis matrona vidua de tertia regula bti
Fran. curā Bernardini suscepit: q̄ erat mulier sctā ora=
tionibus ⁊ ieiunijs deo seruiens. Hec deū precibus cō
tinuis ⁊ beatā virginē mariā ac omnes sctōs exorabat
vt Bernardinus ab omi carnali amore immaculat⁹ pre
seruaret a chro. ⁊ frequētissime bernardinū ad id hor=
tabat ⁊ monebat solicita vt ipsum chro dedicaret. San
ctus etiā bernardinus huius ppositi feruētissimus exo
ptator cōmendabat se plurimū virgini gloriose matri
dei. Et ob hoc frequentissime ieiunabat: missas deuote
audiebat: oratiōi vacabat: vestitus dormiebat: ⁊ se totū
beate virginis marie custodie cōmendabat: Ad quā tā=
to amore flagrabat vt philocaptā illā delectāq; suā pu=
blice fateret. Uñ cū iā litterarū studio vacaret adole=
scēs plerūq; ipsi thobie nutrici sue dicebat. Ego in hac
vrbe quandā predilectā habeo ineffabiliter speciosam
cuius nisi gratiosum aspectū quotidie videā videretur
mihi q̄ omi solamine destitutus dire morti succumbe=
rem. Illa ergo huius rei nescia cepit ipsum increpare:
⁊ de hoc curiose explorare q̄ esset illius dilecta sic com
mendata. Clam ergo cōsiderās cōperit q̄ deuot⁹ ber=
nardinus quotidie visitaret quandā imaginē gloriose
virginis depictā extra menia ciuitatꝫ super portā: eāq;

vertice nudato: flexis genibus salutabat dilectā philo-
captā suā: seq3 illi humiliter cōmendās sic letus reuer-
tebatur ad scholas. Sup qua re nutrix eius multū est ex
hilarata: τ ait intra se. Nempe iste adolescēs magnus
G erit sanctus. G Tandē factus adultus pstante do-
mino: in humanis sciētijs eruditus excellēter: ptulit se
ad studiū sacrorū canonū in quo τ valde pfecit. Cumq3
anno dñi. Mcccc. pestis magna regnaret Bernardin9
propter amorē chri singularēq3 deuotionē btē virginis
nequaq3 corporalē metuēs mortē: animo hilari vltra se
obtulit ad seruiendū infirmis in hospitali sctē Marie in
Sena existente: humillime pedes infirmorum ablueñ. sa-
niem abstergēdo: τ omnia seruitia faciēdo: morituris sa
cramēta ordinādo: τ mortuos sepelieñ. vbi per quattu-
or menses se obijciēs omni spurcicie languidorum die no-
ctuq3 τ fetorib9. Et ipse tandē graui morbo infirmatus
quattuor mensib9 patiētissime tolerauit infirmitatē re-
putās diuinā visitationē. Post recuperatā autē sanita-
tē magis accēsus diuino amore cōcupiuit deo liberius
deseruire in religiōe: mūdo relicto. Orabat vero cruci
fixū vt sibi ostēdere dignaretur cuius religiōis habitum
susciperet. Reuelauit ergo chrs illi dicēs vt nudus ser
uulus nudū crucifixū dominū sequeretur: vestigijs beati
Frācisci inherēdo. Unde spreto genere natiuo militari:
distracta omni hereditate paterna τ pauperib9 ac egē-
tib9 distributa: āno etatis sue. xxij. in ipsa die natiuitatis
sue predilecte virginis gloriose habitum fratrū minorū
suscepit deuotissime. Et eadē die anno pbatiōis cōple-
to pfessionē fecit tama sperā τ mirā egit penitentiā in-
ter fratres: ebrius spū vt oībus admirabilis videretur
Tandē ordines sacros suscipiēs: primā missam dixit in
die natiuitatis virginis. Et tandē pdicator factus: pri-
mā predicationē de natiuitate vginis Marie fecit. In
die quippe natiuitatis vginis fuit natus: τ eodē die ba
ptizatus: sicq3 totius vgini dedicatus: q τ toto tēpore vi-
te illi deuotissime seruiuit. Exemplū g nobis τc. H

H de grosa pre dicatiōe scti Bernardini

¶ Circa scdm de gratiosa pdicatiōe scti bernardini
queri pōt qualiter homo in pdicatōe alicuius audiēda
debeat se disponere ad adquirendā dei gratiam τ iesu
chri amorē: ac vginis gloriose deuotionē? Ratio que-
stionis est: q2 vt ait glo. De. xxxiij. Frustra exteri9 irri
tat sermo doctoris nisi interius irriget gratia cōditoris
Et idcirco vt in pdicatōe quis gratie fructū adquirat:
debet se disponere chrianus deuotius vt saluetur. Uñ et
Berñ. sup Cañ. ser. xviij. dicit: q ipse iesus τ nō alius
dat in sermone sentire fideliter: pferre vtiliter: τ adim
plere efficaciter. s. audiētib9. Bonū est ergo scire quali
ter ibi gratia adquiratur. Ad hec respōdetur q vt colligitur
ex doctorum dictis tria precipua debet homo in se habe-
re vt gratiā mereatur cōsequi in pdicatione Primū est
vt homo velit cor aperire. s. deo pulsanti per inspiratio
nē. τ vocāti p pdicationē. s. deserēdo pctm. Nā h3 Pet.
de Tarātasio sup. j. di. xl. ar. ij. Homo pctor indignū se
reddit ad gratiā dei habendā maxime. s. si nō vult pec
catū relinquere: τ per cōsequēs gratiā chri recipere:
q2 vt Anß. Dionys. τ Aug. dicūt q causa q̄re peccator
nō habet gratiā nō est q2 deus nō velit dare: sed q2 pec-
cator nō vult accipere: q2 peccatū nō vult deserere. Si
cut exēpli gratia. Si porrigerē tibi cibū vel potū opti-
mū in predicatiōe τ tu nullo modo vis os tuū aperire.
Secundū si homo vult facere q̄d in se est ad gratiā ha-
bendā. s. dolēdo de peccatis cōmissis atq3 diuinis inspi
rationibus ad dei verbū adquiescēdo. vt idē. Pet. vbi
supra dicit. Qui aūt non volunt acquiescere: sed rebellāt
similes sunt demonibus. Heu qualis fatuitas: quia pollu
ti sunt sordibus τ nolunt ablui. ardentē illis ignem in-
fernalē nolūt extingui: nec a vinculis illis solui Ter-
tium est vt homo velit grām dei retinere sc3 acceptā in
pdicatione: τ nolit extinguere. j. Cor. iiij. Spiritū noli
te extinguere. Glosa. Spiritū extinguit: qui donū grē
accepte negligit: nec opando in ea proficit. Unde Gre-
go. in hom. dñice de passione. Sunt inquit nōnulli: qui
pcepta τ vba dei nec aure cordis pcipere dignantur. et
sunt nonnulli qui hec q̄dem aure pcipiunt: sed nullo ea
mentis desiderio complectantur. Et sunt nōnulli qui libē

Bona dispositio audiētis pdicationem

ter verba dei suscipiunt: ita etiam vt in fletibus cōpun
gantur: sed post lachrymarū tempus ad iniqtatem re-
deunt. Sed quid de talibus sentiendū sit. idem Greg.
in homel. sexagesime ostēdit dicēs sic. Cibus mētis est
sermo dei: τ quasi acceptus cibo stomacho languente
reijcitur: quādo auditus smo in ventre memorie nō te-
netur. sed quisq3 alimēta non retinet: huius pfecto de
vita desperatur. Eterne ergo mortis periculū formidate
si cibum sancte exhortatiōis non accipitis: si verba vite
non tenetis. Idcirco saluator Luce. xj. Beati qui audi
unt vbum dei τ custodiūt illud. J Ad ad ppositum
beati Bernardini predicatio fuit multum gratiosa cun
ctis audiētibus. Primo q̄dem rōne penetrationis gra
tie. quia sermo eius tanq3 facula ardens audientiū cor
penetrabat: adeo vt inimicitias τ partialitates i diuer
sis ciuitatibus per longa tempora durantes: ad pacem
reuocauerit: pctōres maximos τ obstinatos ad peniten
tiā cōuerterit: vsurarios raptores male ablata vsq3 ad
multa milia ducatorum restituere fecerit: τ multos ad re
ligionē induxerit: adeo q cum antea vix forēt centū tri
ginta fratres de obseruantia in italia: τ viginti loca par-
ua fratrū vsq3 ad tēpus obitus sancti Bernardini mul-
tiplicati sunt fratres vltra q̄ttuor milia: et loca vsq3 ad
ducēta triginta. Sed et fratrib9 per ipm dimissis p reg
diuersa innūerabilia loca fratrū sunt per reges τ pnci
pes deuotos erecta. Secūdo rōne edificationis vite
fuit gratiosa eius pdicatio. Cum em̄ a tribus solēnibus
ciuitatibus: sc3 Sena: Ferraria: τ Urbino in episcopū
feruido zelo postularetur: ipe elegit in humilitatis voca
tione pmanere. apud Martinū papam quintū τ Euge
nium quartū se hūiliter de hoc excusando. de quo ma-
gna edificatio fuit apd oms. Dux etiā Mediolani mul
tam auri copiā Bernardino dū ibi pdicaret misit: s3 vir
dei nō accepit: sed ciuē p quendā paupibus icarceratum
redimēdis destinauit. Tertio rōne deuotiōis mire. qm
nomen dñi Jesu in omi sua predicatione ad orandū in
tabella depictum pplo ostendendū mirabiliter exalta
uit τ portauit: nomen Jesu crebro nominando vt alter
Paulus. Ad virginē aūt Mariā tāta deuotione ferue
bat q dū laudes eius pdicaret accendebatur feruore tā
to q facies eius tanq3 alteri9 seraphin solari videbatur
irradiare fulgore: τ sic patet. K

J Predicatio Bernardini penetrans.

¶ Circa tertium principale de honore glorioso sit p
conclusione q benedictus dñs Jesus τ sanctissima ma
ter eius honorauerunt sctm Bernardinū maximis glo
rie honoribus: τ hoc tam in eius vita q̄ in morte q̄ etiā
post mortem. Prima gloria vginee incorruptionis: q2
virginitatem eius illibatam pseruauit: vt claruit in ei9
legenda: imo quod maius est nunq3 mortale pctm com
misisse affirmauerunt qui suam confessionē audierant:
τ ab infantia secū conuersati fuerāt: τ hoc idem ipemet
in quadā infirmitate sua astrictus reuelauit Tobie nu
trici sue. Unde in officio de eo habetur. Exemplū dat spe
ctantibus dum fugit oē vicium. Scda gloria pphetic-
ce cognitionis. Nam vt de eo habetur in officio pprio: vi
dit nutricis. s. Tobie spm absens per mortis transitum
ad celos euocari. Turbam tunc stupens hoim vt bene
dicant dñm nō tardat exhortari. Hec visio fuit ipo pre-
dicanti Mediolani. Et sic comptū est ipa hora migras-
se Senis Tobiā. Item cuidā iuueni lasciuo ad verbū
eius penitere nolenti predixit q mala morte moritur9
esset. Et sic factum est. L Tertia gloria fructifere
predicationis: vt patuit in legenda. Cuius predicatio-
nem τ ipe chrs per varia miracula τ ipa beata virgo
Maria honorauit. Dum em̄ predicaret Aquilana in ci
uitate de beata vgine τ laudes eius cum feruore exal
taret per. xij. stellas eius prerogatiuarum. Ecce circa ho
ram diei sextam stella lucida super caput Bernardini
apparuit cum tanto splendore q̄ fulgor eius radios so
lis tunc micantis excedere videbatur: quā videntes oēs
qui simul in predicatione aderant: vic3 rex arragonum
cum aliis ducibus τ principibus τ innumeris pplorum
christianorum τ iudeorum attoniti steterūt. Uiderunt tandē
stellam contra faciem Bernardini appositam: ac si cele
sti voce diceret. Hunc audite: hui9 viri scti imitatores

K De glioso honore s. Ber.

Scda

L Tertia

estote. Sicq; stella discurreñ. ante faciem eius cũ maxima admiratiõe omnium tandem disparuit. Quarta
Quarta gl'ia sctissime cõsũmatiõis. q2 postq; pdicasset plusq;. xl. annis ita elegantissime vt cũcto orbi eius inclyta fama crebresceret: ac fere per triginta. miliaria: z eo amplius vtriusq; sexus innũerabilis multitudo gentiũ ad audiẽdum cõflueret. Cũ vellet ire in Siciliã cã pdicationis: cognouit se deo reuelante moriturũ: z Aqlam reuertit z ibi infirmatus: tandẽ in vigilia ascẽsionis sacramẽtis munitus: optauit q nudus in terra nuda poneret. sicut z nudus nudũ crucifixũ fuerat in vita secutus. Et sic in pauimẽto extẽsus oclis ad deũ erectis: dũ inceptã cãtaret ad vespas illa antiphona. Pat manifestaui nomẽ tuũ hoibus: nunc aũt ad te venio. z tunc deo spm̃ commendans mox expirauit: z ad celestia regna intrauit.
M M Quinta gl'ia miraculose rutilationis. q2 in vita et
Quinta gl'ia in mortis hora: z post multis miraculis claruit: z per totum mundũ rutilat: varios languores deo faciente per merita eius sanañ. de quibus singulatim loqui lõgũ fo-
Sexta. ret. Sexta gl'ia solẽnissime canonizationis. quia in anno iubileo quo mltitudo maxia ex oibus ptibus mundi cõfluxerat ad vrbẽ Romã canonizatus est. Dũ autẽ frater Joãnes de Capistrano ex mandato Eugenij pape venisset Aqlam vt miracla cõscribi faceret: laborãs p scti Bernardini canonizatiõe pari mõ in eodez loco pdicante de btã vgine eundẽ smonẽ. s. scti Bernardini appuit stella pfulgida sup caput Capistrani cũ admiratione astantiũ: intellexitq; Capistranus q canonizatio effectũ sortiret: z gras egit deo z beate vgini. Sequẽti quoq; die iter arripiens vsus Romã stellã tanq; ducẽ itineris sepius vidit cũ socijs. Sic ergo die pẽtecostes Jubilei. z tũc existẽte generali capitulo fratrũ minoz: in quo cõuenerãt plus q̃ qnq; milia fratrũ canonizatio
Septima celebrata est cũ iocũditate oĩm. Septima gl'ia superne felicitatõis. quia honorauit eũ deus non solũ aurea celestis gl'ie: sed insup aureola vginitatis z pdicatõis. O ergo sctissime pr. o gl'iosissima corona minoz te depcamur p amore dñi iesu z dilectissime matris eius ora pro nobis.

C De translatione beatissimi Francisci patris nostri. Sermo cum Legenda.

A Transtulit deus in regnũ filij dilectiõis sue. ad Col. i. A Quia nẽpe hodie festũ trãslationis bti Francisci celebeamus: quẽ bñdictus deus trãstulit de seculo in religionem z mirabilẽ silitudinẽ z dilectionẽ dñi iesu: dũ ipius sacrũ corpus passionis chrĩ sacris stigmatibus insigniuit: z aĩam amoris incẽdio in chrm̃ iesum trãsformauit. Trãstulit etiã ipius bti Francisci spm̃ de hoc mũdo ad celeste regnũ vt cũ chro regnet in eternũ. Et deniq; hodie ipius btĩ corpus chro dedicatũ: deo volẽte trãslatum de ecclia scti Georgij: vbi. s. pus fuerat conditũ: ad eccliam bti Francisci in ipa ciuitate assisij fundatã. ppter has quippe trãslationes merito põt de ipo dici illud Eccli. xliiij. Placuit deo z trãslatus est in paradisum: vicz celestem vel religionis: vt det gẽtibus sapiẽtiam vicz qua homies saluari habeãt. hanc em̃ dat p suos filios toti mũdo pdicañ. z docẽdo. Dat z inuocãtibus sua suffragia: p illis apd deũ intcedendo. Merito g de translatione bti Frãcisci vba pdicta accipimus pro sermone. Ex qbus tria mysteria elicimus. fm q de his tribus ipe btũs pater cõmendare videt.

C Pmo de felici translatiõe. q2 dr q trãstulit eũ ds.
C Secundo de diuinali acceptione: ibi. in regnum filij dilectionis.
C Tertio de chrifoimi glificatiõe. q2 dr. in re. fi. dei.

B C Circa primũ de trãslatione p documẽto accipiamus hac cõclusionẽ ex vbis bti Ambro. lib. de Isaac
Ipõ trãslatus in padiso adhereat chro
f. q nõ licz in tris degere chriano: sz q trãslatus in paradiso adhereat chro. Et hoc qdem bti Francisci patet exemplo. Declarat hec cõclusio tripkr.
C Primo per scpturaz autoritates.
C Secũdo per doctrinaz rationes.
C Tertio per exemploz similitudines
Primo autoritate. C Primo per autortates. Ut em̃ ex scripturis colligit sunt chriani qui transferunt de gra in culpam. de qbus ad Gal. i. Miroz inquit aplus q sicut tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in grãm chri. z Jude vnico ca. Quidã hoies qui olim pscripti sunt. i. a deo psciti in iudiciũ. i. in odemnationẽ dei nostri grãm trãsferentes in luxuriã. i. in vicia carnalia: z solũ dñatorẽ iesum christum negãtes. s. factis. Ut ergo chrianis in pctis declinãtibus z ipenitẽtibus: q2 per mortẽ transferunt in condemnationẽ eternã. Alij aũt sunt qui trãsferunt de culpa in grãm. de qbus. s. Joã. iij. Nos scimus qm̃ translati sumus de morte. s. culpe: ad vitã. s. gre. Et tales per mortẽ transferent in paradisum regni celestz. Sed hic q̃ri põt. Unde h nos scimus quoniã trãslati sumus vel trãsferendi de morte ad vitã: fm q dicit ista autoritas. cum scribit Eccls. ix. Nescit homo vtz amore ãn odio dignus sit. Rñdet Lyra. q dicta autoritas Joãnis põt accipi dupli. Uno modo vt referat ad aplos qui fuerũt in gra confirmati. Ipi em̃ per spiritũ sctm̃ z diuinã reuelationem fuerũt certificati de hoc q essent trãslati ad grãm z transferẽdi ad gl'iam. Sic z btũs Frãciscus per diuinam reuelationẽ certificatus fuit de remissione oĩm pctõrum vsq; ad nouissimũ q̃drantẽ. put dicit Bona. in Legenda. z sic per consequẽs de gra. quia pctoz remissio nõ fit sine gra spũssancti. vt tenẽt doc. Deniq; p impssionẽ sacroz stigmatũ credit diuinitus btõ Frã. reuelatũ fore vt esset oĩno certus de btitudine cõsequẽda. Merito ergo potuit ipe aplicus vir dicere. Nos scimus quia trãsla. zc. Alio modo illa autoritas põt accipi vt referatur ad alios coiter hoies. z sic hoc scire accipit p probabili cõiectura. s. per fidem chri charitate formatã. et per verã pniam pro petis in charitate peractã. Joq; dr Nos scimus qm̃ translati sumus de morte ad vitã: qm̃ diligimus inqt frẽs. Opa em̃ ex charitate z in charitate facta sunt vite eterne meritoria. Uñ et subdit per oppositum. Qui non diligit manet in morte. q2 caret charitate z gra que est vita aĩe. Ut g digni simus de terris trãsferri in padisum celestẽ: adhereamus chro. s. per fidem z charitatẽ: alioquin transferẽdi sumus in infernũ. C
C Scdõ p rõez. Secundo dicta cõclusio per rõnem ostendit. q2 christianus tenet oĩa terrena cõtemnere: z chrm̃ Jesum pre oĩbus diligere. Juxta illud dictũ saluatoris Lu. xiiij. Si quis venit ad me z nõ odit prẽm suum z mrẽm z vxorẽ z filios z frẽs z sorores: adhuc autẽ z aĩam suã non potest meus esse discipulus. Et oĩs qui non renunciauerit oĩbus que possidet: non põt meus esse discipulus. Ideoq; debet chrianus christo pre cunctis adherere per amorẽ. Sic fecit btũs Franciscus: qui oĩa terrena cõtempsit pro christi iesu amore. Item chrianus vt chrm̃ Jesum vere diligat: z ad ipm̃ in celestem paradisum pertingat debet manere in paradiso bone conscientie z bone ecclie. qd ptz. Quero nanq;. Cur deus fec virũ extra padisum: sed voluit eũ trãsferre in padisum z ibi manere vt tandẽ inde trãsferret in celũ. Utiq; vt sciremus q in padiso bone cõscie z sctẽ ecclie debemus hic manere: z inde nõ aliũde debemus in celũ ascẽdere. Gñ Augu. sup Geñ. ad lrãm. Leticia inqt bone cõscientie padisus est pollens affluẽtia graz: ex hac itur in celum. Item Hugo de arca lib. ij. ca. xv. Tres sunt padisi. Unus terrestrz. cuius incola fuit pmus Adam: q amisit hunc per pctm̃. Scds padisus est fidelis ecclia sctoz quẽ fundauit chrs z inhabitauit. Tertius est celestis q est regnũ dei z vita etna: ad quã pueniũt fideles chri.
D D Tertio oñdit oclusio per silitudinẽ exẽplarẽ. Nã in scptura duos tm̃ hoies post eiectionẽ de padiso legimus fuisse i illũ trãslatos. s. Enoch z z Heliã. Augusti.
Tertio p silitudinẽ exemplarem aũt de mirabilibus sacre scp. li. j. c. iij. q̃rit. Quare ds nõ trãstulit Abel in padisuz: vt in fine mũdi ipe eẽt doctor vitatis q pmatũ iusticte tenuit: z pmus do placuit: z in pncipio mũdi erat auctor pfectionis: q vicz talis z tantus sine morte ad testimoniũ nouissimi tpis in padiso fuaret. Et rñdens idẽ dr q ido. vt Abel q iustus in terra eligit: in eo totius iusticie forma fuaret: eiq; pmo in hoibus post delictũ cõcederet gestare figuram saluatoris

Cū em̄ iusticia pfecta in tribus partib⁹ ꝯstet.s.ꝟginita
tē: sacerdotio ꝛ martyrio. Hec triplex iusticia in Abel
fuit qui ꝛ virgo extitit:ꝛ vt sacerdos munera deo placi
ta obtulit:ꝛ martyrii coronā sanguis effusione ꝓmeruit
Si autē longiori tēpore abel maneret vt enoch:sine du
bio coniugiū iniisset ſm legem dei dicentis. Crescite ꝛ
multiplicamini:ꝛ sic nequaq̄ꝫ ꝟgo maneret. Et si de⁹ il=
lum sine morte seruaret:martyrii ꝑmatū nequaq̄ꝫ acci=
peret:sicq̄ꝫ Abel chr̄i figurā non gessisset. Enoch ꝟo p⁹
cōiugii geniturā sine morte pene ꝛ totius seculi tpe in
paradiso custodit̄ vt in eo oñderet̄ qualr̄ hoīes si non
peccarent generata ꝓle in vitā spūalē sine morte ꝯmu
tarent̄. Hec. Aug. E Ex his ergo exēpla capiam⁹

E Due vie eundi i ꝑadisum — quia ꝑ illos duos solos translatos.s. Enoch ꝛ Heliam
docemur ꝙ due sunt tm̄mō vie eundi in paradisum ce=
lestē. Una est via baptismalis innocētie ꝯseruate. Alia
est via vere pn̄ie. Prima ſcat̄ ꝑ Enoch qđ interpretat̄
dedicatio vel ambulās cū deo:q̄ fieri h̄nt ꝑ innocentiā
baptismalē in qua hō dedicat̄ chr̄o ꝛ cōsecrat̄ vt sit ꝟe
chr̄ianus:ꝛ tūc ꝓmittit sequi chr̄m ꝛ abrenunciare dia
bolo ꝛ oībus opibus ꝛ oībus pōpis eius:de ꝯse.di.iiii.
Prima.ꝛ.xvii.q.i.sunt q̄dam. Sicut ḡ de Enoch legit̄
Gen̄.v. Ambulauit cū deo ꝛ nō apparuit: qꝛ tulit eum
dn̄s. Ambulauit inq̄ꝫ cum deo:iuste ꝛ innocenter viuen
do:ꝛ ideo translat⁹ est in paradisum. Sic chr̄ian⁹ trans
ferend⁹ in celū debꝫ ambulare cū chr̄o ꝛ nō ꝯtra chr̄m
vt sunt heu multi in pctīs ꝯtra chr̄m q̄tidie ambulātes
Nec ante chr̄m:vt faciūt illi q̄ ambulāt ꝑ delicias ꝛ p̄su
mūt regnare cū chr̄o sine meritꝭ: cū tn̄ oportebāt chr̄m
pati ꝛ ita intrare in gl̄iam. Lu.vl. Nec post chr̄m tanq̄ꝫ
inuolūtarie sequen̄. vt Simon cireneus: sed cū chr̄o iu
gum suaue iusticie amanter cū eo portando. Un̄.i.Io.
ii. Qui dt̄ se in illo manere debet sicut ille ambulauit ꝛ
ipse ambulare. Scđa via paradisi.s.pn̄ia ſcatur ꝑ He
liam:q̄ fuit maxie austeritatis vite inter ꝓph̄as.iii. Re
gū.i. Et interp̄tat̄ dei dn̄atio aut robustus dn̄ator ſm
Hiero.qđ fit ꝑ pn̄iam. Btūs itaq̄ꝫ Frā.chr̄m ꝑfecte est
imitatus in om̄is iusticie perfectione: ꝛ se transtulit de
seculo in paradisum religionis vbi austeram pn̄iam te
nuit. Dicit em̄ Petrus Dami. Si paradisus est i terris
in claustrꝭ est aut i studiis diuinis. Merito ergo trāsla
tus est in regnū christi. O ḡ christiani chr̄o dilecti acci
pite exēplum salutis ex istis. F

F Btūs Francisc⁹ q̄nq̄ꝫ vulnerū chr̄i stigmatibus insignitus — ¶ Circa scđm principale de beati Francisci accepta
tione apud chr̄m questio occurrit ꝓ edificatiōe: vicꝫ ꝑ
que btūs Fran. tam acceptabilis chr̄o factus est vt in=
signiret̄ sacris chr̄i stigmatib⁹ ꝓ amoris indiciis singu
laribus. Ad quod rn̄r ꝙ ſm numeꝝ q̄nq̄ꝫ stigmatū chr̄i
in corꝑe b. Francisci impressoꝝ quinq̄ꝫ notari pn̄t preci
pua ex doctoꝝ sctōꝝ dictis summe acceptabilia chr̄o q̄

Primo — erant in b. Francis. Primū est amoris iesu incendium:
quod significat̄ ꝑ stigma in latere ꝟsus cor impressum.
Nā chr̄s dn̄s suꝑ oīa acceptat ꝛ diligit amari ꝟo ꝛ toto
corde:sicut ip̄emet testatus est Mat.xxii. vbi dt̄ ꝙ h̄ est
primū ꝛ maximū mandatū suꝑ oīa. Diliges dn̄m de.tu.
ex toto cor.ꝛc̄. Aug suꝑ Ioan.ser.ix. Quanta est chari
tas.s.chr̄i:que si desit frustra habent̄ cetera:si assit re=
cte habent̄ oīa. Idē.xv.de tri. Nullum est isto dono.s.
charitatis excellentius: solū est qđ diuidit inter filios
regni ꝛ ꝑditionis. Idē Greg.de cura pasto. Nil inquit
preciosius deo:ꝟtute dilectionis nil desiderabili⁹. Nā
qui manet in charitate in deo manet ꝛ deus in eo.i.Io
an.iiii. Iste amor diuinus tam mirabilis ꝛ tantus fuit
in b. Francisco vt totalr̄ transformaret ip̄m in chr̄m:sic
testatur Bona. in legenda maiori. Excreuerat inquit
in eo insuperabile amoris incendiū boni iesu in lampa
des ignis atq̄ꝫ flammarum: vt seraphicis desideriorū
ardoribus sursum ageretur in deum: ꝛ compassiua dul

Questio — cedine transformaretur in crucifixi similitudinem. Si
queras:quomodo hoc facit amor dei? Respondet̄ ꝙ si
cut docet Aug.super Ioā. Unusquisq̄ꝫ talis est qualia
amat:si celum diligis celestis es:si autē terram diligis
terrenus es:si deū diligis deus es:iuxta illud ps̄. Ego
dixi dii estis.s.per participationē. Sicut em̄ ferrū igni
tum fit totum quasi ignis: sic anima per amorem dei fit
tota diuina. Nam Dionys̄.iiii.de diui.no.dt̄. Amor est
virtus vnitiua:qui ergo carnē amat totus efficit̄ carna
lis:ꝛ qui terrena vt diuitias ꝛ similia totus terrestris
est. Sic Franciscus per contrariū ex quo om̄ia cōtem=
psit:ꝛ totus in amore chr̄i absorptus fuit in crucifixum

G Secundo — transformatus est. G Scđm est crucis christi Iesu
studiū:quod significat̄ per stigma in manu dextera: iu=
xta illud Cantic̄.viii. Pone me vt signaculū super cor
tuum: vt signaculum super brachium tuum: quia quod
valde diligit̄ super cor poni dr̄: ꝛ suꝑ brachium dextrū
per bonorum opeꝝ executionem ꝛ morum imitationem
Eccl̄i.x. Cor sapientis in dextera eius:quia dextera bo
num moris significat. Qꝛ aūt crucis chr̄i studiū sit deo
multum acceptum testat̄ Bern̄.ꝛ Ioannes Gerson ſm
eum li.de inter.ꝯuer.ꝙ nil deo inquiunt acceptius:nil
homini salubrius q̄ꝫ totaliter insistere meditatiōni cru
cis chr̄i ꝛ eius studio. Item Bona. Totus thesaurus
ꝛ oīmoda sanctificatio anīe :ac dei acceptatio consistit
in passionis chr̄i meditatione: quod etiam claret in btō
patre Frācisco:qui vt testatur Bona. Dum vna die se
questratus oraret vt quid deo acceptabilius faceret:
apparuit ei Iesus veluti crucifixus ingerens eius cor
di illud euangelicum:Si vis venire post me abnega te
met:tolle crucem tuam ꝛ sequere me. Ad cuius conspe
ctum liquefacta est aīa eius ꝛ memoria passionis chri
sti visceribus illius adeo impressa medullitus:vt ab il
la hora ꝛ crucifixi plagas oculis mentis interius iugi=
ter quasi cerneret:vt vix exterius a lachrymosis gemi
tibus continere valeret:sicq̄ꝫ totum studium cruci chr̄i
dedicauit:vt per totam eius vitam illi intēderet: ḡ ꝛc̄.

Tertio — Tertium est martyrii pro chr̄o desiderium: quod signi
ficatur per stigma in sinistra manu:designatur em̄ ad=
uersitas per sinistrā. Hoc aūt est summe acceptū chr̄o
cum sit perfectissime charitatis animā pro chr̄o pone=
re. Ioā.xv. Maiorem charitatem nemo habet q̄ꝫ vt a
su.p.ꝛc̄. Orig. Tanto amor altior quanto voluntas ad
mortem pro chr̄o fit paratior. Sic fuit in btō Francisco
qui ter iuit ad partes infidelium pro martyrio. Unde
canit de eo ecclesia. O martyr desiderio Francisce q̄n
to studio compatiens hunc sequeris.s.chr̄m: ergo ꝛc̄.

Quarto — Quartum est imitatio vite chr̄i ſm euangelium: quod
significat̄ ꝑ stigma pedis dextri:iuxta illud Iob.xxiii.
Uestigia eius secutus est pes meus: viam eius.i.chri=
sti custodiui ꝛ non declinaui ex ea. Nimirum hoc fecit
Francis. qui ordinem instituit minoꝝ ſm viam chr̄i euā
gelicam per om̄ia:vt ptꝫ ex regula que dt̄ sic. Regula
ꝛ vita fratrū minoꝝ hec est.s. Sctm̄ euangeliū dn̄i no=
stri Iesu chr̄i firmiter obseruare viuendo in obedientia
sine proprio ꝛ in castitate. Unde ꝛ de eo canit ecclesia.
Franciscus euangelicū nec apicē vel vnicū transgredi
tur nec iota:nil iugo chr̄i suauius:huic oneri nil leuius
in huius vite rota. Qꝛ aūt hoc sit chr̄o multū acceptū
patet:quia similitudo ꝛ ꝯformitas est causa dilectiōis
ꝛ acceptationis. Eccl̄i.xiii. Om̄e animal diligit sibi sile.
Ideoq̄ꝫ Eph̄.v. Estote inq̄t imitatores dei sic̄ filii cha=
rissimi.q.d.sic eritis deo charissimi. Subdit. Et ambu=
late in dilectione sicut ꝛ chr̄s dilexit nos ꝛ tra.se ꝓ no.
ꝛc̄. Quintū est zelus aīaꝝ.s.chr̄i sanguine redemptaꝝ
Greg. Nullū est deo magis acceptū sacrificiū q̄ꝫ zelus
animaꝝ. Pro hoc discurrebat Francis. ꝑ mundū vt lu=
craret̄ aīas:ꝛ ob hoc merito in pede stigma ꝓmeruit si=
nistro:quia vita pn̄s ꝑ leuā significat̄: ſm Gre. Un̄ ꝛ ca
nit eccl̄ia. Sctūs Franciscus preuiis orōnū studiis q̄d
faciat instruct⁹ nō sibi soli viuere:sed aliis ꝓficere vult

Tres ordines minoꝝ — dei zelo ductus. Hinc ꝛ tres ordines ꝓ saluandis ordi
nauit. Primū pro perfecta imitatione chr̄i ſm euange=
lium.s.ordinem minoꝝ. Scđm pro virginibus ꝛ in casti
tate deo seruientibus dominabus. Tertiū pro vtroq̄ꝫ
sexu penitētium hominibus. O ergo beatissime pater
merito tu christi acceptatione ꝛ gratia liberali sacris
Iesu stigmatibus gaudes decoratus. O sanctissime
pater pro christi Iesu amore memento nostri ꝛ misere=
re H

H De chr̄istiformi gl̄ificatōe — ¶ Circa tertiū principale de chr̄iformi gl̄ificatione ac
cipiamus pro ꝯclōne ꝙ sicut chr̄s dn̄s crucifixus dile=

xit in vita b. Francis. suis sacris decorando stigmatibꝰ
sic in morte ⁊ post mortē effecit ipm gl'iosissimū chr̄ifor=
mis glorie diligendo dotibꝰ. Claret hoc multiplici con
formitatis signo. Primo in aīe felicitatione: q2 aīa sctissi
ma Frācisci mox vt carne soluta est: in abyssum diuine
claritatis absorpta beate glorie chr̄i ad visionē ascēdit
regnans cū chr̄o in secula. ¶ Legenda.
Primo ¶ Nam eo tempore minister fratrū in terra laboris
Augustinus vir sctūs in extremis positus audientibus
qui astabāt dixit. Expecta me pater expecta: ecce iam
venio tecū. Interrogantibꝰ fratribus cui sic loqueret̄
dixit. Nōne videtis patrē nostrū Franciscū q̄ vadit ad
celum ⁊ statim aīa eius migrans patrē sctissimū est se=
cuta. Itē epō tunc Assisinati ad oratoriū scti Michae
lis peregrinanti tūc b. Frāciscus apparens hora tran
situs sui dixit. Ecce relinquo mundū ⁊ vado ad celum.
Scdo Plurima ptranseo miracula. Scdo in ascensione: q2 si
cut in chr̄i ascensiōe in celū nubes apparuit lucida que
suscepit eū ab oculis discipuloꝝ. Act. j. Sic in aīe Frā=
cisci auolatione visa est aīa ipa btā sub specie stelle pre
fulgide a candida nubecula sup aquas multas in celū
Tertio recto tramite sursum ferri. Tertio in iubilatione: q2 si
cut chr̄s dn̄s ascendit in iubilo angeloꝝ ⁊ sanctoꝝ dicē
te ps̄. Sic hora transitus bti Francisci p ipam totā no=
ctem magna multitudo auiū supra tectū domus rotan
do cū insolita iubilatione cātauit: angelis h̄ facientibꝰ
I ad testimonium gl'ie scti ⁊ in signum leticie btōꝝ. I
Quarto Quarto in sacri corporis decoratiōe: q2 sicut chr̄s gl'ia
vulneꝝ q̄nq3 decoratus regnat in celo gl'iose: sic b. Frā
ciscus nunc q̄dem in aīa illis decorata p transformatio
nem amorꝫ in crucifixū gloriat̄: post iudiciū aūt etiā in
corpore sicut ⁊ martyres cū suis cicatricibꝰ ad ppetuū
Stigmata in corpe b. Frā cisci. ornatū remanentibus vt hec Fran. maro. dt. Hinc etiā
Bo. dt: q ipsius corpus margaritis celestibꝰ decoratū:
⁊ priuilegii singularitate chr̄i effigiem: ⁊ mirabili noui
tate resurrectionis speciē p̄monstrabat. Cernebantur
inq̄t in mēbris illis felicibꝰ claui ex eiꝰ carne ꝟtute di=
uina mirifice fabrefacti quoꝝ similitudo erat nigra q̄si
ferrū. Uulnus aūt lateris instar vulnerati laterꝫ salua
¶ Primo ex pte chr̄i. quia resurrexit in corpe gl'ificato: pp̄ter qd̄ non debebat manere in hoc mundo. qd̄ sic patz. Locus em̄ debet esse pportionat⁹ locato: ꝛ econuerso. iiij. physic̄. Unde quāto aliq̄d est dignius: spūalius: ꝛ sancti⁹: tāto ei cōpetit ꝛ debet᷑ locus dignior ꝛ sanctior. Exēpli grā. Uidemus ꝙ lux celestis ex q̊ est purior ꝛ dignior: in supioribus habet originalē locū. Itē inter corpa celeste corp⁹ est digni⁹ ꝛ mūdius. iō supiorē tenet locū. Inter elemēta: ignis. qꝛ dignior ꝛ purior est q̄ terra vel aqua. ideo semp tendit sursum ad suū locū: sicut ꝛ terra deorsum. Itē in hoīe caput cū sit membrū p̄ aliis dignissimū: supremū tenet locū. Sed quoniā christi corpus fuit dignissimū: nobilissimū: gl'iosam vitā incorruptibilē ꝛ imortalē in sua resurrectione inchoans. nō debuit ergo manere in isto mundo inferiori q̊ est locus mortalis vite ꝛ corruptionis atq imundissim⁹ pctōꝝ sordibusq fedatus totus. j. Joā. ij. Mūdus totus in maligno positus est. Sed debuit ad celum ascēdere empyreū: q̊ est locus dignissimus ꝛ nobilissim⁹ beatoꝝ cōueniens gl'ie ꝛ incorruptibilis ꝛ sctissimus. Nil em̄ inq̄natū intrabit in illud. Apoc̄. xxj. O ergo pctōr vbi putas locus tuus erit? vtiq nisi pn̄iam egeris in ifernalē carcerem teterrimū ꝛ fetidissimū detruderis: vbi erit fletus ꝛ stridor dentiū. Mat. xxij. Si petas. Nunq̄d chr̄s dn̄s indigebat loco celesti? Rn̄det᷑ s̄m doc. p̄dictos. ꝙ chr̄s voluit illuc ascēdere: non pp̄ter indigentiā ex pte sui: sed pp̄t loci decentiā gl'ioso suo corpi. sicuti si rex vellet posset manere vbicūq in suo regno: ꝛ etiā in stabulo iumentoꝝ. nihilomin⁹ haberet etiā ibi regiā ptātez. sed p regia magnificētia ꝯdecet illū esse in regali palatio: vel solio vbi cōuenire solet eius curie frequentia. Sic chr̄s dn̄s rex regū voluit sedem gl'ie ꝛ regni in celo empyreo habere cū suis btīs. ps̄. Dn̄s in celo parauit sedez suā: ꝛ regnū ipius om̄ibus dn̄abit᷑. C

C

Ex parte electorum

Scd̄o ex pte electoꝝ dei optuit chr̄m ascēdere: vicz vt illis viā ostēderet in se. qm̄ non est alia via eundi in celū: q̄ sequela chr̄i in vera eius fide ꝛ charitate. ideo dixit Mar. vlt. ꝛ in euangel'. hodier. Qui crediderit ꝛ bapti. fue. salu⁹ erit. q̊ ṽo nō crediderit. s. fide formata charitate: cōdemnabit᷑. Debem⁹ ergo in chr̄m credere ꝛ eū diligere p̄cepta obs̄uando. ꝛ sic habebim⁹ vitam celestis patrie. Matt. xix. Si vis ad vitā ingredi s̄ua māda. Itē oportuit etiā chr̄m ascēdere pp̄ter eletos vt illis celi ianuā apiret: que sic fuit clausa vt null⁹ intrare posset anteq̄ christus mediator introisset ac precursor. Heb. vj. Precursor pro nobis itroiuit Jesus ad interiora. i. ad secreta celestia. ꝛ Mich. ij. Ascendit em̄ pandēs iter ante eos: ꝛ transibit rex eoꝝ dn̄s iesus coram eis: ꝛ dn̄s in capite eoꝝ. Hec ibi. Unde vt exemplū capiamus. Uidemus ꝙ cum aliq̄s paup vult itrare ad secreta domus regie in p̄sentiā regis: non admittit᷑ per ianuā: sed cum ponit se post aliquē p̄ncipem magnū introeuntē ꝛ sibi notū: per illū introduci pōt. Sic nos paupes et miseri in palaciū dei patris per chr̄m dominū ꝛc. Preterea optuit chr̄m dn̄m pp̄ter electos ascendere vt locū illis paret. Joā. xiiij. Uado vobis pare locū: vt vbi sum ego ꝛ vos sitis. Hoc aūt no est sic intelligendū. ꝙ in celo beatitudis locus indiguerit aliqua p̄paratione. quia a p̄ncipio mūdi fuit sufficienter btitudinis regnū p̄paratū: sed quia ip̄i electi indigebāt p̄paratione ad hoc ꝙ beatitudinē possint conseq̄. s. per spūssancti grām. vt exponit Ly. Oportuit ergo chr̄m ascendere: vt mitteret spiritū sctm̄ nos p̄parantē ad cōsecutionē btitudinis: ꝛ sic locū nobis pararet in celo. pp̄terea Haymo d̄t. Ascendit chr̄us in celum: vt mitteret donum celi. Nam ꝛ Joā. xvj. dixit. Expedit vobis vt ego vadaz. Si em̄ non abiero paraclet⁹ nō veniet ad vos: si autē abiero mittā eum. D

D

Tertio ex pte meriti nostri.

Tertio ex pte meriti nostri. Nos em̄ in hoc mundo cōstituti plus pficimus in meritis. ꝛ per ꝯsequēs in p̄mijs ex absentia corpali christi: cum se abstulit ab oculis nostris mortalibus: q̄ pfecissemus ex p̄sentiali visione. quia visio corpalis chr̄i fuisset potius ad meriti nostri diminutionē tam in fide q̄ in spe ac in charitate. ꝛ per cōseq̄ns nociua nobis fuisset sua cōmansio post resurrectionē in hoc mūdo vsq ad longū tēpus. s. iudicij vel plixe tardationis. Et hoc patz

Primo.

Primo quo ad fidem. quia bti qui nō viderūt ꝛ crediderūt. Joā. xx. Grego. Fides nō habet meritū cui hūana ratio p̄bet expimentū. Unde si pp̄terea crederem⁹ quia vidissem⁹: euacuaret᷑ fidei meritum. Proinde chr̄s dn̄s vt suū pmissum Matt. vlt. s. Ecce ego vobiscū sum vsq ad cōsūmationē seculi efficacius impleret: non solū s̄m diuinitatē voluit nobiscū esse: sed etiā s̄m realem p̄sentiā: tamē sub eucharistie velamēto vt fides locū habeat.

Secundo

Scd̄o quo ad spem ptz Quia si chr̄s nō ascēdisset: nullus hoīm spem ascendendi in celū habuisset. qꝛ vbi caput ibi mēbra.

Tertio

Tertio quo ad charitatē. quia eum corpali familiaritate ꝛ conuersatiōe dilexissemus si hic māsisset. Nunc aūt abstrahendo a nostris oculis p̄sentiā corporalē: pfectioris meriti est diligere ip̄m absentē. Nam cōmune pūerbiū est ꝙ om̄is s̄uus in absentia dn̄i sui cōprobat᷑. Unde Leo papa in s̄mo. d̄t. Magnaꝝ vigor hic est mentiū credere que corporeo non vident᷑ intuitu: ꝛ ibi desideriū p amorem figere quo neq̄as inferre cōspectū. Augu. lib. confes̄. Ascensu clamat chr̄us vt mente ascendam⁹ ad ip̄m. ꝛ discessit ab oculis nostris vt redeam⁹ ad cor: ꝛ ibi inueniamus eum. Hec ille. Ad hec notemus aliqua exēpla. Nōne melius tibi est aduocatū tuū esse corā rege: vt ventilet causam tuā ꝛ defendat ibi: q̄ esse iuxta te alibi constituto. Item nonne melius est p̄remfamilias q̊ magnā familiam habet ꝛ multis indiget esse extra domum querēdo diuersas mercatiōes: q̄ iacere in domo Sic nos habemus christū aduocatū apud p̄rem. j. Jo. ij. Ip̄m etiā habemus patrem familias totius ecclesie caput: per cuius merita indigemus viuere quotidie in spūssancti gratia acq̄renda: sine em̄ ip̄o nil possumus facere. Joā. xv. Nec grām habere sine meritis passionis ip̄ius apud deū p̄rem in celo. Et ideo melius est nobis ip̄m in celo pcurare nostrā salutē: q̄ mansisse nobiscum. Et per p̄missa ptz ad rōnis obiecta solutio. O ergo charissimi maximas gratias agamus christo Jesu pro sua sacra ascēsione ꝛ nostre salutis pcuratione. O bone iesu tibi laus ꝛ gl'ia ꝛ om̄e bonū. E

E

Utrum chr̄s dn̄s ascenderit vsq ad sūmā ptez celi

¶ Circa scd̄m de sublimitate ascēsionis christi in celum querit᷑. Utrū chr̄us dn̄s ascenderit vsq ad summā ptem sūmi celi? Ratio q̄stionis. quia dicit ps̄. in themate. Qui ascendit sup celum celi ad orientē. qd̄ s̄m Lyrā ꝛ cōmuniter alios exponit᷑ sic. Sup celum celi. i. ad extremitatē celi empyrei. quod est excelsius inter celos: in quo habitant beati. ꝛ ideo dicit᷑ celum celi per superexcellentiā. Hinc ꝛ ps̄. Celū celi domino: scȝ pro gl'iosa inhabitatione, terrā aūt dedit filijs hominū. Qꝛ autē

additur ꝙ aſcendit ſup celum celi ad orientem(inquit)
hoc dicitur ſm Ly. quia chr̄s aſcendit de monte oliue=
ti Act.j. qui eſt ad orientalem ptem iuxta Hieruſalē: in
qua completū fuit myſteriū noſtre redēptionis. Uel ħ
dicit ſm Rich. ſup. iij. diſt. ix. q. ij. ar. v. in ſolutione vl=
timi argumēti. qua aſcendit chr̄s verſa facie ad orien=
tem. Et ſic patet. Sed ꝯtra hoc poteſt obijci. quia regē
decet eſſe in medio ſui exercitus. iuxta illḋ Job. xxix.
Cum ſederem quaſi rex circūſtante me exercitu. ergo
chr̄s debet manere in medio beatoꝝ celeſtiū: ⁊ non ſup
oīes angelos ac beatos ſingulari loco in ſummo celi.
Reſpondet ſm Rich. ſup. iij. diſt. xxij. alioſqꝫ doctores
per cōcluſionem. ꝙ chr̄us dn̄s aſcendit ⁊ reſidet a dex
tris dei patris in ſūma parte ſūmi celi. quod oſtendit
tripliciter.

¶ Primo autoritatibus.

¶ Secundo rationibus.

¶ Tertio ptialibus q̄ſtionibus.

Primo ſcp̄tu re auctatibꝰ.

¶ Primo ſcp̄ture autoritatibus. quia ḋt ps̄. hoc exp̄ſſe
in ip̄ius thematis ꝟbis. Itez ps̄. xviij. dicit de chr̄o. A
ſūmo celo egreſſio eius. Lyra. ſ. in incarnatione: in qua
viſitauit nos oriēs ex alto. Et occurſus eius vſqꝫ ad ſū=
mū eius. ſ. in ſua aſcenſione in qua ſedet ad dexterā pa
tris Mar. vlt. Nec eſt q̄ ſe abſcōdat a calore eius. i. ab
ardore charitatis ip̄ius que ſe extendit ad oēs quantū
eſt de ſe. Unḋ dicit Lu. xij. Ignē veni mittere in terrā:
⁊ quid volo niſi vt ardeat. Hec Ly. Preterea in no. te=
ſta. ap̄lus raptus in tertiū celum vbi chr̄m vidit ⁊ diui
nam eſſentiā: ridenſqꝫ dixit Heb. j. Sedet ad dexterā
maieſtatꝫ in excelſis. Glo. in excelſis oſtēdit chr̄m oīm=
bus eſſe altiorē ⁊ eminentiorē. ⁊ Eph. iiij. Qui deſcen=
dit ip̄e eſt: ⁊ qui aſcendit ſup oīes celos: vt adimple=
ret oīa. ſ. que de eo per pphetas erant ſcp̄ta. qui ſcri
pſerūt non ſolū de incarnatōne ⁊ paſſione chr̄i: ſed etiā
de aſcenſione. Ptꝫ ergo ꝙ aſcendit non ſolū in celū em
pyreū: ſed etiā altiſſimā ptem vel locū illius celi. F

F Scḋo rōnibꝰ

Secūdo rōnibus. Prima ratio maieſtatis vel digni=
tatis. quia chr̄us dn̄s eſt ſūmus rex et digniſſimus oīm
beatoꝝ ⁊ angeloꝝ. vtpote deus et hō. ergo debet eſſe
in glīa improportiōabiliter p̄eminentiori oīibus. Iu=
xta illud Eph. j. Conſtituit illū. ſ. Ieſuz: deus ad dexte
ram ſuam in celeſtibus ſupra oēm p̄ncipatū ⁊ ptātem: ⁊
ꝟtutem: et dominationē: ⁊ oīe nomen qḋ nominat non
ſolū in hoc ſeculo: ſed etiā in futuro. Sed quoniā ſūma
glīa diuina refulget ⁊ eſſe habet in digniſſima ⁊ nobiliſ
ſima ⁊ altiſſima parte celi empyrei: vbi deꝰ habitat lu=
cem inacceſſibilē. ergo habet ppoſitū. Ex p̄miſſa itaqꝫ

Documentū

minore habet documentū ſm Rich. ⁊ docto. ꝙ deꝰ ma=
iori nobilitate cōdidit ſūmam ptem celi empyrei: q̄ꝫ me
diam vel infimā. Quis em̄ inq̄t oīes ptes celi empy=
rei poſſint dici eque nobiles nobilitate abſoluta. Ad=
huc tamē optet dicere ꝙ ſumma pars ſit nobilior in re=
ſpectu inquantū. ſ. magis eſt ab iſtis inferioribus elon=
gata. ⁊ maior ibi refulget diuine glīe lux. Et hoc poteſt
oſtendi per exēpla. Nam ḋt ph̄s in proble. ꝙ vna condi
tio de bonitatibus loci eſt. ꝙ ſit altus. quia iuxta terrā
ſunt multe corruptiones ⁊ infectiones: ⁊ plus in valli=
bus q̄ꝫ in mōtibus. Un̄ ⁊ paradiſus terreſtrꝫ dicit ſitua
tus a deo in altiſſimis montibus vltra mediā regionez
aeris: vt nec grando: nec pluuia: nec vētus ibi eſſe poſ=
ſit. Deniqꝫ videmus ꝙ quāto aliquid magis eſt elonga
tum a terra: tanto eſt nobilius ⁊ purius ac lucidius. vt
ptꝫ. quia aer ſubtilior eſt q̄ꝫ aq̄. ⁊ ignis q̄ꝫ aer. et celū q̄ꝫ
ignis nobilius eſt. ſic celū empyreū clarius ⁊ nobiliꝰ q̄ꝫ
ethereū credit. ⁊ illius ps ſūma clarior ⁊ dignior tanq̄ꝫ
ſūme elongata vbi lucet dei glīa. Scḋa ratio ad idem
eſt meritorie cōgruitatis vel ſublimitatis. quia quāto
quis ſe magis humiliat: tanto magis exaltari meret in
celo. Luc. x. Sed chr̄s dn̄s ſup oīes ſe magis humilia
uit factꝰ obediens vſqꝫ ad mortē crucis. ad Phil. ij. ppt
qḋ ⁊ ḋs exaltauit illū: ⁊ dedit illi nomē qḋ eſt ſup oīe
nomē. g̊ debuit exaltari ſup oēs choros angeloꝝ ⁊ bea
torū: vt tanq̄ꝫ rex oīm ſit ſup oīs creaturas ītellectua
les ⁊ ſpūales in ſolio regali. Et ſm hoc ſoluit Rich. ob=
iectionē factā per ꝟba Job. xxix. ſ. ꝙ regem decet eſſe
in medio ſuoꝝ. hoc quippe verū eſt q̄ ad glīe chr̄i aſpe
ctū ⁊ viſionez. Sic em̄ eſt in medio btōꝝ: q2 ab oīibus
aſpicit in celo: ita tamē ꝙ ſup oīes regali ſolio reſide=
at exaltatus. G Tertio partialibus inq̄ſitionibus

G Tertia ptialibus inq̄ſitionibus.

oñdit cōcluſio: vt ſciamꝰ quomō chr̄s ⁊ beati putant in
celo ſituati. Circa hoc g̊ aliq̄ ptialia dubia inq̄ramus.

Queſtio. U. ſup chr̄m ſit aliq̄d in celo

Primū eſt. Utrū ſupra chr̄m ſit aliq̄d ſaltē de celo. Re=
ſpondet Fran. ma. ꝙ thronus chr̄i ſic putat fore ſtabili
tus in ſupficie extrema celi empyrei: ꝙ nil de celo eſt
ſupra caput ip̄ius vel verticē. cōcor. Rich. ſic intelligē
do ꝙ chr̄s nō eſt extra ſupficiem cōuexā celi empyrei.
quia extra illud celū non eſt locus: ſed eſt in ſūma pte
illius celi ad intra non ad extra. ⁊ ſic accipiēde ſunt au
toritates. H Scḋm dubiū. Quomō bti in celo ſitu=

H Quō bti in celo ſituant.

abunt? Rn̄det Bona. ſup. ij. diſt. ij. circa lr̄am. ꝙ chr̄s
eſt ſup oēs ⁊ angelos ⁊ homines loco ⁊ dignitate. Poſt
ip̄m btā ꝟgo ſup oēs alios. Deinde ordinant ceteri ſm
dignitatē meritoꝝ. Non debet aūt imaginari inq̄t ꝙ ibi
ſint beati ſicut in ſolario. nec tn̄ intelligendū eſt ꝙ vnus
ſit directe ſup caput alteriꝰ: ſed ſicut ſi eſſet mons rotū=
dus: ⁊ aliq̄s eſſet in culmine: ⁊ aliq̄ circūcirca. ſic poteſt
aliq̄s imaginari qui melius neſcit diſpoſitionē btōꝝ in
celo empyreo ⁊ eius altitudīe magna: veluti imaginan
do aues ſm ordinē in aere: piſces in aqua. magis tamē
deſiderandū eſt q̄ꝫ imaginandū. Hec Bona. Cogita g̊
quō puuli baptizati q̄ non pprijs meritis ſaluant: erūt
in infimo loco. ⁊ ſup hos erūt cōmunes hoīes cōiugati:
deputati angeloꝝ choro. ſupra illos vidue pfecte ⁊ qui
deputabunt archangelis ſupra hos ꝟgines. ⁊ ſic de a=
lijs ſm choros nouē angeloꝝ. Btā ꝟgo aūt Maria erit
ſup oēs ppinquiſſima chr̄o dn̄o. I Tertiū dubiū.

I Utꝝ aliquis btōꝝ locabit retro chr̄m.

Utrū aliq̄s btōꝝ locabit retro chr̄um. Ad hoc Glo. ſup
Joſue. xxj. dicit ſic. Fortaſſis ſicut ordinauit deus ſtel=
las celi aliquas in axe aq̄lonis: alias in oriēte: alias in
occidente: alias in auſtro. ita eos qui ex reſurrectione
mortuoꝝ erunt. ſicut ſtelle celi in mltitudine vt clarita
te varia: ordinabit in regno celoꝝ ſm ordinē ſtellarū ⁊
partiū orbis: ⁊ dabit alijs ſortem ad orientē: alijs ad oc
cidentem: alijs ad auſtrum: alijs ad aq̄lonem. Hec glo.
Rich. autē vbi ſupra. ḋt ꝙ pie credendū eſt chr̄m dn̄m
in illo throno celeſtis glīe ſic ſituatū. ſ. ſupra oēs: ꝙ ſcꝫ
nullū habeat retro ſe: ſed oīes electi ī faciē ip̄ius aſpi
ciunt: aſtātes ſūma cum reuerentia ⁊ laudibus diuinis
tanq̄ꝫ regi p̄cellentiſſimo: oculiſqꝫ corpalibus ip̄m poſt
reſurrectionē oīm iocūdiſſime ⁊ dulciſſime aſpiciētes:
in quem ſcꝫ dn̄m Ieſum ⁊ angeli deſiderāt pſpicere. j.
Pe. j. Hec ſm Rich. K Quartū dubiū. Utrū chr̄s

K Queſtio

dn̄s ⁊ vnuſquiſqꝫ beatoꝝ ſemp ⁊ cōtinue in ſuo loco ibi
reſideat: vt ad aliam ptem celi ſe nunq̄ꝫ trāſferat. Re=
ſpondet Rich. vbi ſupra. cōcor. Franci. maro. ꝙ non eſt
affirmandū ſic ſemper in illo loco reſidere: ꝙ nunq̄ꝫ ad
aliū locū ſe trāſferat ad tēpus modicū ſaltem. q2 chr̄us
non eſt obligatus illi loco: ſed ille locus eſt chr̄o ſm cō
gruentiā deputatꝰ. ⁊ ſilr̄ de alijs. Nam et aliq̄n etiā ad
mundū venit chr̄s poſt aſcēſionem ⁊ appuit aliq̄bus in
hac vita ex ſpēali grā. nec habeo inquit rōnem cogen=
tem ꝙ nunq̄ꝫ ad aliā ptem celi ſe transferat. Hec Rich.
O g̊ chariſſimi diligamꝰ chr̄m ieſum: vt cū eo valeamꝰ
in celo ppetua beatitudine manere. L

L De felici ſuauitate aſcenſionis chr̄i.

¶ Circa tertiū p̄ncipale de felici ſuauitate accipiamꝰ
p cōcl'one: ꝙ aſcēſio chr̄i ad dexterā dei pr̄is hominibus
eſt ad maximā felicitatē ſuauitatꝫ. Et declarat p̄cipue
ex tribus breuit rōnibus. Prima rō ſecuritatꝫ. Nam
ad felicitatꝫ ſecuritatē eſt. ꝙ aduocatꝰ noſter dei filius
ſp p nobis p̄ſens intcedit. ⁊ q̄cquid vult facere poſſit. j.
Jo. ij. Filioli: ſcribo vobis vt nō peccetꝫ: ſed ⁊ ſi q̄s pec.
aduo. ha. apḋ pr̄em Ieſum. ⁊ ip̄e eſt ppiciatio p pctis
nr̄is. O pctōr gaude ⁊ deo grās age: ⁊ pn̄iam age ſecu=
rus de remiſſione pcti per chr̄m. Bern̄. O hō ſecurum
habes acceſſum ad deū: vbi filius ſtat ante pr̄em oſten
dens latus ⁊ vulnera ⁊c. nulla poterit eſſe repulſa vbi
tot concurrūt amoris inſignia. Scḋa rō honorabilis
glīoſitatis. q2 ad maximū nobis eſt honorem ⁊ glīam. ꝙ
frater noſter: ⁊ in eo natura nr̄a humana regnat in eq̄li
tate dei: ⁊ adorat a ſpiritibus etiam angelicis. Unde

Ambro sup illo ṽbo. Ausqȝ angeloꝝ ap̄phendit. dic̄ sic. O q̄ȝ magnū ⁊ mirabile nobis gaudiū omi stupore plenum: carnē nr̄am sursum sedere in dextera dei. ⁊ ab angelis ⁊ archangelis adorari. Ideo angeli licȝ in vete. testa. p̄miserint se adorari. vt ptȝ Gen̄. xviij. Abraā tres

Tertia

vidit: ⁊ vnū adorauit. In nouo aūt testamēto post chr̄i ascensionē non p̄misit Joāni Apoc. xix. Tertia ratio btē iocūditatis. quia ad maximā iocunditatē btitudis est videre deū non solū in sua essentia: sed etiaȝ videre corpaliter in assumpta carne nr̄a gl'iosa: ⁊ in potissimis bonis gl'ie regnare nr̄m frēm chr̄m deum. Joan. x. Per me si q̄s introierit ingrediet. s. ad cōtemplationē deitatis: ⁊ egrediet. s. ad visionem gl'iose hūanitatis: ⁊ vtrobiqȝ pascua inueniet. Vn̄ Bern̄. sup Can̄. O q̄ȝ felix regio vbi oues chr̄i pascua dulcissima inueniūt. O ṽe plenum om̄i iocūditate videre hoiem hois cōditorē. Hec ille. Om̄es ḡ nos o charissimi gaudeam⁹ ⁊ exultemus: ⁊ demus gl'iam deo nr̄o: psallam⁹ chr̄o qui ascendit sup celū celi: ⁊ oremus vt det nobis pctōꝝ veniā: gr̄eqȝ sue augmentū ⁊ gl'ie p̄mium Amen.

¶ In Ascensiōe dn̄i Ser. iiij. De ip̄ius ascēsionis chr̄i clemēti exēplaritate: maiestate: ⁊ gl'iositate.

A

Hic Jesus qui assūptus est a vobis in celū: sic veniet queādmodū vidistis euȝ euntē in celū. Act. j. A In q̄bus ṽbis ostendit de dn̄ica ascensione. Prio q sit multe pietatꝫ: cum dr̄. Hic Jesus. qd̄ interp̄tat saluator. Ex q̄ dat intelligi. q pi⁹ dn̄s chr̄s salutē nr̄am opatus ē: nō solū viuēs ⁊ moriēs in mundo: sed etiam ip̄am operat ad dexterā dei sedens in celo. q2 apud p̄rem p nr̄a salute sp intercedit Heb. vij. Unde et saluare in ppetuū pōt accedens p semetip̄m ad dn̄m semp viuēs ad interpellandū p nobis Scd̄o ostendit q sit magne maiestatis ⁊ dignitatis: cum dicit. qui assūptus est a vobis in celū: vicȝ ad dexterā dei patrꝫ. ppter qd̄ hec festiuitas hodierna est prima ⁊ dignissima oīm festiuitatū: eo q om̄ia alia in ip̄um sunt vt in finem ordinata. ppter hoc em̄ chr̄s incarnat⁹ est: ⁊ passus: ⁊ mortuus: vt in celū ascēderet: ⁊ nobis celum apiret: ⁊ in celo nos collocaret. Unde Bern̄. in sermo. hodier. dr̄ sic. O q̄ȝ felix hec clausula totius ⁊ laboris iesu filii dei. Merito q̄dem solēnitatis ⁊ leticie dies agit: in qua sol iusticie letissime in celis btōꝝ se p̄sentauit obtutibus. Nimirū si celebrat dies vnius sancti qui per mortē euolauit in celū: quāto magis dies hec in q̄ chr̄s ascēdit: ⁊ innūerabiles sctōs in celū duxit. Tertio ostendit q ascēsio chr̄i sit iustissime eq̄tatis: ⁊ cōtra pctōres seuere dānationis in iudicio: cum dicit. sic veniet. s. ad iudicandū mundū in forma gl'iosa. queādmodum vidistꝫ eū euntē in celū. Iuxta hec ergo ṽba tria mysteria notabim⁹ pro hoc s̄mone.

¶ Primū de exemplari clemētia. s. quā exhibuit nobis chr̄s in ascēsione.

¶ Scd̄m de diuinali magnificentia qua ascendit ad thronum gl'ie.

¶ Tertiū d̄ sup̄nali residētia ad quā p̄uenit cū btīs.

B De clemētia exhibita nobis in christi ascensione.

¶ Circa p̄mū de clemētia exhibita in chr̄i ascen= B sione accipiam⁹ pro documēto cōclonem. q pijssimus iesus mirā clementiā nobis exhibuit per oēm gestū ⁊ circūstantiā qua in celū ascēdit. hoc on̄dit p̄cipue p septē potissimos clemētie gestus ⁊ exēpla q̄bus nos i mysterio docuit qualiter p̄uenire in celū possimus.

¶ Primo q̄dem. quia clemēter descēdit.

¶ Secūdo. quia clementer pro nobis satisfecit

¶ Tertio. quia incredulitatē discipuloꝝ clementer exprobrauit.

¶ Quarto. quia clemēter cum discipulis comedit.

¶ Quinto. quia discipulos clementer ad montē oliueti eduxit.

¶ Sexto. q2 eisdē v̄tutes miraculoꝝ clemēt ꝯcessit.

¶ Septio. q2 eleuatꝫ maibus eis clemēter bn̄dixit.

Prio clementer descēdit.

¶ Prio inq̄ȝ chr̄s clemēter descēdit: ⁊ sic postea ascendit. vt dr̄ apl's Eph̄. iiij. Qui descendit ip̄e est q̄ ascendit sup oēs celos. vn̄ Bern̄. sup ṽbo Ascēdo ad pa. m. dr̄ sic. Chr̄s descēdit q̄ inferi⁹ nō decuit: vicȝ vsqȝ ad carnem: vsqȝ ad crucē ⁊ mortē: vsqȝ ad limbi carcerē. Ideo ascēdit q̄ celsi⁹ nō potuit. Et sic in hoc nos chr̄s clementer docuit. q nō possum⁹ in celū ascēdere: nisi per humilitatē. q2 q̄ se humi. exal. Lu. xviij. August. de ciui. dei. Humilitas est via in celū. Si q̄ras q̄re? Rn̄det mgr̄ in iij. dist. xviij. di. sic. Decuit vt ppter pctm̄ hō non intromitteret in padisum. i. in celū: nisi in vno hoie tanta esset hūilitas q̄ oibus p̄ficere posset. sicut in vno homie p̄mo tanta fuit supbia q̄ oibus nocuit. Ad id exēplū. Nam dicūt naturales. q aqua in aq̄ductu talem habet p̄prietatē: q quāta descēdit altitudine a suo fonte: in tātuȝ ascēdere pōt in fistula si est integra. Spūalit. A qua ppl's chr̄ian⁹ si eiusq̄ fistula qua ducit. i. roze fidei ⁊ gr̄e fuerit integra: tantū ascēdit in celū sursum q̄tū descēdit in terris per hūilitatē. Ideo Bern̄. Si ascēdere desideras: necesse est vt descēdas. si vis cape celsitudinē dei: cape p̄us hūilitatē chr̄i. Hec ille.

C Scd̄o clementer satisfecit.

¶ Secūdo chr̄s dn̄s p̄us p nobis clemēter satisfecit passus ⁊ mortuus. ⁊ postea ascendit Luc. vlt. Optebat chr̄m pati: ⁊ sic intrare in gl'iam. In q̄ docuit q non nisi per crucē. s. vere pnīe ⁊ tribulatiōis intrare possum⁹ in celū. Matt. iij. Pnīam agite appropinḡbit reg. celoꝝ. Et. xvj. Qui vult veni. post me: abne. semetip. ⁊ tol. cru. suam. ⁊c. Et Act. xiiij. Per mltas tribulatiōes opor. nos ⁊c. Sȝ heu multi volūt intrare p delitias: ⁊ diuitias: ⁊ pōpas secli qd̄ est ip̄ossibile. Hieron̄. in testa. Impossibile est vt q̄s de delitijs ad delitias. s. celestes trāseat: vt ꝫ vētrē ⁊ illic mentē impleat: vt ⁊ in hoc mūdo sit p̄mus: ⁊ in futuro sit gl'iosus. Hec ille. O pctōr time.

Tertio incredulitatem discipuloꝝ clementer exprobrauit.

Tertio. q2 chr̄istus incredulitatē ⁊ duriciā cordis exprobrauit in discipulis. ⁊ sic postea ascēdit. vt habet Mar. vlt. In q̄ docet clement q pctā debem⁹ recoḡscere ⁊ deponere si in celū volum⁹ ascēdere. Hug. de s. Uict. Tūc inq̄t pctōꝝ salus incipit: q̄n hō ip̄e veracit de pctis ingemiscit. Hic Augu. in s̄mo. hodier. dr̄. Saluator nr̄ dilectissimi frēs ascēdit in celū: ascēdamus cū chr̄o interim corde: vt cū dies p̄missus venerit seq̄mur et corpe. Scire tn̄ debemus frēs. q2 cū chr̄o nō ascēdit supbia. nō auaricia. nō luxuria. nullū viciū nr̄m ascēdit cū medico nr̄o. Et ideo si post medicū desideram⁹ ascēdere: debem⁹ vicia ⁊ peccata deponere. q̄ q̄si quibusdā cōpedibus nos p̄munt: ⁊ retibus ligare cōtendūt. Hec ille.

Quarto clementer cū discipl'is comedit.

Quarto. q2 chr̄us clement cū discipl'is comedit. vt ptꝫ Act. j. In q̄ docet nos p̄gustare cibū vite etne in ṽbi dei dulcedie: ⁊ etiā in sacro eucharistie cū sum⁹ de hoc mūdo ituri ad futurum seculū. nam ꝫ est viaticū salutꝫ nr̄e. ⁊ per ꝯseq̄ns ascēdendi in celū. vt scribit dist. i. Is vero. ⁊ ca. penitētes. Vn̄ ps̄. Gustate ⁊ videte quo. sua. est dn̄s. Mat. v. Bti q̄ esuriūt ⁊ sitiūt iusticiā: q̄m ip̄i saturabunt. s. in celo. Amb. in medi. O dn̄e fac me gustare p amorē qd̄ gusto p cognitionē. q̄ em̄ non p̄gustat regni celestis gl'iam desiderare ignorat: sed in terrenis eū esse delectat. s̄m Grego. sup Ezech.

Quinto ad montē oliueti eduxit clementer.

Quinto. q2 chr̄s discipl'os ad montem oliueti clemēter eduxit: p̄cipiendo vt irent versus bethaniā que est sub ip̄o monte ppe: ⁊ ascenderēt inde in montē oliueti. Lu. vlt. Bethania dom⁹ obediētie interp̄tat: aut domus q̄tificata dn̄o. vt ptꝫ per Hiero. de inter. he. no. Oliueti aūt mons s̄cat misc̄ōie opa in pauperes exhibēda. ⁊ ideo per hec nos chr̄us clement docet. q si volum⁹ in celū ascēdere: debem⁹ p̄ceptis diuis obedire. iuxta illd̄ Matt. xix. Si vis ad vitā ingre. ser. man. Et cū ꝫ debem⁹ opa misc̄ōie exercere. Nam chr̄s de his opibus disceptabit in iudicio Mat. xv. Tūc di. reprobis. Ite male. in ig. eternū. Esuri. em̄ ⁊ nō dedi. mi. mādu. siti. ⁊c. Et ecōtrario bonis. Uenite bn̄dicti patris mei. ⁊c.

D Sexto discipulis gr̄am miraculoꝝ ꝯcessit.

D Sexto. quia chr̄s discipl'is gr̄am miraculoꝝ ⁊ v̄tutes faciēdi ꝯcessit pro p̄dicationis cōfirmatiōe ⁊ fidei di. Ite in mūdū vniuersū p̄di. euan. om̄i creature. Qui credide. ⁊c. Signa autē eos qui crede. hec sequent. In nomie meo demo. eij. ⁊c. vt hec patēt Mar. vlt. Sed q̄ri pōt hic. Utrū moderni chr̄iani vere reputent in chr̄m credere: qui tamē nō valēt hec signa facere. Respondet Grego. in hom̄. dicēs sic. Nunq̄d nā frēs mei. quia ista signa non facitis minime credidistis: sed hec necessaria in ecclesie exordio fuere. vt em̄ ad ꝭ

dem cresceret miraculis fuerat nutrienda. quia et nos cum arbusta plantamus tam diu eis aquā infundimus quousq̄ ea in terra cōualuisse videamus: atsi semel radicem fixerit irrigatio cessabit. Hec ille. Ibidē aūt docet Greg. q̄ hec signa facere spūaliter multo est excellentius ⁊ vtilius. Tū q2 p illa signa vel miracla corpalia sanāt corpa: p hec aūt spūalia sanāt aīe. Tū q2 hec spūalia xtutē vite ⁊ sctitatem efficiūt: licz non ondant. Illa xo ondunt: sed nō faciūt. Tum q2 hec nō nisi a bonis habent: illa etiam a reprobis ppetrant. Matt. vij. Multi dicent mihi in illa die. Dñe nōne in noīe tuo pphetauim⁹: ⁊ xtu. mul. fe. ⁊ tunc ↄfite. q2 nō noui vos Et ergo subdit Grego. ibidē. Nolite ergo frēs amare signa que possunt cū reprobis hrī cōmunia. sed hec charitatis atq̄ pietatis miracla amate: q̄ tanto syncerioꝛa sunt quāto ⁊ occulta. et de q̄bus apud dñm eo maioꝛ fit retributio. Hec ille. Sed adhuc q̄rit quō hec signa fidei spūaliter sunt necessaria ad salutē. Rñdet ꝫm doc. q̄ hec q̄nq̄ signa in euāgelio posita requirunt spūalit ad salutē omībus in chr̄m credētibus. sic q̄ vicz Primo demonia eijciant. ꝫm Ber̄. hoc est pctā eijciāt per cōtritionē. Scđo linguīs loquant nouis. ħ est ꝫm Ber. pctā cōfiteant ⁊ nō excusent se in ↄfessiōe. sicut fecit vetusta ptoparentū lingua. Tertio serpētes tollēt. ħ est ꝫm Grego. maliciā de cordib⁹ alioꝝ exhoꝛtatione vl' bono exēplo saltē auferāt. Aut ꝫm alios serpētes tollunt: qui detractiōes ⁊ psecutiones ppter deū patient suffe runt. Naz de detractoꝛibus ps. dicit. Acuerūt linguas suas sicut serpētes. Grego. Ego patiētie xtutem maiorem signis ⁊ miracl'is credo. hoc est ergo salutis signū.

Questio (margin)

Quarto si moꝛtiferū q̄d biberint nō eis noceat. ħ est. si tentationes moꝛtiferi pcti habēt ⁊ non cōsentiūt: sed vincūt. Ber̄. Demonū est cogitationes malas ingerere vel suggerere: nr̄m est non cōsentire. Nam quotiens resistimus totiēs deū honoꝛam⁹: diabolū supamus: angelos letificamus. Quinto sup egros inq̄t man⁹ imponent ⁊ bene habebūt. Ber̄. Egras affectiōes bonis opibus. s. charitatz ⁊ misc̄die opient: ⁊ hoc remedio curabunt. Nam manus apire inopi magnū signū salutz ē. quia vt Amb. dt. Nil ita cōmendat chr̄ianū sicut misericordia que sola est comes defunctoꝝ. O homo hec miracula fac vere chr̄ianitatis. E Septimo chr̄s dominus ascendeñ. eleuatis manibus discipl'os bñdixit. Act. j. Sed querit cur hec fecit: Respondet q̄ primo pro signo amoꝛis: vt suos patri offerret et cōmendaret amādos. Joā. xiij. Sciēs iesus quia venit hoꝛa eius vt trāseat ex hoc mūdo ad pa. cū dilex. suos q̄ erāt in mūdo in finē dilexit eos. In q̄ docet nos pseuerare debere vsq̄ ad moꝛtē in eius dilectiōe si volum⁹ in celū ire. Mat. xxiiij. Qui pseuera. vsq̄ in fi. ⁊c. Secūdo hoc voluit pro signo ↄsolatiōis. Magna q̄ppe eis cōsatio erat cum sciebāt se a chr̄o bñdictos. quia per hoc bñ sciebāt q̄ essent de pte dei. Pars em̄ diaboli est maledicta ⁊ in psenti. iuxta illud ps. Maledi. qui decli. a māda. tuis. ⁊ in futuro ampli⁹ maledicēda. Mat. xxv. Discedi. a me maledi. in ignē eterū: q̄ pa. est dia. ⁊c. Pars xo dei est bñdicta tam in psenti. Prouerb. x. Bndictio dñi sup caput iusti. q̄ in futuro iudicio vbi ampli⁹ bñdicet. Mat. xxv. Uenite bñdi. pa. mei. ⁊c. O ergo chr̄iane aduerte chr̄i clemētiā ⁊ sectare sctitatē vt in celū ascēdas. F

E Cur chr̄s eleuatz manibus in celuz ascendit (margin)

F De maiestate ascēsionis chr̄i. (margin)

¶ Circa scđm pncipale de maiestate qua chr̄s ascendit: accipiamus pro documēto ↄclonem. q̄. s. chr̄s dñs diuinitatz sue gl'iosam maiestatē manifest e monstrauit per ascensionis mirabilē dignitatē. Et hoc claret ex septem pcipuis ↄditionibus dñice ascensionis.

¶ Primo. quia ascendit cum summa potentia.
¶ Secūdo. quia ascendit cum manifesta apparētia.
¶ Tertio. quia ascendit cū maxima honoꝛificentia.
¶ Quarto. q2 ascēdit cū felicissima leticia.
¶ Quinto. quia ascēdit cum admirāda gl'ia.
¶ Sexto. q2 ascēdit cū luminosa refulgentia.
¶ Septio. q2 ascēdit cū deitatis cla ra euidētia.

Primo cū potentia. (margin)

¶ Primo inquā chr̄s ascēdit cum sūma potētia. Naz in ista ascensione claret chr̄i potentia mira. Primo in ħ q̄ ascendit xtute ppria: non aliena. Non em̄ fuit translat⁹ sicut Enoch ⁊ Helias. nec raptus vt paulus: sed assumptus. i. a seipo sumptus: sicut pdixerat ps. dicēs. Exaltare dñe in xtute tua. Et chr̄s Joā. iij. Nemo ascendit in celū. Glo. ppria xtute. nisi q̄ descēdit de celo fili⁹ hominis ⁊c. Si quippe tu homo debes ascēdere: optet q̄ fiat xtute sua. q2 oīe leue sursum ⁊ graue deoꝛsum. li. de gñatione. Chr̄s leuis ab oīi pctō sursū habuit ascēdere. nos xo gūati pctīs deoꝛsum tendim⁹. s. in infernū nisi gr̄a dei trahamur sursuz. Sed q̄rit. Quali sua virtute chr̄s ascēdit: Rñdet ꝫm Alexā. de ales. iij. pte. q. x. ⁊ doct. q̄ chr̄s duplicē ppriā xtutē habuit qua se eleuauit. Primo xtute sue deitatz impantis. Vñ Augusti. in ꝫmo. dicit. De nostro fuit q̄ pependit in cruce: de suo aūt q̄ ascēdit. Scđo xtute anie mouentis coꝛpus gl'iosum put vult. q2 vt ait August. xxij. de ciui. dei. Tanta erit obediētia coꝛpis gloꝛificati ad aīam btām: vt vbi volet spūs: ibi ptinus erit ⁊ coꝛpus. Prima ergo radix ascensionis chr̄i fuit xtus diuina qua etiam se resuscitauit: ⁊ tandē in celū eleuauit. Et secūdaria fuit ꝫm hūanam naturā xtus anie beate mouētis coꝛp⁹. s. dbte agilitatis gl'ificatū. Si q̄ras. Quid ergo fecerūt ibi angeli a q̄bus ferebat in celū: ⁊ nubes q̄ suscepit eum: Act. j. Rñdet Leo papa di. Cum audis eleuatū agnosce militie celestis obsequiū non auxiliū: seruitiū non adiutoriū. sicut dicit rex ferri ab exercitu obseq̄o veneratōis. sic ⁊ de nube. Scđo mira potētia chr̄i appuit in ascēsione cum ppria xtute chr̄us tam maximū spaciū a terra vsq̄ ad celū empyreū percurrit. Nam ꝫm sententiā rabbi Moysi refert a centro terre vsq̄ ad cōcauū celi saturni: quod est septimi planete via septē miliū annorū: ⁊ septingentoꝝ annoꝝ. i. tantū spaciū quantū de via plana aliq̄s iret in septē milibus septingētis annis: ita q̄ iter cuiuslibet diei esset q̄draginta miliariū. Alphagranus autē astronomus dicit distantiā istam esse. lxv. milia miliū miliarioꝝ ⁊ q̄ngentoꝝ. et satis cōueniūt int se iste positiones in modico differētes. Sed preterea a sphera Saturni quāta adhuc est distātia celi empyrei Unde ⁊ btūs Ber̄. dt q̄ de celo empyreo lapis descēdere vix posset in q̄ngentis annis vsq̄ ad terram. Sed hec deus scit si vera sunt. Sed esse spaciū maximū ptz ex hoc. q̄ cū q̄libet stella firmamēti dicat multo maioꝛ tota terra ꝫm phos. tamē ppter distantiā maximā parua valde nobis apparet. Mira ergo potētia chr̄i tam facile ⁊ quasi momēto ptransisse ascendēdo sup oēs celos.

Questio (margin)

Questio (margin)

A cētro terre vsq̄ ad cōcauū celi saturni. (margin)

G Scđo ascendit chr̄us manifesta apparētia. Act. j: Uidētibus illis eleuatus est ⁊c. Querit. cur chr̄s voluit ascēdere patenter ⁊ euidēter corā oībus discipulis: Rñdet ꝫm Fran. maro. q̄ istud miraculū fuit celeberrimū. ⁊ ideo ad deitatis chr̄i declaratione palā vidētibus discipulis visu coꝛpali ascendit: vt ipi ascēsionis maifeste testes existerēt: vt chr̄m dñm exaltari ad dexteram dei patris: ac btōs ad celestem pr̄iam introduci gauderēt: de se id spantes fieri post moꝛtem. ⁊ vt ipi ac etiā nos ascensionē in celū ante oculos coꝛdis haberemus: ⁊ ad celestia desiderāda leuare. Tertio ascendit chr̄s cū maxima honoꝛificētia. quia vt dt Hierony. Oēs xtutes angelice chr̄o ascendēti venerūt obuiā: ipm̄q̄ adoꝛātes honoꝛifice in celū susceperūt. vt impleret illud ps. In xitate deduxisti me: ⁊ cum gloꝛia suscepisti me. O quantū etiā a beatis honoꝛabat. Non imerito ḡ dicit. q̄ celū fuit euacuatū angelis bis. s. in ascensione chr̄i: ⁊ in assumptiōe xginis Marie. ⁊ tertio euacuabitur in iudicio. O q̄ pulchꝛa fuit ista processio.

G Scđo manifesta apparētia. (margin)

Tertio maxima honoꝛificentia (margin)

Quarto ascendit chr̄us cum felicissima leticia. sicut pdixerat ps. dicēs. Ascendit deus in iubila. ⁊ domi. in voce tube. Unde Augu. Ascēdente chr̄o pauet oīe celum: plaudūt agmina: tube sonant: ⁊ letis se admiscent blanda modulamina choꝛis. Credit aūt ꝫm Franci. ibi fuisse laus non tantū mentalis: sed ⁊ vocalis. O deuota anima cōtemplari potes quāto gaudio chr̄s dñs tūc intonauit ad angelos dicēs. Cōgratulamini mihi. quia inueni ouem que perierat. Luce. xv. i. genus humanū. Quanto etiā gaudio exultabant angeli pro gl'ia chr̄i ⁊ pro sue ruine repatione. intonātes illd Apoc. xix. Gaudeamus ⁊ exultemus: ⁊ demus gl'iam deo. quia venerit

Quarto felicissia leticia. (margin)

nuptie agni. Si enim gaudium est angelis sup vno pec
catore penitente. quantũ ergo gaudiũ fuit pro tot btis
Deniq̃ quãto tripudio exultabãt ipi beati cũ chr̃o pro
sui liberatione ⁊ regni celestis adeptione cantañ. illud
ps̃. Psallite dño qui ascendit super celũ celi ad orien.
Gaudeamus ergo et nos charissimi ac gr̃as agamus.
quia nostra natura humana est exaltata ad dexterã pa
tris. Gaudeat pctõr. quia aduocatũ habet apud pr̃em
chr̃m iesum qui est ꝓpiciatio peccatoꝝ. j. Joan. ij. Gau
deat iustus chr̃ianus. quia frater eius chr̃us est in ce-
H lis locũ sibi parãs: vt vbi ille est: ⁊ ipe chr̃ianus sit H

Quinto cum admiranda gl̃ia.

Quinto ascendit chr̃us cum admirãda gl̃ia. adeo ꝙ
etiã angeli ex admiratione tante gl̃ie ⁊ maiestatis que
stiones facerẽt. vt insinuat Diony. lib. ange. hierar. ca.
vij. s̃m illd̃ Esa. lxiij. ad inuicẽ dicẽtes. Quis est ille q̃
venit de Edom. qd̃ interp̃tat̃ sanguinea. i. de mũdo san
guineo per peccatũ. tinctis vestibus de Bosra. qd̃ int-
p̃retat̃ munita. i. de inferno contra deum munito. Alij
admirañ. di. Iste formosus in stola sua gradiẽs in mlti
tudine ṽtutis. i. p̃tãtis sue gl̃iose. Ad qd̃ chr̃s respõdit
dicens. Ego qui loquor iusticiam et ꝓpugnator sum ad
saluandũ. i. qui satisfaciendo diuine iusticie: ⁊ vincendo
sic diabolũ per passionẽ saluaui hoiem. Scd̃o ergo q̃si-
erunt admirañ. d. Quare ergo rubrum est indumentũ
tuum sicut calcantiũ in torculari. hoc ideo: quia cicatri
ces in corpe habere videbant. ex quoꝝ cruore in cruce
rubricatus fuerat. Ad hoc respondet chr̃us. Torcular
calcaui solus. i. crucem pro homĩe sustinui solus. in qua
sicut in torculari p̃ssus fui: adeo vt om̃is sanguis effun-
deret̃. Sed cur sic mirabant̃ angeli de gl̃ia chr̃i ascen
dentis? Respondet̃ ꝙ videbãt p̃mo. ꝙ terra. i. corpus
christi terrenũ sup celum eleuabat̃: cum scp̃tum sit. Ce
lum sursum: ⁊ terra deorsum. Prouer. xxv. Secũdo. q̃r
videbat ꝙ homo exaltabat̃ sup angelũ: cum subesse ho
mo soleret. Iuxta illd̃ ps̃. Minuisti eum paulominus
ab angelis. Tertio. quia videbant ꝙ homo ascendebãt
ad equalitatẽ dei ꝑpetuo regnaturus. ergo mirabant̃

I I Sexto. quia ascendit chr̃us cum luminosa refulgẽ

Sexto cũ luminosa refulgentia.

tia. s. gl̃ie sue. Nam s̃m Fran. licet chr̃us in alijs appa-
ritionibus p̃cedentibus ad ṽitatem sue carnis demon-
strandã lucem sui corpis occultauerit. sicut docz Aug.
de ciuita. dei. tamen mox vt ascendere cepit ipam mani
festauit. s̃m illud ps̃. Amictus lumine sicut vestimento
Septimo ascendit chr̃s cum clara euidentia sue dei
tatis que manifeste clarebat per ascẽsionẽ chr̃i ad dex
teram dei patris. ⁊ per tam clarissima ac tanta miracu
lorum indicia. Unde Joã. j. Uidimus gl̃iam eius gl̃iam
quasi vnigeniti a patre: plenũ gratia ⁊ veritatẽ. Et. j.
Joã. j. Quod vidimus oculis nostris ⁊ testamur et an-
nunciamus vobis. Sed queritur. Utrũ discipuli vide
rint in christi ascensione celestia ⁊ beatoꝝ agmina ipm
comitãtia cum iubilis ⁊ laudibus? Respondet̃ s̃m Frã
ciscũ may. credendũ est pie ꝙ viderunt. sicut eñ vide-
runt chr̃i gl̃iosam eleuationẽ. ita ⁊ eos a quibus hono-
rifice ferebat̃ in celum eorũq̃ obsequia: vt testimoniuz
certius de deitate christi ferre valerent ex visis. Si di
cas. quomõ videre potuerũt oculo corporali illos btõs
spũs? Rñdet̃ ꝙ in gl̃ia chr̃i sicut ⁊ in trãsfiguratõe chr̃i
aĩam Moysi ⁊ Heliam discipuli viderunt miraculose:
⁊ cognouerũt ⁊ voces audierũt. Sic in ꝓposito. Legi
mus quippe. ꝙ aliquoꝝ sanctoꝝ aĩe vise sunt a pluri-
bus deferri cum iubilo angeloꝝ in celum. vt ptz de san
ctis Martino: Emerico: ⁊ alijs. Multo ergo fortius ẽ
K de chr̃o credendũ: ꝙ discipuli viderint talia. K
Circa tertiũ p̃ncipale de residentia chr̃i in celo cũ

Utrũ chr̃s dominus subito ⁊ i instãti ascẽderit ad dexterã pr̃is collocãdo btõs in angeloꝝ choris p notabilia puncta

beatis ad quã chr̃us ascendit ⁊ ꝑuenit hodie: sufficiat
tractare hic breuiter hanc questionẽ solam de modo q̃
beatos locauit in angeloꝝ choris reparando ruinam.
Utrũ chr̃us dñs subito ⁊ in instanti ascenderit ad dexte
ram dei patris: ⁊ simul ꝑfecerit reparationẽ ruine cele
stis: collocando btõs in angeloꝝ choris. Ad qd̃ omissis
argumẽtis rñdet̃ s̃m Fran. may. ⁊ ꝯcor. ꝑ pte Rich. su
per. iij. dist. xxij. ꝑ plura notabilia pũcta. Primũ est. ꝙ
chr̃us ascendit morose de terra vsq̃ ad locum quo nu-
bes clara suscepit eum ab oculis discipuloꝝ. Ratio, q̃r
apl̃i viderũt eum ascendere. Act. j. Motus autẽ instan
taneus ⁊ subitus non põt visu ꝑcipi. ergo ⁊c̃. Secũdũ scd̃m punctũ
punctũ. ꝙ postq̃ suscepit eum nubes: mox in momẽto ꝑ
om̃es celos ascendit ṽtute diuina ⁊ ꝓpria vsq̃ ad celũ
empyreũ. iuxta illud ps̃. Exultauit vt gigas ad currẽ-
dum viam ⁊c. Ratio. quia quãto fortior est potẽtia agẽ
tis: tanto minus requirit de tempe in quo agit. Si eñ
homo facere põt aliq̃d in die vna. ille q̃ habet potentiã
duplo fortiorẽ potest illud facere in medio die. ⁊ sic de
alijs. Cũ autẽ deus habeat potentiã infinitã ⁊ illa chri
stus ascẽdit. ergo in momẽto ascẽdit. s̃m illd̃ Esa. lxiij.
Gradiens in multitudie ṽtutis sue. s. diuine. Tertiũ tertiũ pũctũ
punctũ ꝙ in celo empyreo non ꝑtransiuit: chr̃s subito
om̃es choros angeloꝝ vsq̃ ad sũmam ꝑtem celi empy-
rei sedendo mox ad dexterã patris. quod videt̃ ꝓbabi
le tali rõne s̃m Franci. q̃r chr̃s ꝓmiserat se rogaturꝝ pa
trem: ⁊ missurꝝ spm̃ sctm̃ cũ ꝑuenisset ad pr̃em. Si ergo
stati p̃ma die chr̃s cõssimasset totũ cursum vsq̃ ad dex
terã dei pr̃is. seq̃ret̃ ꝙ. x. diebus distulerit rogare pa-
trem de missione dñi spũssancti ꝓmissi. sed hoc nõ vide
tur verisil̃e. quia ps̃. in ꝑsona chr̃i dicit ꝓ eccl̃ia in ter-
ris relicta. Si non ꝓposuero Hierl̃m in p̃ncipio leticie
mee. ⁊ supplendũ est: puniar a deo s̃m Ly. Nec putan-
dũ est ꝙ stati chr̃s rogauerit: sed deus pat̃ rogata dis-
tulerit: cũ saluator dixerit Joã. xj. Ego aũt scio q̃r sem
per me audis. Et ideo rõnabilit̃ satis apparet ꝙ chr̃s
ꝑuenit ad dexterã dei pr̃is ordinato ꝓgressu die Pen-
teco. q̃ misit spm̃ sctm̃: ⁊ nõ in instãti vel subito. Quar
tũ punctũ. ꝙ ipa p̃ma die ascẽsionis stare chr̃us voluit q̃rtũ punctũ
in inferiori pte celi empyrei. s. in ordine vel choro infi-
moꝝ sctõꝝ citra om̃s angelos vbi collocauit illos qui
saluati sũt sine vllis meritꝫ ꝓprijs. sicut sunt ꝑuuli fide-
liuz: ⁊ cõmunes multos btõs q̃ non purificant̃ in p̃mijs
ipis angelis: vt coĩus tenet̃ a doct. qui ponũt in celo de
cimũ chorũ. s. infimũ pro coĩoribus hoĩbus. Quintũ q̃ntũ punctũ
punctũ. ꝙ altera die. s. ascẽsionis venit chr̃s ad infimũ
choꝝ angeloꝝ: ⁊ ibi collocauit q̃ merebant̃ beatos: ⁊ fe
cit ibi dietã. Sic ꝯñter ad choꝝ angeloꝝ scd̃m. s. ad ar-
changelos. ⁊ tandẽ ad tertiũ ⁊ q̃rtũ et q̃ntũ. ⁊ sic ꝯñter
ad nonũ choꝝ angeloꝝ: ita ꝙ in q̃libet choro vnã dietã
fecit vt sua p̃sentia bñdicerent̃. Sextũ punctũ. ꝙ su- Sextũ pun.
pra nonũ chorũ angeloꝝ. i. supra seraphin est chor⁹ pro
pri⁹ btẽ ṽginis Marie matris dei: ⁊ in isto forte chr̃us
dietam fecisset si secũ ipam adduxisset. Sed quia in ter
ris eam reliq̃rat. ideo ibi nõ stetit. Septimũ punctũ. Septimũ p.
ꝙ vndecima die in ordine p̃dictoꝝ. s. die dñica Pentec̃.
de seraphin mox chr̃us ascendit ad supcelestẽ hierar-
chim. s. beatissime trinitatis: ⁊ collocatus ad dexteram
patris statim misit spm̃ sctm̃. Licet hec sint dicta rõnabi
liter: non tamẽ temerarie astruẽda: sed pie credeñ. deo
cõmittenda sicut cõmisit deo Hieroñ. assumptionẽ cor
poralẽ ṽginis Marie. O ergo quantũ fuit ibi gaudiũ:
quantũ festum om̃ibus? O q̃ꝫ gl̃iosum est illud regnũ:
in quo cum chr̃o regnãt om̃s sctĩ. Ad quod nos ꝑducat
chr̃s iesus qui viuit in seculoꝝ secl̃a.

In festo Pentecostes ⁊ diebus subseq̃ẽtib⁹ s̃mo
nes habent̃ pte de tempe: inter s̃mones vicz dñicales.

Sequunt̃ sermones pro cõ muni de vno vel pluribus sctis inter Pascha ⁊ Pentecosten occurrẽtibus.

Sermo p̃mus sup epl̃a.

Ecce quõ cõputati sunt inter filios dei: ⁊ inter sanctos sors illoꝝ est.
Sap̃. v. cap̃. ⁊ in ipa epl̃a. A Sicut docet A
ph̃s. ij. li. Topi. ⁊. iij. li. Eth̃. Unaq̃q̃ res ⁊ actio ex fine
suo cog̃scit̃. Nã cui⁹ inq̃t finis bonus: ipm q̃q̃ bonũ. ⁊ cu
ius finis mal⁹: ipm q̃q̃ malũ. Uñ de bonis ⁊ malis chr̃ia
nis finis facit discernere. qd̃ regula gñalis est. ꝙ qñ bñ
viuit bene finit. ⁊ qui male viuit male finit. iuxta quod
Athanasi⁹. Qui bona egerũt: ibunt in vitã eternã: q̃ ṽo

mala in ignē eternum: hec est fides catholica. Idcirco in epla presenti ostēditur qualis sit finis maloꝝ: qm̄ videntes in iudicio iustos turbabunt̄ ⁊ pniam agēt ⁊ gement in sempiternū. Et qualis sit finis bonoꝝ: quia cōputabunt̄ inter filios dei: ⁊ inter sctōs sors illoꝝ est vt sonant verba premissa que verba tūc de bonis ⁊ iustis dicent reprobi: vt in ipa epla habetur. Nos inquiunt insensati vitam illorum. s. bonoꝝ extimabamus insaniam ⁊ finem illoꝝ sine honore. Ecce quō computati sunt inter filios dei ⁊ inter sanctos sors ⁊c̄. Iuxta hec verba insistendo circa epistolam ipsam tria mysteria notabimus pro hoc sermone.

¶ Primū dicit̄ iustoꝝ magna fiducia: cū dr: Stabūt iusti in magna ⁊c̄.

¶ Scdm dr malorum amara mesticia. ibi. Videntes turbabuntur ti. h.

¶ Tertiū dr electoꝝ btā leticia. ibi. Ecce quō cōputati sunt inter filios ⁊b.

B De iustoꝝ fiducia in iudicio

¶ Circa primū de iustoꝝ fiducia in iudicio accipiam⁹ ꝓ documento ꝯclonem ex vbis Hiero. sup Iosue. iiij. dicentis. Peccatori omīs creatura hostis. s. apparebit in iudicio: nihil aūt erit qd̄ iustus metuat: qꝛ oīs ei creatura famulat̄. Vñ scribit̄ ꝙ pugnabit orbis terraꝝ contra insensatos. i. pctōres. Iustis aūt ꝑmittit deus per ꝓpham scꝫ Esa. xliij. di. Cum transieris ꝑ ignē flamma non nocebit tibi: quia ego sum dñs deus saluator tu⁹. Hec Hieroñ. Magna ḡ erit iusto fiducia in chr̄o saluatore in iudicio. Et hoc in epla hodierna ostendit̄ ꝑ tria que de iustis determinant̄.

¶ Primo qꝛ dr ꝙ iusti stabunt

¶ Scdo qꝛ in magna cōstantia stabunt

¶ Tertio qꝛ aduersus malos stabunt

Quare iusti dicunt̄ stare

¶ Primo quia dicunt̄ iusti stare. Sed quare hoc? Respondet̄ ꝙ stare duo precipua notat. Vno modo firmā permanentiam. Et hoc mō pctōres non dicunt̄ stare: sꝫ cadunt in varia pctā. s. superbiā: auariciā: luxuriā: ⁊c̄. per que obstinati tandē cadūt in foueā infernalē: iuxta illud ps. Ibi ceciderūt oēs qui operant̄ iniquitatē: expulsi sunt. s. de hac vita ꝑ mortē vl̄ de ecclia: nec potuerunt stare. s. in gr̄a. Sed iusti hoies dicunt̄ in pñti hoc modo stare inquantū resistunt ⁊ non succūbunt in tentationibus. Ad qd̄ hortat̄ Ecci. ij. scriptura di. Fili accedens ad seruitutē dei sta in timore ⁊ iusticia: ⁊ prepara aiam tuā ad tentationē: ꝙ si iustus ceciderit: mox resurgit. Vñ Hiero. ad rusticū de pe. di. iij. §. hac autoritate. dicit sic. Septies in die cadit iust⁹ ⁊ resurgit. Si cadit quō iustus: si iustus quō cadit? sed iusti vocabulū non amittit qui per pniam semp resurgit. Hec ille. Et ꝓpterea merito stare dicunt̄ in futuro iusti: qꝛ in ꝑpetuū stabilient̄ in charitate dei. i. Coꝛ. xiij. Charitas nunꝙ̄ excidit ⁊c̄. Scdo stare dr assistentiā: ⁊ hoc modo pctōres in futuro non stabunt corā facie dei. Esa. xxvj. Tollat̄ impius ne videat gl̄iam dei: sed soli iusti ⁊ bti Dañ. vij. Milia miliū ministrabant ei: ⁊ decies centenamilia assistebant ei. Et ps. Ecce nūc bn̄di. dño oēs serui dñi. Qui statis. i. assistitꝭ deo in domo dñi in atri. ⁊c̄. Propterea conuenienter dicunt̄ stare iusti.

C Vñ poterūt iusti habere fiduciam

C Scdo dr in epla qualiter iusti stabunt in futuro iudicio: qꝛ in magna inquit constantia fiducie. Querit̄ ḡ vñ poterunt iusti habere fiduciā ⁊ stare secure in iudicio: maxime cū dicat Hieroñ. sup Ioelem. In die inquit iudicii etiā qui sancti sunt presentiā dñi absqꝫ formidine nō videbūt. Hec ille. Et Chrys. sup Mat. Quamuis angeli conscii sibi non sint: videntes tñ infinitā multitudinē damnari non intrepidi stabunt: iuxta illud Iob. xxvj. Colūne celi cōtremiscent: glo. i. angeli. Rñr fm Ly. ⁊ doct. ꝙ hec non sunt accipienda vt significent in angelis vel in beatis aliquam penam timoris vel formidinis: sed reuerentiā ad deum ex admiratione magnitudinis potentie ⁊ vindicte contra impios. Maximus ergo tremor in iudicio erit reprobis a facie ire dei. Sed iustis erit multa fiducia ⁊ constantia securitatis.

Primo ex parte iudicis

Primo ex parte iudicis. s. christi quia sciunt se habere iudicis amiciciam ⁊ clemētiam familiarem: eo ꝙ ipm̄ hic dilexerunt ⁊ eius precepta seruauerunt: ipo dicente Ioan. xv. Vos amici mei estis si feceritis que ego precipio vobis.

Scdo sui

Scdo ex ꝑte sui: qꝛ nō habebūt reā ꝯsciam. Bern. Nulla pena maior ꝙ̄ rea ꝯscientia que semp est pauida: ⁊ nulla consolatio maior ꝙ̄ sana ⁊ secura ꝯsciētia. Vñ cōfidens Iob. xiij. dicit. Si fuero iudicatus scio ꝙ iust⁹ inueniar. Et iterꝫ Ecce inquit in celo est testis meus: ⁊ conscius meus in excelsis. Sed aliter erit impiis.

Tertio assistentium

Tertio ex ꝑte assistentium iudici quia scient se ibi habere amicoꝝ multitudinem coram iudice adiuuantiū iustos: videlicet angelorum exercitum ⁊ sanctos: ⁊ precipue ad beatā virginē Mariam qui omēs erunt tunc pro iustis intercessores. Nam ⁊ ecclesia canit ꝙ beata virgo est aduocata nr̄a ⁊ qd̄ est maius ipe iudex chr̄s erit pro iustꝭ apud patrem aduocatus ⁊ intercessor. Ber. O hō securum accessum habes ad deum vbi mater stat ante filium ⁊ filius ante patrē: mater ostendit filio pectus ⁊ vbera: filius ostendit patri lat⁹ ⁊ vulnera. Nulla ergo poterit esse repulsa vbi tot concurrunt amoꝛ insignia. O ergo iusti: o vere penitentes chr̄iani gaudete: qꝛ oīmodā fiduciam habebitis in iudicio. Sed ve ⁊ ve tūc erit vobis pctōres qui nunc ꝯtemscitis peccare: qꝛ timor ⁊ tremor veniēt super vos ⁊ horribilis vindicta impii ignis ⁊ vermis. Ecci. vij. Agite ḡ pniam charissimi.

D Cōtra quos stabūt iusti

D Tertio in epla dicit̄. Contra quos stabunt iusti in iudicio: qꝛ contra eos inquit qui se angustiauerūt. Ly. s. inferēdo eis nocumentū in personis: ⁊ q̄ abstulerūt labores eoꝝ: eis nocendo in reb⁹ possessis. Cōtra tales q̄ppe stabūt specialius. Stabūt nihilomin⁹ ḡnal̄r iusti cōtra oēs reprobos approbādo sententiā iudicis: iuxta illud Mat. xix. Sedebitis sup sedes. xij. iudicantes. xij. trib⁹ isr̄l: ⁊ sic condemnando eos: ⁊ tanꝙ̄ pedib⁹ cōculcando. Conculcabit eñ reprobos deus scti: demones ⁊ mors: vt colligitur ex scripturis. De⁹ q̄dem cōculcabit eos sic dr ipe per Esa. lxiij. Calcaui eos in furore meo: ⁊ conculcaui eos in ira mea. Scti q̄ꝫ ipos ꝯculcabunt compassionē ⁊ auxiliū denegando. Malach. iiij. Calcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedū vestroꝝ. Demones conculcabunt supplicia irrigando Ps. Conculcauerūt me inimici mei tota die. Mors cōculcabit morte eos ꝑpetua depascendo Iob. xviij. Calcet sup eū quasi rex interitus. Ps. Mors depascet eos. Vnde Bern. O miserabiles miseri qui seducunt̄ per vicia huius seculi vt torqueantur sine fine seculoꝝ.

E De malorum multitudine

E ¶ Circa scdm de maloꝝ amaritudine vel turbulentia sit ꝑ cōclone ꝙ reproboꝝ pena ꝓbatur amarissima ex hac ipa sacre scripture epla: ⁊ hoc precipue ex trib⁹ claret inibi descriptis.

¶ Primo ex horribili timoris turbatione

¶ Scdo ex penali doloris anxiatione

¶ Tertio ex confusibili erroris deceptione

Prio ex timoris turbatiōe

¶ Primo ex timoris horribili turbatiōe: cū dr in epla. Videntes turbabunt̄. s. reprobi timore horribili ⁊ mirabuntur in subitatione insperate salutis iustoꝝ quos videbunt gl̄iosos in corpore ⁊ anima: quod non crediderunt dū erāt in vita ista. Vbi nota ꝙ impii tūc multiplici timore horribili turbabunt̄. Primo q̄dem turbabunt̄ a superiori: quia videbunt iratū supra se iudicē ad vindicandum: ⁊ eterne damnationis sententiā ferendū cōtra eos. De q̄ habet̄ Apoc. j. De ore eius. s. iudicis gladius ex vtraqꝫ parte acutus exibat. Ex vtraqꝫ ꝑte acut⁹ dr qꝛ incidere habet aiam ⁊ corp⁹ eternis suppliciis. Scdo a dextris: qꝛ videbūt angelos ꝯtra se testificantes: ⁊ dignos dānatione acclamantes. Licet eñ ipe deus sit iudex ⁊ testis: iuxta illd̄ Hiere. xxix. Ego sum iudex ⁊ testis dr dñs: tñ ad maiorem reproborum exaggerationem ⁊ amaricationem vult pro testib⁹ sanctos angelos adhibere. Iob. x. Instauras testes tuos contra me. Et. xx. Reuelabunt celi. i. angeli iniquitatem eius Tertio a sinistris: qꝛ videbūt infinita demonia accusantia ⁊ inclamantia ad infernū: vt ptꝫ Apoc. xij. Accusator fratrū nr̄oꝝ. s. diabolus est. Quarto timebūt ⁊ turbabuntur ab intra ex ꝯscientie remorsu. Quinto ab extra ꝑ oēs creaturas. Sap. v. Armabit creaturā ī vltionem. Sexto a retro ꝑ p̄terita pctā: vt testat̄ Bern. Septimo ab añ: qꝛ coram se videbūt passionis chr̄i signa. s.

Quarta ꝟtus pc̄ti mortalis īmunitas. Nā Augusti. xxj. de ciui. dei d̄t. ꝙ paucissimi sunt tante felicitatis: vt ab ineunte adolescētia nulla dānabilia pc̄tā commiserint. Sed btūs Ludo. talis felicitatis est. q̄ de eo viri fidedigni q̄ eum nouerant ab infantia: postꝙ̄ mortuus est tactis sacrosc̄tis testimoniū ꝑhibuerūt se nūꝙ̄ vidisse aut audiuisse aliq̄d tale in Ludouico vnde potuisset notari de pc̄tō mortali aliquo.

Quinta religiositas.

Quinta est religiositas. Nam cū talis ac tantus esset: vouit se intraturum religionē minoꝝ: q̄d ⁊ impleuit. O q̄lis hec grā. o q̄ꝫ ardens chr̄i amor: pro quo regnū Sicilie ⁊ Hierusalem om̄iaꝙ talis maiestatꝭ insignia abdicauerit: vt christum lucrifaceret om̄ia contēpsit. Cum aūt pat̄ ⁊ cōsanguinei ip̄ius veniētes Romā coram papa Bonifacio sibi dissuaderēt introitū ordis: sed vt acceptaret episcopatū eccl̄ie Tholosane. r̄ndit ꝙ nullatenꝰ assentiret: nisi voto prius satisfaceret de intrando ordinem minorū. Sicꝙ annuente papa: frēs minores eum receperūt. Et sic ꝑfecte impleuit illud dictū christi Matt. xix. Si vis perfectus esse vade ⁊ vende om̄ia que habes ⁊ sequere me. Cūꝙ iam esset frater minor: volebat vsꝙ ad mortem inter eos viuere vt minimꝰ fratꝝ: sꝫ p̄cepto apostolico coactus (cui obediendū est) inuite suscepit iugum ep̄atus.

Sexta oronis sedl̄itas.

Sexta ꝟtus est or̄onis deuote sedulitas. Nā cum adhuc esset ꝑuulus ⁊ tenellus postꝙ̄ sui b̄uitores dormitū recessissent: ip̄e surgebat de lecto: ⁊ in or̄one ac lachrymis vsꝙ ad mediam noctem quotidie ꝑsistebat. Factus aūt frater minor in terra sepius cubabat: ⁊ dormientibus socijs de nocte ip̄e ꝑuigil in or̄one manebat. Precipuā au tē deuotionē habebat ad christi passionē. ⁊ idcirco officiū passionis manibus extensis ad modum crucꝭ om̄i die perorabat. Factus aūt sacerdos om̄i die missam p̄missa cōfessione sacramētali celebrabat: ⁊ assiduus in or̄one permanens ꝓuocabat̄ sepius ad lachrymas.

Septia ꝓfūdissima humilitas.

Septima est bassa ⁊ ꝓfundissima hūilitas: quā semꝑ dilexit ⁊ tenuit. Nam semꝑ humili veste indutus sepe disciplina ferrea per se vel per socios ꝟberań. carnem cogebat humiliter seruire spiritui. Unde semel cū ip̄e iam ep̄us venisset ad frēs: ⁊ cellam sibi fratres cooꝑtassent ⁊ ornassent pannis exq̄sitis: indignatus om̄ia amoueri fecit: ⁊ in terra per totam noctē iacuit. Item cū q̄dam frater sibi dixisset. O pat̄: multū honorē p̄stitistis nostro ordini ꝙ eum intrastis. Ip̄e suꝑ hoc dicto r̄ndit indignatus. Frater (ait) male dicis: imo ordo me multum honorauit dando mihi habitū suum. ecce hūilitas. Item quādo p̄dicabat sicut ⁊ solitus erat multotiēs tā clero q̄ꝫ populo. nam ⁊ Rome in ꝯsistorio p̄dicauit. Itē Parisius: Tholose: ⁊ monte pessulano: ⁊ locis alijs. tamen nunꝙ̄ patiebat̄ ornare pulpitū. et si quādo fuisset ornatū amouebat. nec tunc sue dignitatꝭ ep̄alis cappā volebat habere suꝑ se: sed in solo habitu minoꝝ fratrū p̄dicabat. Uñ eius p̄dicatio fuit tam fructuosa. ꝙ multi iudei ad fidem chr̄i per ip̄ius p̄dicationē sunt conuersi: quos ip̄emet p̄ē humilitate et deuotione baptizabat. Hec sufficiant. O ergo homo accipe tot virtutū exempla ⁊ imitari studē. H

H Utrū humilitas sit ꝟtus p̄cellētissima.

H Circa tertiū de suꝑnali exaltatione q̄stionem ꝓponamus. Utrū humilitas sit ꝟtus p̄cellentissima: aut cur deo tam chara ꝙ sit exaltatione dignissima? Ad quod b̄m dictamina doct. p̄cipue Lyre in postilla suꝑ Mat. xviij. ⁊ Franci. may. notemus precipuas tres ꝟitates.

Prima est. ꝙ hūilitas licꝫ sit ꝟtus magna ⁊ deo chara: sunt tñ theologice ꝟtutes p̄cellentiores q̄ꝫ ip̄a. Rō. q̄ hūilitas est ꝟtus moralis. sed ꝟtutes theologice sūt p̄cellentiores ⁊ deo magis grate q̄ꝫ sint om̄es morales: quia per illas theologicas ꝟtutes homo magis cōiungitur deo. s. per fidem: spem: ⁊ charitatē. ergo ⁊c. Unde autor de spū. c. xxij. d̄t. Humilitas deo subijcit: puritas iungit: charitas vnit. Et sic ptꝫ ꝙ humilitas non est simplicit̄ maxima virtutū.

Scd̄a ꝟitas

Scd̄a ꝟitas. ꝙ inter ꝟtutes etiam morales sunt alique ꝟtutes humilitatē p̄cellentes. Nam prudentia que dirigere habet alias virtutes morales: ⁊ ponit in eis mediū: maior est alijs ꝟtutibus moralibus. ⁊ per cōsequēs etiam humilitatē precellit. Justicia etiā que importat rectum ordinē ad alterū est maior q̄ꝫ humilitas que facit hoīem bene subditum huic ordini.

tertia ꝟitas.

Tertia est. ꝙ humilitas non simpliciter: sed b̄m quid est p̄cellentissima ꝓpter eius priuilegia. Quorum primū est fundatiōis. Est em̄ aliarū virtutū fundamentū conseruatiuū. Augusti. Cogitas de altitudine sanctitatis: cogita de fundamēto humilitatis. ⁊ Grego. in moral̄. Humilitas est mater ⁊ origo omniū ꝟtutū. Nimirū b̄m Lyr̄. ex quo ꝟtutes sunt cōnexe. quantū ergo crescit humilitas in homie: tanto ⁊ alie ꝟtutes ꝓportionabiliter crescūt b̄m illud q̄d est formale in ꝟtute. sicut digiti manus equaliter crescunt: licꝫ in se non sint equales. ⁊ ideo humiles sunt maiores in merito ⁊ p̄mio exaltandi nō ꝓpter humilitatē tantūmodo: sed ꝓpter alias ꝟtutes humilitati cōnexas.

Scd̄m ꝓuilegiū hūilitatꝭ

Secundū priuilegiū pulcherrime nobilitatis. quia est ꝟtus angelica. Nam communiter alie ꝟtutes morales nō sunt in angelis. vt fortitudo: temꝑantia. sed humilitas est in eis: ⁊ ꝓpter suā pulchritudinē deus libenter eam respicit. Hec b̄m Frāciscū may. Unde Berñ. suꝑ Cañ. d̄t. ꝙ decor anime humilitas est ⁊ mūdicia. hunc geminū decorem cōcupiscit rex christꝰ.

Tertiū.

Tertiū priuilegiū dignitatis celestis. q̄a omniū est p̄ma. sicut suꝑbia primū viciū in celo: in quo angeli ceciderūt. ⁊ sicut angeli boni: sic christus dominus ⁊ mater eius per eam exaltari meruerūt in gloria: ⁊ om̄es sancti. quia humilitati correspōdet in celo maioritas exaltationis. iuxta ill̄d Lu. xviij. Om̄is qui se humiliat exaltabit̄. Hinc ⁊ Grego. in mora. Tanto anima est coram deo acceptabilior: quāto in oculis ꝓprijs fuerit despectabilior. Hec ꝓuilegia Mar̄. b̄mo. de humilitate. Ad ꝓpositū. Ex quo btus Ludouicus fuit multū humilis: meruit ergo multū exaltari apud deum. quod manifestū est pluribus miraculis. E quibus aliqua narremus.

I Miracula b. Ldouici.

I Cum em̄ esset adhuc in vita: cepit miraculis clarere. Ad tactū q̄ppe soliꝰ fimbrie: mulier. xiiij. annis fatigata fluxu sanguinis est mox sanata. Et ad signū crucis positū: frater q̄dam a cōtinua febre est liberatus. Deniꝙ cum ex humilitatis affectu iret Romam: vt scꝫ in manus pape resignaret episcopatū: in itinere infirmatus sensit se a deo euocari ex carnis ergasculo: tunc deuotissime confessus eucharistie in occursum: le-

cet valde debilis transiens: illam deuotissime suscepit: ⁊ crucem sibi datam a quodã a socijs genu flexu suscepit. Cunctisq; mysterijs circa eum expletis diutius orauit. ⁊ sic feliciter spm̃ emisit. Corpus aũt suũ in Marsiliam ducẽtibus cũctis illis apparebãt quasi lancee radiose de celo descẽdere sup corpus. Et omẽs cerei celesti lumine sunt subito accensi. Cunq; tumularet in ecclesia fratrũ: appuit ecce cunctis sup altare stans ipse btũs Ludouicus indutus pontificalibus cum mitra et baculo pastorali populũ bñdicens. ⁊ facto signo crucis disparuit. Deniq; post eius transitũ multis cepit radiare miraclis: quoꝝ pauca narrem⁹. In ciuitate Marsilie duo fratres carnales cõtra se mutuo cõmoti: vnus alterũ occidit. ppter quod iusticie lege dictante: alter s. fratricida est decapitatus. sed cum amboꝝ corpa mater eorũ mestissima fecisset duci ad sepulchꝝ btĩ Ludouici: ⁊ ipm inuocaret vt sui misereri dignaret. Mirabile dictu: caput illius amputatũ se corpi iungens surrexit. ⁊ alter oculos apiendo sanus surrexit. Itẽ in ciuitate Aretij puer mortuus natus ad inuocationẽ sancti huius suscitat⁹ est: ⁊ Ludouic⁹ noiatus. post frater minoꝝ effectus deuotus. Quidã etiam puer ab equo calcatus ⁊ mortuus: facto voto est resuscitatus. Nam ⁊ in bulla pape sex mortui narrant per eius merita suscitati ⁊ infirmi plures. Itẽ cuidã Pisano naufraganti apparuit btũs Ludouicus dicẽs. Quicunq; dixerit tria pr̃ noster ad laudẽ sancte trinitatis: ⁊ honorẽ btĩ Ludouici quicq̃d petierit ĩpetrabit. Cunq; ille hec perorasset: statim est a periculo mortis liberatus. Hec sufficiãt. O ergo gl'iosissime christi confessor Ludouice ora pro nobis christum.

¶ De sctõ Stephano rege. Ser. pmus cũ Legenda.

Letamini in domino deo

quia dedit nobis doctorẽ iusticie. Joel. ij ⁊ ad laudẽ huius festiuitatis. A Hec v̄ba conuenient assumunt ad honorẽ beati Stephani regꝫ nr̃i: quẽ ds dedit nobis. s. hũgaris oibus doctorẽ iusticie ⁊ fidei chr̃iane. Et ideo merito hortat oĩs populus Hungaroꝝ: vt letet in dño deo gr̃as agendo pro tali dono. Primo. q̃a per ipm btm̃ Stephanũ venit gens ista ad fidem chr̃i: sine qua. s. fide ĩpossibile est deo placere. ad Heb. xj. Magnas ergo deo gratias debem⁹ agere pro sancto Stephano hodie. quia nisi cõuersi per ipm fuissemus: omẽs filij ire ⁊ damnatiõis fuissemus. Scdo. q: ipse exemplũ sctitatis ⁊ iusticie nobis pbuit. Tertio quia spem salutis speciali⁹ per eius intercessionẽ habemus: cum sit patronus noster. Nam vt ait Hiero. cõtra Vigilañ. sancti dei in hac vita orauerũt pro alijs etiam inimicis: quãto magis post coronas ⁊ triũphos. quia in patria non minuit: sed auget charitas. Unde btũs Stephanus sicut in hac vita nos specialius dilexit quos in chr̃i fide genuit: ita ⁊ in celesti patria specialius pro nobis intercedit. Hinc in eius officio canit sic. Aue beate rex Stephane inclyta spes gẽtis tue: aue doctor ⁊ apostole credulitatꝫ nr̃e: aue speculũ sctitatꝫ ⁊ iusticie: per te chr̃o credidimus: per te in chr̃o saluemur: ora p populo: interueni pro clero: vt nullus de tuis preda fiat hostis. Hec ibi. Dicam ergo cũ Joele pmissa verba oibus de gente Hungaroꝝ. Letamini in domino deo. ⁊c. Iuxta que v̄ba tria mysteria notemus p smone. sm ꝙ de tribus cõmendat in eis: sed ordine alio.

¶ Prĩo de saluifica iusticia. quia iusticie doctor datur a deo.

¶ Secũdo de dignifica p̃sidentia. nam deus dedit eum doctorem ⁊ regem.

¶ Tertio de gl'iosa excellẽtia q̃ seq̄t ad pmissa. B

B De iusticia saluifica. ¶ Circa pmũ de iusticia saluifica notandũ est pro conclusione. ꝙ omis chr̃ianus sub necessitate salutis tenet esse iustus. Quod probat

¶ Primo autoritate.

¶ Secundo ratione.

¶ Tertio declaratione.

Primo. ¶ Primo autoritate. Eccli. iiij. Pro iusticia agonizare p aĩa tua: ⁊ vsq; ad mortem certa p iusticia: ⁊ deus ex. pro te. in. t. sm Ly. Notant dicit vsq; ad mortẽ. q: melior est mors bona q̃ trãsgressio iusticie. Itẽ Mat. v. Nisi abũdauerit iusticia vr̃a plus q̃ scriba. ⁊ phariseo. nõ intra. in reg. celoꝝ. Scdo rõne. q: iniusticia sm suum gen⁹ mortale pctm̃ est: eo ꝙ cõtrariat charitati. ⁊ ideo visione btã puat. ps. Non pmanebũt iniusti ante oclos tuos. Uñ Prouer. xx. In semita iusticie vita: iter autẽ ⁊ euiũ ducit ad mortẽ. Hec rõ ponit per Thom. ij. ij. q. lxx. Et p breuitate sufficiat. Scdo

Tertio pbat declaratione. qm̃ vt Ly. dictat ⁊ videm⁹: iusticia est adeo necessaria hoibus: vt etiam mali ⁊ raptores ac q̃libet societas hoĩm sine iusticia stare non possit. Nam si inter illos scꝫ latrones fiat diuisio iniusta stati orit seditio inter eos: ⁊ sic dissipabunt ⁊c. sic ⁊ inter bonos. Tertio

Querit hic. q̃d est iusticia chr̃iana: ad quã oẽs obligant? Rñdet ex dictis Rich. in. iij. dist. xxxiij. ar. v. q. iij. ꝙ cõmunissime loquẽdo iuxta Anß. lib. de veritate. ca. xij. ⁊ August. lib. lxxxiij. q. siml'. Iusticia est rectitudo volũtatis ppter se seruata. s. sm ordinẽ debitũ charitatis dei ⁊ pximi. Itẽ sm Berñ. Et sm Macro. Iusticia est reddere vnicuiq; q̃d suũ est. Nam. ff. de iust. ⁊ iu. l. iusticia. diffinit ꝙ Iusticia est cõstans ⁊ ppetua volũtas ius suũ vnicuiq; tribuens. C Questio. Iusticia christiana

C Homo tenet reddere quadruplex ius. Notandũ ergo. ꝙ q̃libet chr̃ianus obligat generalr̃ reddere q̃druplex ius. Et sic obseruatis illis iudicat iustus chr̃ianus ⁊ non aliter.

¶ Primũ ipi deo

¶ Secundũ prelato suo

¶ Tertiũ pari proximo

¶ Quartũ inferiori vel subdito.

Prĩo deo. ¶ Primo ipi deo debet reddere ius suũ: cui in tribus obligat de iure. s. timore: amore: ⁊ honore. Uñ Malach. j. Si ego pat: vbi est honor me⁹? Et si dñs ego sum: vbi est timor meus dr̃ dñs exercituũ. Debet ẽ chr̃ianus deum timere vt dñm sup oĩa: ne offendat p pctm̃. Debet amare vt p̃rem omĩ diligẽtia seruãdo ei⁹ p̃cepta ⁊ operando bona. Debet ⁊ honorare laudãdo: benedicẽdo: ⁊ adorando. ps. Sacrificiũ laudis honorificabit me. illic iter q̃ ostẽdam illi salutare dei. Qui hec iura deo reddit iustus chr̃ianus est ⁊ deo charus. Secũdo p̃latis: siue spũalibus: siue tpalibus ius debem⁹ reddere in tribus. s. puẽtus ⁊ decimas soluẽdo. Itẽ reuerẽdo ⁊ obediendo in licitis. Heb. xiij. Obedite p̃positis vr̃is ipi p uigilant q̃si rõnem reddituri p aĩabus vestris. Hinc sm ꝙ dr̃ Scot. sup. iiij. dist. xv. Quicunq; non implet penitentiã iniunctã a cõfessore suo rõnabilẽ ⁊ debitã cum posset: talis mortalr̃ peccat. Silr̃ qui nolũt obedire p̃latis ecclesiasticis in institutione festiuitatũ colendaꝝ: vel ieiunioꝝ: vel in positione interdicti ecclesiastici ⁊ similiũ: peccant mortalr̃: ⁊ non sunt iusti chr̃iani. Unde dñs ait Mat. xviij. Qui eccliã nõ audit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus. Uñ Calixtus papa dist. xij. Nõ decet inq̃t a capite mẽbra discedere. s. per inobedientiã: sed oĩa mẽbra caput sequant. Nulli v̄o dubiũ est ꝙ aplica ecclesia mater sit oim: a cui⁹ regulis nõ cõuenit deuiare. Et sic dei filius venit facere voluntatẽ p̃ris: sic vos implete volũtatẽ m̃ris vr̃e que est ecclia: cui⁹ caput est romana ecclia. Hec ibi. D Hic querit. Utrũ teneat q̃s in omibus obedire suis maioribus vel supioribus? Rñdet frater angelus de Clauasio. sm Alexã. de ales in iij. pte sum. in p̃cepto. iij. ꝙ obediẽtia limitat sm gradũ supioritatis. Nam est supioritas pma in spũalibus. ⁊ illi supiori obediendũ est in spũalibus necessarijs ad salutem vel ad hoc ptinentibus ab his qui subijciunt eorũ iurisdicioni. Scda est supioritas in tpalibus q̃ ad regimen rei publice. ⁊ talibus. s. dñis ⁊ p̃ncipibus obediẽdum est ab eoꝝ subditis in licitis p̃ceptis quantũ ad ea que ptinent ad tale officiũ. Sed excipit dũmodo ptãs esset vsurpata ab eis sm Rich. in. ij. dist. vlt. quia sic ad obediendũ non tenent nisi ppter scandalũ. Item si p̃cipient ecclesiasticis: non tenent. quia ecclesiastici non sunt subditi dñoꝝ tempaliũ. ⁊ ideo non possunt eis aliq̃d p̃cipere. de cõsti. c. ecclia. Itẽ etiã excipit q̃n ptãs tpalis p̃cipet vel legem cõderet talẽ que nõ esset ad cõem vti

Scdo platis

D In q̃bus tenet q̃s suis supioribus obedire.

litatem: sed ꝓpter vtilitatē ꝓpriā ꝑnceps hoc edidit vl ꝑcipit. q: tūc in foro cōsciētie non obligaret transgrediens ad mortale, facit dist. iiij. ca. Erit aūt lex. ⁊ tunc lex dicit iniusta ex fine. ꝫm Panor. ca. Canonū. de cōstitu. Tertia est supioritas in tpalibus q̄ ad regimē ꝓprie familie, sicut ꝑest pater carnalis vel mater. Et tunc debetur obediētia a filijs ⁊ famulis in his q̄ ptinēt ad dispositionē rei familiaris. Vn̄ in ꝑfatis nō obediētes scient ⁊ sine rōnabili causa: ⁊ in re alicui⁹ importātie aut ex cōtēptu: peccāt mortalit. nisi foret illud qđ ꝑcipit cōtra salutem vel cōtra ꝑceptū alicuius supioris. In alijs aūt q̄ ad eoꝝ supioritatē non ptinent: nō est necessariū obe-

Tertio compari.

dire. Hec frater Angelus. Tertio cōpari debemus ius reddere suū. s. fraternā charitatē. Matt. xxij. Diliges primū tuū sicut teipm. Qui ꝗ frēm odit: vel cōtra eum iram tenet: nō est iustus chr̄ianus. Vn̄. j. Ioā. iiij. Si qs dixerit, diligo deū: ⁊ frēm suū odit: mēdax est: et

Quarto subditis.

ꝟitas in eo nō est. Quarto subditꝫ tenet chr̄ianus ex iusticie lege. s. reddere iura sua q̄ ad corpalia: vt p seruitijs ⁊ labore satisfactionē impēdat. Leuit. xix. Non morabit opus mercēnarij tui vsq; mane apud te. Item q̄ ad spūalia vt a vicijs coerceat ⁊ corripiat: alioqn pticeps erit culpe ⁊ pene. lxxxvj. di. Facietis. Item quo ad iudicialia vt in oib⁹ iuste iudicet. Sap. j. Diligite iusticiā q̄ iudicatis terrā. Greg. Tu q̄ preces homibus in

Figura iusticie.

terra memēto ꝙ ⁊ tibi ꝑest iudex in celo q̄ tibi eadē mēsura remetiet qua mēsus fueris. Pro hui⁹ exēplo legit ꝙ apđ ꝓhos antiq̄s iusticia depingebat: sic ꝙ facie uersus celū erat eleuata: ⁊ erat ceca ac staterā tenebat manu ⁊ erat manca: ad ꝺcandū ꝙ in iudicādo debet iudex aspicere mente deū celi qui ip̄m est iudicatur⁹. et sic cecus q̄ ad hoīes vt non respiciat cōsanguinitatē vel amicitiā: aut ꝑsonā vel odiū. Itē librā iusticie tempatā cuꝫ misc̄dia teneat manu in exequēdo sniam. Et sit mancus. s. ne munera accipiat ad ꝑuertendū iudicia. Sic p oīa fecit btūs rex Stephanus. Et his modis iusticiā tenere nos docuit. ergo ip̄m vt regem ⁊ doctorē iusticie imitemur ad cōsequendū regnū celoꝝ. E

Utrū oīs ꝑsidētia sit a deo.

℄ Circa scđm ꝑncipale de dignitate ꝑsidētie. Ex q̄ dicit in themā. ꝙ deus dedit ip̄m doctorē ⁊c. q̄stio occurrit. Utrū oīs ꝑsidentia vel ptās dn̄andi in homies sit a deo? Ratio q̄stionis est. q: q̄libet hō eq̄ ad imaginē dei creatus est. vt dn̄s: sic ⁊ ꝫuus. Quō ergo vn⁹ iuste alteri dominat: maxīe cū deus dixit vt homo dn̄et brutis ⁊ hmōi: non aūt hoibus. vt ptꝫ. Gen̄. j. Rn̄det ad hec breuiter ꝫm doct. Primo. ꝙ si hoīes nō peccassent: in paradiso fuisset q̄dem aliq̄ ꝑsidentia: puta viri sup vxorē: et puulos filios: ꝫm Sco. sed non fuisset tale dn̄ium sicut nunc post pctm̄ est. Scđo dicendū. ꝙ ex q̄ homo p pctm̄ factus est siꝫs iumētis insipiētibus. vt dt ps. Ideo dominiū in hoies angariale introductū est iusto dei iudicio: vt brutalis homo regat ⁊ corrigat p ꝟtuosum. Ad hec tertio ꝫm Rich. simulq; Bonauen̄. sup. ij. di. vl. ark. ij. q. j. nota ꝙ in ꝑsidentia q̄ttuor possunt ꝯsiderari. Primo q̄dem essentia ptātis: hoc est ordo q̄ regūt inferiora a supiorib⁹. ⁊ est a deo ordinat⁹ ac sp bonus. sic̄ videm⁹ in corpe hūano: ⁊ in toto mūdo iferiora a supioribus re-

In ꝑsidentia q̄ttuor cōsiderant.

gi. De hoc accipiēdū est illud Rom̄. xiij. Non est ptās: quantū. s. ad essentiā: nisi a deo. Qui ꝗ ptāti resistit: dei ordinationi resistit. q̄ aūt resistūt deo: damnationē sibi ip̄is acq̄runt. Sic etiā chr̄s dixit Pilato. ꝙ data est potestas desup. q: Augu. xxiij. q. j. Quid culpat. dicit sic. Non habet quisq; ptātem: nisi desup datā. nō em̄ est potestas nisi a deo: siue iubente: siue sinente. i. pmittente.

Scđo

Hec ille. Scđo in ptāte ꝯsiderari potest excellētia ꝟtutis per quā vnus ꝑualet alteri. Nam. j. Pol. dt ꝓhus. ꝙ hoies intellectu ⁊ rōne vigētes sunt naturalr alioꝝ rectores ⁊ dn̄i. sic etiā ꝟtuosi. Unde ⁊ ibidē dic. ꝙ nil nisi ꝟtus ⁊ vicia determināt seruū ⁊ liberū. Hec etiā absq; dubio a deo est. Unde Grego. Om̄es hoies natura eq̄

Tertio

les fecit. s. inquantū ad dei imaginē sunt facti. Sed pro varijs inq̄t meritis. s. virtutū alios alijs occulta dei dispensatio iuste ꝯposuit. Tertio ꝯsiderari pōt modus acq̄sitionis vel cōsecutōis talis. s. ꝑsidentie. quia aliq̄ obtinent ptātez iusto modo ⁊ titulo. ⁊ hoc etiā est a deo simpliciter. Aliqui aūt obtinent iniuste: vel per violentiā: vel per astutiam. ⁊ hoc nō est a deo nisi pmissiue ꝓpter pctā. Job. xxxiiij. Qui regnare facit hypocritā ꝓpter pctā popli. Quarto cōsiderari potest vsus regiminis. Et

Quarto.

q̄dem bonus vsus est a deo simplr. abusus aūt non nisi pmissiue ꝓpter pctā. Sicut ⁊ diaboli ptās in hoiem: vl abusus iuste pmittit a deo ꝓpt pctā p que hō fact⁹ est ꝫuus vicioꝝ ⁊ demonū. iuxta dictū chr̄i Ioā. viij. Qui facit pctm̄ ꝫuus est pcti. Ad hec Hiero. viij. q. j. Audacter inq̄t dicimus: nō semp ꝑnceps poplo ⁊ iudex ecclesie per dei arbitriū dat: sed put merita nostra deposcūt ⁊ ex scptura ponit ibidē exemplū de Saule. Ad ꝓpositū btūs Stephanus ꝑuisus a deo ꝙ fieret ꝟtuosissim⁹ ⁊ sctissimus. ⁊ ideo anteq̄ʒ nasceret per angelū est ꝑnunciatū ꝙ a deo electus fuit rex futurus. F

F De ꝑuilegijs b. Stephani

℄ Circa tertiū ꝑncipale de gl̄ie excellētia sit pro conclusione. ꝙ btūs rex stephan⁹ pre alijs regibus ⁊ ꝑncipibus magnis priuilegijs apđ deū claret fore gl̄iosissim⁹. Et ostendit ex pluribus. Primū ꝑuilegiū gl̄iosum est angelice annūciationis. Nam in hoc quodāmodo assimilatus est chr̄o ⁊ sctē mr̄i eius Marie ac Ioāni baptiste ⁊ alijs magnis ab angelis ꝑnunciatus sctis. quia beatus rex stephanus ab angelo est annūciatus. Legenda.

Legenda

℄ Legit em̄ ꝙ post ingressum Hungaroꝝ de Scythia ea tēpestate qua ip̄a gens ꝑsequebat eccl̄iam dei ⁊ vastabat: erat q̄rtus ab illo ꝑmo in Panonia dux noie Gyesi paganismi ritu obuolutus. Sed dei gr̄a opante tandē cepit de pace cū oībus ꝑuincijs vicinis tractare ⁊ statuit ꝑceptū hospitalitatꝫ ⁊ securitatꝫ cūctꝫ chr̄ianis ducatū suū intrare volētibus ⁊ suā ꝑsentiā adire: clericis ⁊ monachis q̄bus libent auditū ꝑbens. Ecce die celitus disposita credidit in chr̄m ip̄e ⁊ domus eius tota: pollicens oēs sue dicioni subditos chr̄iano nomi se mācipaturū. Cunq; iam in chr̄o baptizatus: ⁊ spū feruens nimis sollicitus esset de ritibus sacrilegijs destruēdis ⁊ rebellibus domādis ⁊ ep̄atibus ⁊ ecclesijs construendis. Ecce quadaꝫ nocte astitit angelus dn̄i in specie iuuenis: aspectu delectabilis dicēs. Pax tibi chr̄e electe iubeo te de sollicitudine tua fore securū. Non tamē tibi cōcessum est qđ meditaris. quia man⁹ pollutas hūano sanguie habes. sed de te filius nascitur⁹ est: cui hec oīa disponēda cōmendauit deus. hic erit vnus ex electꝫ regibus a dn̄o coronā vite secularis cōmutatur⁹ eterna. Verū en ad te veniet vir missus a deo quē honorabilit suscipe: ⁊ eius cōsilijs assensum prebe. Expgefact⁹ dux: visionē stupid⁹ cū fidelibus ptractans: gr̄as ꝯstratus in terrā egit deo cuꝫ lachrymis. Nunciat interim sctm̄ Adalber. Prageñ. ep̄m aduenire: cui obuiā honorabiliter ꝓcedit: suscepit: ⁊ obediētie filiū se eidē monstrauit: vt fuerat cōmonitus. Tandē iubēte duce poplo cōgregato ad ꝑdicationes scti ep̄i cōtinuas: cepitq; lux fidei in Hungaria enitere: ⁊ ceperūt baptizari multi. Et sic patꝫ ꝑuilegiū. Scđm priuilegiū btē ꝑnominationis.

Scđm ꝑuilegiū btē ꝑnominationis.

Nam interim cum ip̄sa ducis vxor iam sctā ꝓpinq̄ foret partui: apparuit illi btūs Stephanus ꝓtomartyr habitu leuitico ornatus: qui dixit illi. Cōfide mulier in dn̄o ⁊ esto certa: quia filiū paries: cui ꝑmo in hac gēte coronā debet ⁊ regnū: nomēq; meū inq̄t illi imponas. Admirans mulier ait. Quis es dn̄e? Ego sum inq̄t ꝓtomartyr Stephanus pro chr̄o passus. ⁊ disparuit. Nascit interea ꝑdictus a deo reuelat⁹ filius: quē sctūs Adalbertus natū Strigonij baptizauit ⁊ Stephanū noīauit. G

Qꝫ autē hoc priuilegiū sit magne sctitatis ptꝫ. Primo. quia paucis est cōcessum. Nam ꝫm Ly. sup Gen̄. vj. In veteri testamēto duo legunt ꝑnoiati anteq̄ʒ nascerent. scꝫ Isaac ⁊ Iosias. ⁊ hoc ꝓpter specialia miracula. In nouo etiā testamēto duo legunt. s. Ioannes baptista: ⁊ chr̄us dn̄s. Sed de btā ꝟgine credit ꝑsupponēdo et ex historijs. Et sic btūs Stephanus istis in hoc assimilat. Scđo magnū est rōne mysterij. quia Stephanus corona interꝑtat: vt significet eius coronatio tam in terris q̄ʒ in celis. Tertiū ergo sequit priuilegiū certitudis

Tertiū certitudinis

secure saluationis. quia vt ex ꝑhabitis reuelationibus ⁊ seq̄ntibus claret: ip̄e btūs Stephan⁹ fuit certus de eterne salutis ꝑdestinatione. quod paucis ⁊ raris sctis

legit̃ cōcessum. Quartū dignificatiōis. quia ip̄m deus sublimauit in magnas dignitates. Pria est dignitas regia. Secūda apostolica. Tertia doctorica. Fuit em̄ rex aplus ꝛ doctor: vicȝ Hūgaroꝝ. Cum em̄ creuisset ꝛ litteris imbutus adolescēs factus fuisset: cōuocatis p̄matibus Hūgarie p̄ficitur in regem. Et tūc pater eius anno dn̄i nongentesimo nonagesimo septimo feliciter migrauit ad chr̄m. Sct̄us ꝓo Adalbertus eodem anno in Prusciā p̄dicationis causa transiēs: martyrio est coronatus ibidē. Bt̄us aūt stephanus cepit in om̄ibus mādatis dei fideliter incedere ꝛ cogitare q̄liter popl̄m sibi subiectū ad fidem chr̄i posset cōuertere. Ecce aūt diabolus cōmouit intestina bella cōtra eundē: ita vt a sancto ꝓposito disturbaret. Ceperūt em̄ plurimi p̄ncipes nolentes fide chr̄i colla sūmittere: ipi btō Stephano insultare: ꝛ di ꝟuos cedere ac eoꝝ bona vastare. Ip̄e aūt cōfidens in dn̄o: collecto exercitu decertauit cū eis. q̄bus victis de eoꝝ possessionib⁹ eccl̄ias chr̄i dotauit: et om̄ia erogauit. Post hec ep̄atus decem in ꝓuincia ordinauit. Strigonien̄. eccl̄iam metropolim ꝛ magr̄am ceteraꝝ fore constituit. Et anno q̄rto post p̄ris obitū cū iam sua prudētia per dei gr̄am totā fere Hungariā cōuerti fecisset ad chr̄m: misit Romā p̄sulem Anastasiū ad sctissimū papā: peten̄. vt paternā b̄ndictionē cōferret: ep̄atus ꝟm ꝙ iam ordinauerat ꝯfirmaret: ꝛ regio diademate ip̄m roboraret: q̄tinus per dei gr̄am cepta posset solidius stabilire

H Eodē t̄pe dux Polonoꝝ cum suis fidem chr̄i amplexus miserat iam antea ad papā ꝓ cōsimili causa. Cui papa coronā egregij op̄is pari iam fecerat ꝛ mittere decreuerat. Ecce aūt nocte p̄cedente pape astitit ꝑ visum angelus dn̄i dicēs. Crastina die ignote gentis nūcij ad te venient qui suo duci regiam coronā postulabūt. Hanc ergo coronā p̄paratā illoꝝ duci largiaris. q̄ sibi ꝓ sue vite sctē meritis debet̃ cū regni gloria. Cunq̄ die illa p̄sul Anastasius ad cōspectum pape intrasset: auditis cunctis bonis q̄ deus ꝑ btm̄ Stephanum in cōuersione tante multitudis op̄atus fuerat. Papa gauisus cūcta postulata cōcessit: ꝛ illā coronā iuxta qd̄ angelus p̄monuerat donauit. Insup crucē ante regem ferendā velut in signū ap̄latus mīit di. Ego sū ait ap̄licus: ille ꝓo merito chr̄i ap̄ls per quē tantū populū chr̄o ad se cōuertit. Et ob hoc de ecclesijs ordinandis ip̄ius regis ꝓuidētie cōmisit. Tandē regressis nuncijs btūs Stephanus cū magna presulū solēnitate vngit̃ et feliciter coronat̃. Et sic patȝ.

Quintū excellētis p̄fectionis. Quintū priuilegiū excellētis meriti ꝛ p̄fectionis. de qua nō capit t̄ps ad presens om̄ia describere. sufficiant ergo aliq̄ eoꝝ narrari. Primo q̄dem legit̃ fuisse circa ecclesias cōstruendas et dotandas: ac circa monasteria edificanda liberalissim⁹ ꝛ largissimus: adeo vt om̄ia q̄ habebat ꝛ acq̄rere poterat illis ꝛ ad illa ꝑtinentia erogaret. Nō em̄ solū in terris sibi subiectis: sed in longe positis etiā edificauit. Nā in Hier̄lm monachoꝝ cenobiū cōstruxit: predijs ꝛ vineis sufficiētibus ad victū dotauit. Item in Roma sub titulo sc̄ti Stephani ꝓtomartyris cūctis ꝑtinentijs pro cōgregatione. xij. canonicoꝝ statuit. Item in Cōstantinopoli eccl̄iam fecit mirifici op̄is ꝛ dotauit ꝛc. Sc̄do circa paup̄es ꝛ egenos fuit tam misericors ꝛ pius. ꝙ ēt nocturnas vigilias in elemosynis erogādis ꝛ pedibus illoꝝ lauādis hilariter transigere volebat. Quadā aūt nocte dū solito more nullo sciēte paup̄ibus tulisset sacculū plenū pecunijs ad erogandū: illi ꝓ diripienda pecunia: in ip̄m (nesciētes quis esset) man⁹ inijciūt: ꝛ barbas ac capillos euellūt. Ex quoꝝ manib⁹ tandē dimissus: ecce gaudio ꝑfusus ait. O regina celi Maria: en quia tui sunt hi qui me sic tractauerūt patiēter sufferā: sciens q̄ chr̄o dn̄o dicente. Capillus de capite nō peribit ꝛc. Nunq̄ aūt ab elemosynis distribuendis per se ꝛ per alios destitit. Tertio in iudicandis causis erat iustissimus ꝛ equitate plenus. sciēs quia ante tribunal christi deberet ip̄e stare. Unde ꝛ om̄ibus decretū statuit subditis: vt nullus aliū hostiliter inuaderet: nullus viduas vel orphanos opprimeret: nullus alterū lederet. Quarto quo ad suoꝝ moꝝ sanctitatē: tantā maturitatē ꝛ discretionē tenuit. ꝙ a iuuentute vsq̄ ad vite finem vnq̄ labia ad risum mouit. diem em̄ vltimū semp ante oculos cordis habuit: ac si iam ante tribunal christi staret: cūctis quoq̄ virtutū op̄ibus adornat⁹ in om̄i sanctitate ꝛ iusticia corā chr̄o cōuersabat̃.

I Sextum p̄uilegiū fulgide mirificationis. Nam vt eius sanctitas fulgeret manifestis miracl̄is d̄s clarificauit etiā in vita. Quotiēs em̄ alicui⁹ hoīs infirmitas aurib⁹ suis diffamabat̃. mox aliquā p̄ticulā panis: pomi: vel herbe ꝛ ꝓ medicina illi mittens mādabat vt sanus surgeret: ꝛ statim deo ꝓpitio sanabat̃. Item sp̄u ꝓphetico ꝓuidebat quādoq̄ ꝛ p̄dicebat hostes supuenturos Hūgaris chr̄ianis ꝛ dep̄daturos eoꝝ possessiones: quod illi obseruabant ꝛ implebat̃. Itē noctis silentio solitus erat orare: lachrymas fundere: ꝛ cōtemplationi diuine vacare. Quadā aūt vice descendēs cuȝ magno suo comitatu in campo fixis tētorijs ceteris somno dep̄ssis: ip̄e diutius dep̄cationi insistebat. Et ecce q̄dam vir magne simplicitatis ꝛ innocētie tūc consilr̃ orans vidit angelos ad beatū stephanū descendētes: ꝛ papilionē sup eum extensum ꝛ terra leuari: ꝛ tam diu in aere pendere: donec a cōtemplatione ꝛ orōne spiritū relaxauit. Rex aūt ꝑ spiritū sanctū cognouit: ꝙ vir ille hec circa se viderit ꝛ ad se vocatū ne patefaceret (ꝙ diu. s. viueret) interminādo rogauit.

Septimum gloriose illustrationis. Septimū priuilegiū gloriose illustratōis s. ꝑ miraculosa suffragia hoībus p̄stita eius merit̃. Cū em̄ sibi diem trāsitus iminere iam nouisset cōuocatis p̄latis ꝛ p̄ncipibus oēs paterne admonuit fidem catholicam ꝟuare: iusticiā tenere: deū amare: ac sup nouellam plantā chr̄ianitatis custodiā habere. Manus tandē leuans ꝛ oculos ait. O regina celi ꝓgo gl̄iosissima Maria tuo patrocinio regnū hoc cuȝ p̄matibus ꝛ om̄i pp̄lo ac clero cōmitto: ꝛ in manus tuas aīam meā cōmendo: sumptaq̄ eucharistia ꝛ vnctione sacra felicit̃ in dn̄o obdormiuit. Anno dn̄i M. xxxviij. sepultusq̄ est in alba regali vbi dominus per ip̄ius merita inumera prestat beneficia. Sepe etiā ibi per noctē melodia cantus angelici audita est: ꝛ frequēter odor suauissim⁹ per totū templū fragrauit. ibi multi varijs lāguoribus detenti sanitati sunt redditi. Et plures illuc ꝑperātes in itinere ad ei⁹ inuocationē sūt liberati: ꝛ qd̄ mai⁹ est mortui suscitati: dextraq̄ manus bti regis Stephani vsq̄ modo ossibus cute ꝛ neruis adherētibus manet integra quasi elemosynā porrigere videret̃. qd̄ a deo factū credim⁹ pro pietatis op̄ibus cōmendādis. O g̃ gl̄iosissime rex Stephane te rogamus ora ꝓ nobis chr̄m dn̄m in celis.

De sancto Stephano rege. Sermo. ij.

Fidelis seruus ꝛ prudens quē cōstituit dn̄s super familiā suā. Mat. xxiiij.

A Uerba ista inter ceteros cōfessores solent cantari: ꝛ possunt cōuenient etiā dici de btō Stephano rege quē dn̄s fidelem cōstituit in regem populi christiani regni Hungarie: ꝛ doctorem fidei ac apostolū credulitatis illoꝝ in chr̄m. Maxime ergo cōuenit illis hūc sanctum venerari: ꝛ eius festum celebrare. quia vt philosophus. viij. Eth. dicit. Dijs: magistris: ꝛ parētibus nō potest homo reddere equiualēs ad cōdignū. s. quantū teneret̃. Ip̄e aūt btūs rex Stephanus peperit nos in christi fide: ꝛ magister ac doctor extitit salutis eterne. Et idcirco debemus ip̄m honorare ꝛ tenemur: si non in tantū quantū esset condignuȝ saltem quantū possumus pro modulo nostro. Nam ip̄e fidelis ꝟuus christi ꝛ prudens fuit quem dn̄s constituit nobis non solū in terris: sed ꝛ in celis patronū: vt saluemur per eius merita. iō de illo accipimus hec verba. Iuxta que verba tria mysteria notabimus pro hodierno ꝟmone ꝟm ꝙ de his cōmendatur.

- Primo de prudentia in chr̄i obsequio.
- Secūdo de diligētia in fideli seruitio.
- Tertio de cōplacentia. s. ꝛ ei ꝓ debito ministerio.

Hec satis clare eliciunt̃ ex themate.

B Qualis chr̄ianus d̄r vere prudens chr̄i ꝟuus. Circa primū de prudētia in obsequio christi. Queritur. qualis christianus dicit̃ vere prudēs christi ꝟuus? Ad quod respondet̃ per conclusionem quā dictat Augustinus de libe. arbi. ca. xx. di. sic. Prudentia est appe

tendaꝝ rerum vitandarũq; scientia. Unde ſm eundem super Ps. lxxxiij. Prudens dicit̃ quasi porro videns. Poro eñ.i.a longe puidere oportet quid agere vel eligere debeamus: ne postea egisse peniteat. Unde prudẽtia dicit̃ quasi porro videntia. vt dicit Prosper. Porro autẽ ſm Catholicon dicit̃ quasi valde vel longe. quasi a porrigendo in longum. Ex quibus pro documento ac-

Pria v̱itas. cipiamus tres precipuas veritates. Prima v̱itas. ꝙ per totum mundũ nullus reputat̃ vere prudens christianus qui non vult cauere a peccatis mortalibus. Nam Augusti. de beata vita dicit. ꝙ nolle vitare mortem: scꝫ anime manifestũ est stulticie signũ. Job. xxviij. Postq̃ inuestigatũ est multis ſmonibus vbi sit sapientia: conclusum est ꝙ timere deũ ⁊ recedere a malo. Ad id etiã facit visionis figura. Apocal. xij. vbi Joannes dicit vidisse: ꝙ draco magnus qui ꝓiectus est in terrã ⁊ vocat̃ diabolus: trahebat cauda sua tertiã ꝑtem stellaꝝ celi ⁊ misit in terram. Nam per celum accipit̃ presens ecclesia: in qua sunt tres status christianoꝝ tanq̃ stellaꝝ fide christi radiantiũ et illuminatoꝝ. Prima ergo parte sunt iusti a peccatꝫ prudenter per dei grãm se cauẽtes Secundã parte sunt christiani post pctm̃ cõmissum dei timore ⁊ amore penitentes: hos non potest trahere diaboli cauda in infernũ. Sed tertia parte sũt peccatores in culpa manẽtes quos trahit in infernũ diabolus tanq̃ stultos ⁊ deceptos a diabolo. Et ratio. Nam quomodo potest dici prudens qui non vitat ignem. s. eternũ: sed appetit eternalẽ penam opere ⁊ effectualit̃ ad illã tendendo. Sic est de peccatoribus. ⁊ patꝫ ex p̃dicta diffinitione prudentie. C Secũda v̱itas. ꝙ nil stultius

C Scda v̱itas q̃ seruire carni: mundo: ⁊ diabolo. Et ostendit̃ tam ratione: q̃ similitudine. Primo q̃dem ratione hoc claret. quia stulticia magna est eis seruire qui te pro tua seruitute volunt ꝑdere ⁊ malis retribuere ꝓ seruitio: nec possunt diligere te. sed sic est de istis. quia sunt inimici hominis perpetuo. Unde Grego. dicit. Stultũ est ſuire diabolo qui nullo placat̃ obsequio. Nam quos incensores habuim⁹ in culpis: tortores habebimus in penis. Secũdo quoq; similitudine patet hoc tali. Nam dicit Sap. Eccli. xxv. Tres species odiuit anima mea inq̃t: videlicꝫ pauꝑem suꝑbum: diuitem mendacem: ⁊ senem fatuum. Nimirũ his in talibus seruire non est ad profectum: sed potius ad detrimentũ. quia suꝑbus pauꝑ nõ habet vnde seruo satisfaciat. ⁊ diues mendax qui promittit non implet. senex quoq; fatuus seruitia non compensat: ⁊ sine causa ſuum verberat. Sic spiritualit̃ carni seruiens: pauperi suꝑbo seruit. Nam caro cũ sit pauper: adeo ꝙ pauper eam aliunde mendicare oĩa pro suo victu ⁊ vestitu: scꝫ panem et vinum a terra: vestes ab ouibus: calciamẽta a brutis. ⁊ tamen superbit. quia p̃ciosius indui vult q̃ sua domina. s. aĩa. s. de scarleto: de purpura: cum aĩa misera manens non induit̃ virtutum ornatu. Item caro lautius viuere vult ⁊ epulari: ⁊ nõ curat de aĩa pascẽda v̱bo dei. ⁊ sic est superba cuꝫ sit pauperrima. Itẽ qui seruit mundo seruit diuiti mendaci. quia mũdus abũdans diuitijs. s. tempalibus: mẽdacio decipit: cum in morte oĩa aufert: ⁊ nil nobiscum ducere sinit. btitudinem ꝓmittit: ⁊ tamẽ fallaces diuitias dat q̃bus ad damnationẽ illaq̃at. j. Tim. vj. Qui volunt diuites fieri incidũt in laqueũ diaboli. Unde mundus fallax dñs est. quia sub specie bonoꝝ tempaliũ illaqueãdo decipit. sicut hamus latens sub esca piscꝫ. Deniq; qui seruit diabolo: seruit seni fatuo. nam diabol⁹ senex reputat̃ inquantũ a p̃ncipio mundi est factus. ⁊ est fatuus per maliciã qua voluntarie et obstinata mente odit summũ bonũ. s. deum. Berñ. Superbia coꝝ qui te oderunt ascendit semꝑ. ⁊ sic accumulat sibi et suis ſuis penam eternã. Unde in fine seculi dicturus est dñs reprobis. Ite in ignem eternũ: qui ꝑatus est diabolo ⁊c. Mat. xxv. Ecce ex his claret p̃dicta v̱itas: qm̃ stultissimum est seruire carni: mũdo ⁊ diabolo. O peccator pensa hec ⁊c.

D tertia v̱itas. D Tertia v̱itas. ꝙ vera ⁊ sũma prudentia est: spreto mundo: carne: ⁊ diabolo seruire chr̃o dño Et patꝫ ex v̱bis Berñ. dicẽtis. Quattuor sunt inquit quoꝝ in hac vita obsequijs seruimus, caro: mundus: diabolus: ⁊ deus. Et paulo post. Habent ⁊ singuli principes donatiua ꝓpria. Caro largit̃ suis seruitoribus momentaneã voluptatẽ. mũdus transitoriã sublimitatẽ. diabolus ꝑpetuam captiuitatẽ. sed deus interminabileꝫ felicitatẽ. Hec Berñ. Unde ptꝫ ꝙ ille prudentissimus chr̃ianus est qui eligit seruire chr̃o: cui seruire feliciter regnare est. Talis eñ prudens est quasi porro videns ⁊ ꝯsiderans retributionẽ finalem dictoꝝ. Unde fert̃ ꝙ in porta gymnasij Athenieñ. scꝑtuꝫ fuerat sic. Seruus es o homo. quem ergo dñm tibi ꝑfeceris prudenter attende. Beatus Stephanus prudentissime chr̃m elegit. ergo ⁊c. E

E De diligẽtia fidelis ſuitij C Circa scd̃m de diligentia fidelis seruitij accipiam⁹ pro cõclusionis documẽto v̱ba Hilarij super Joan. di. sic. Frustra erit oĩs opatio. s. in dei seruitio: nisi assit vera dilectio. Ex quo patꝫ ꝙ quicunq; vult fideliter ⁊ debite seruire deo debꝫ esse in charitate: vt sit sine peccato mortali: vel oĩ diligentia emundet pctã per penitentiã. Et patet Primo autoritate. j. Coꝛ. xiij. Si linguis hominũ loquar ⁊ angeloꝝ: charitatẽ autẽ non habuero ⁊c. Quã autoritatẽ Berñ. exponit dicens. Charitas est bonũ cum quo nec opus minimũ despicit̃: sine quo nec maximũ acceptat̃. Non p̃dicatio. Si linguis ẽt hominũ loquar ⁊ angeloꝝ ⁊c. Non fides. etiã si montes transferam. Non elemosyna. etiã si oĩes facultates in cibos pauperũ distribuero. Nõ corꝑi afflictio vel martyrium. si etiam tradam corpus meum ita vt ardeam. Deniq; non missarũ solẽnia. Non queq; bona aut seruitia. Hinc et Augusti. Charitas est que valet ad oĩa: sine qua nil valent oĩa. Et sic ptꝫ. Secũdo probat̃ ratione. quia Augustinus dicit ꝙ nihil est bonum: scꝫ meritorie ad vitam eternã: nisi ex teiꝑo bono. Sicut exempli gratia. Si quis sit actu infidelis et inimicus regis quem rex scit ꝙ sibi machinat̃ in mortem etiam si ſuiat in aliquibus regi: non est gratũ regi eius seruitiũ: nec remuneratione dignũ: nisi veniat in gratiaꝫ regis. Sic homo in peccato mortali iacens est infidelis et inimic⁹ regis christi. Nam dicit apostolus ad Heb. vj. ꝙ tales crucifigunt chr̃m in seipis. ergo eius seruitia non sunt digna remuneratione eterne beatitudinis: nisi ꝑus veniat in grãm. Sed Chryß. de cõse. dist. iiij. ca. Non põt (inquit) quis gratiã vite celestꝫ accipe: nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati per penitentiã. ergo. ⁊c. Tertio patꝫ exemplificatiõe. Nimirũ Abel munera legimus placuisse deo: munera aũt Cain non. Quare h̊? quia Abel erat iustus ⁊ bonus: Cain malus. Greg. Nõ placuit Abel ex munere: sed munus ex Abel. Ideo dicitur Geñ. iiij. Respexit dominus ad Abel primũ. ⁊ deinde ad munera eius. Idem Grego. Nulla bona acceptantur que maloꝝ admixtione maculant̃. Quid enim prodest sua: scꝫ obsequia dare deo: ⁊ seipm̃ diabolo: scꝫ per peccatũ mortale. Item ad idem videmus. ꝙ nullus actus vitalis procedit a mortuo. nec eñ mouet̃ nec spirat nec comedit nec loquitur. Sic qui est mortuus peccato: nullum vitalem actum vel seruitiũ: vel meritorium vite eterne potest deo facere. O ergo homo caue peccata F Sed gratia huius querit̃. Quare dicit̃

F Pctm̃ mortale dicit̃ peccatũ mortale: cum homo faciens illud nõ statim moritur. vt videmus de suꝑbia: auaricia: luxuria. et sic de alijs. que faciẽs homo actus habet vitales? Ad quod respondet̃ ſm docto. ꝙ licet homo per peccatũ non statim videatur mori corꝑali morte. tamẽ bene dicit̃ peccatũ mortale. Primo. quia talis statim vt vult peccare: vel consentit: moritur in anima. Unde Augusti. de peñ. dist. j. §. Item si. dicit. Uita anime deus est. ⁊ qui recedit a deo mortuus est. Jaco. j. Peccatũ cum cõsũmatũ fuerit generat mortem. Secũdo. quia peccatũ obligat ad mortem: scꝫ gehẽne. Romañ. vj. Stipendia peccati mors. Sicut enim data sententia mortis in aliquã: ille dicit̃ mox filius mortis. Sic in proposito. Hinc Magister in. ij. distin. xlij. Mortale peccatũ est quod obligat nos pene eterne. Tertio. quia per peccatum mortale mortificant̃ omnia bona ⁊ merita hominis quecunq; fecit seruiendo deo ab infantia sua die et nocte: immo et ipa baptismalis gratia extiguitur. ⁊ sic omnia morium-

tur. Ezechielis. xviij. ca. Si auerterit se iustus a iusticia sua et fecerit iniquitatem: nunquid viuet? Ipse in iniquitate sua morietur: et omnes iusticie eius: id est operationes quas fecerit non recordabuntur. Et sic patet. O ergo maledictum pctm mortale vtinam te homines et tuam damnositatem ac periculositatem cognoscerent et cauerent. Btus Stephanus bene aduertens hec omnia pcta cauere summopere studuit et fideliter christo seruiuit: et ideo nunc gaudet in celo. G

G Signa complacentie seruitii in conspectu dei

¶ Circa tertium de complacentia ministerii. s. in conspectu dei queritur: Qualibus ex signis possit confidere quis: quod scilicet ex suis seruitiis sit deo acceptabilis et dignus celestibus premiis? Ad quod recolligendo ex dictis doctorum nota plura signa que debent occurrere in seruitio dei debite faciendo (vide secundum alphabetum)

Primum signum amoris

Primum signum dicitur amoris Si vicz ex amore seruit principaliter ipsi deo et non ex solo timore vel coactione. Unde Bern. de diligendo deum dicit Qui timet. s. penam: et qui cupit. s. remunerationem aliquam vterque pro se agit: sola que in filio est charitas placita est deo. Hec ille. Item Beda super Lu. Seruus est qui adhuc inquit metu gehenne seu punientium legum a vicijs se temperat. Mercenarius autem spe et expectatione solius celestis regni. s. non intuitu dei. Filius autem affectu bonitatis ipsius dei et amore virtutum a malis abstinet. Hec ille. Pro exemplo hoc accipe. Sunt quidam christiani qui dicunt. Ego nunquam vellem ab offensa dei cauere si scirem quod pro offensa non punirer: talis non placet christo. Sicut si quis diceret: Ego occiderem regem si possem euadere penam illius occisionis non placeret talis regi. Item alii sunt qui dicunt. Quid mihi de deo et eius gloria: si scirem quod mihi non daret aliquid boni nunquam eum amarem nec benefacerem. Tales etiam non sunt grati christo sicut regi is qui solum propter hoc diligit eum vt possit habere pecuniam eius vel aliquid. Sed qui dicunt quod deum diligunt et a pctis pro eius amore cauere volunt: etiam si castigantur ab eo hi placent deo. Unde beatus Fortunatus meruit per hanc maximam gratiam quod dicebat vero corde. Si inquit damnari deberem magis volo vt damner pro seruitute dei quam pro seruitute diaboli.

Secundum signum bone intentionis

Secundum signum bone intentionis. s. quod homo in omnibus semper intendat gloriam dei et sui salutem aut proximi vtilitatem. Unde. j. Cor. x. Omnia quecunque facitis: ad gloriam dei facite. Bern. Fidelis seruus est qui non suam sed domini querit gloriam. Idem. Intentio est eo suauior et melior: quo diuinitus concupiscatur. Intende in deum: secundum deum et propter deum. Hec ille. Sed heu multi intendunt vanam gloriam vt hypocrite in seruitio dei. Multi alii intendunt propter deum sed non in deum vel secundum deum: vt qui furantur vel rapiunt: et ex illis prebent elemosynam vel construunt ecclesiam. Unde Greg. j. q. j. Non est inquit elemosyna putanda si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus acquiritur. Grauatur etiam talis potius quam iuuetur et dei iram non placat sed irritat: quia dicitur Eccl. xxxiiij. Qui offert sacrificium de substantia pauperis quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Hec Greg.

Tertium cautionis

Tertium signum cautionis. s. a criminum contagiis. Et de hoc multipliciter claruit . ij. arti. huius sermonis per totum. H

H Quartum deuotionis

Quartum signum deuotionis. Nimirum Rich. de mystico somno querit quid est deuotio? Respondet. Non aliud quam feruida mentis in deum directio. Item queritur vtrum plus placeat deo deuotio in ope bono quam seruiat deo quam ipsum opus. Ad hoc respondent doctores plures. Unus est Hiero. de conse. di. v. Non mediocriter. di. Melior est quinque psalmorum decantatio cum cordis hilaritate: quam totius psalterii modulatio cum anxietate. Hec ibi. Secundus est Aug. di. Non diuturnitas temporum: non numerositas operum: sed maior dilectio et deuotio auget hominis meritum et premium. Tertius est Bern. sup Can. di. Sicut mel in cera: sic deuotio in anima: ergo etc. Quartus est Cassiodorus di. Melius est deuotum in minoribus quam indeuotum in maioribus operibus inueniri. Unde est signum complacentie ipsa deuotio. Quintum signum extimationis humilis. Bern. Qui placere deo desiderat necesse est vt sibi displiciat. Unde Lu. xvij. dixit christus. Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite: serui inutiles sumus etc. Augu. Ubi tibi placui dixi: ibi defeci dixi. Sextum finalis perseuerationis. s. in seruitio dei. Matthei. xxiiij. Qui perseuerauerit vsque in finem hic sal. erit. Chrys. Tolle perseuerantiam nullum obsequium habet meritum. Hec signa fuerunt in bto Stephano rege per omnia: vt claret ex ipsius legenda: immo quod maximum est ipse ex diuina reuelatione habuit confidentiam certissimam quod fuerit dei electus et acceptissimus seruus constitutus in regem hungarorum: vt patuit in legenda. O ergo charissimi accedamus humiliter et deum exoremus quatenus ipsius bti regis meritis det nobis gratiam in presenti et gloriam in futuro.

¶ De sancto Stephano rege Sermo. iij.

Misericordia et veritas custodiunt regem: et roborabitur clementia thronus eius. Prouer. xx. et ad gloriam huius festiuitatis. A Hec verba optime possumus dicere de beato Stephano rege nostro: quia ipse claruit in vita maxima misericordia et clementia et maxima iusticia ac omni sanctitate: in quibus in exemplum imitandi nobis proponitur. Quia autem hodie eius festum colitur multum conuenit vt ipsum honoremus et hoc pluribus rationibus. Primo ratione theologica. Nam Diony. dicit quod ecclesia militans debet conformari ecclesie triumphanti. Cum ergo in celo bti et angeli honorant se: congaudentes mutuo pro vniuscuiusque gloria sicut pro propria: vt dicit Greg. et Rich. Debemus ergo et nos si volumus futuri concociues fieri congratulari et singulos saltem pro suis festis honorare. Secundo ratione iuridica: quia. ij. q. vij. Qualis. pro Clemente papa dicitur: quod digni sunt damnatione qui patribus spiritualibus fulgentibus contumeliam inferunt. Btus Stephanus est patronus noster ergo est honorandus. Tertio ratione phica: quia virtuti perfecte non fit condignus honor. Est quippe honor premium virtutis: propterea prauus non est honore dignus: sed solus virtuosus. Hec. iiij. Eth. Sed Btus Stephanus fuit virtuosissimus et sctissimus: ergo honore dignissimus. Unde de eius sanctissimis virtutibus loquentes accipiamus ad eius honorem hec verba scripture. Misericordia et veritas. Lyra. i. iusticia custodiunt regem. Nam vt ait Greg. Misericordia sine iusticia est pusillanimitas: et iusticia sine misericordia est crudelitas: que destruunt regem et regnum: sed temperata insimul vel mutuo custodiunt regem et regnum et sic roborabitur clementia. s. temperata cum iusticia thronus regis. Et hec claruerunt in bto Stephano: vt patet in legenda ipsius. Iuxta hec ergo verba tria mysteria notabimus pro sermone secundum quod de his tribus commendatur hic sanctus et in exemplum proponitur.

¶ Primo de equitate iusticie
¶ Secundo de sctitate eius obseruantie
¶ Tertio de pietate clementie. Hec clarent ex themate. B

B De equitate iusticie

¶ Circa primum de iusticia accipiamus pro conclusione sniam Gregorii pape. xij. q. ij. c. Cum deuotissimam: post medium dicentis. Summum in rebus bonum est iusticiam colere ac sua cuique iura seruare: quam diligere debent boni: et qui eam violant sunt membra diaboli. Hec ibi. Et declaratur conclusio et probatur.

¶ Primo ex christi iesu commendatione
¶ Secundo ex legum obligatione
¶ Tertio ex phorum approbatione
¶ Quarto ex eius fructuum valore

Primo ex christi commendatione

¶ Primo ex christi iesu commendatione. Nam ipse adeo commendauit iusticiam vt omnes eam desiderantes beatos diceret. Beati inquit qui esuriunt et sitiunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur. Mat. v. vbi secundum Chrys. iusticia accipitur prout est vniuersalis virtus: quam qui esuriunt beati. Aduerte ergo quod non dicit: beati qui cupiunt pecuniam: vt auari sunt: nec qui secularem potentiam cupiunt vt superbi: nec qui carnis voluptatem: vt luxuriosi quia omnes tales non sunt beati: sed miseri: nec saturabuntur sed eterna fame et siti ac omni malo cruciabuntur Sed beati qui desiderant iusticiam. Unde Hugo super ecclesiasti. hierar. dicit. Iusticia altior celo est: et non solum celo sed et his qui sunt in celo. i. angelis: quia angeli supra id in quo facti fuerunt per iusticiam ascenderunt Iniquitas autem profundior est inferno. Quantum ergo ascendit qui de inferno ad celum ascendit: tantum ascendit qui de iniquitate ad iusticiam redit. s. per veram pniam. Quantum pro descendit qui de celo ad infernum cadit: tantum descen

dit qui de iusticia ad iniquitatē ruit. Hec Hugo. Et sic patet ꝙ iusticia est multū amanda.

Scdo ex legum obligatione

Scdo ex legū obligatione: quia omīs lex iusticiā clamat ⁊ ad eā obligat Vñ Aug. li. j. de li. ar. dt. Non videt̃ esse lex q̄ iusta non fuerit. Vñ inquantū habet de iusticia: intantū habet de veritate legis. Hinc ⁊ Isid. li. etym. ⁊ habet̃ in decretis dist. j. Ius generale dt. Lex iuris est species. Ius aūt est dictū q꞉ iustū est. Idē. Iudex dictus est q꞉ ius dictat pplo iuste iudicando. Non em̄ est iudex si non est iusticia in eo. xxiij. q. ij. Iustum. Vñ patet ꝙ oīs lex ad iusticiam obligat. s. tam lex diuina: q̄ꝫ lex humana: etiā ipa lex nature: que dictat aliis facere quod quisqꝫ sibi vult fieri: ⁊ non inferre alii quod sibi nolit fieri. dist. c. j.

C Quid est lex

C Proinde si querit̃: Quid est lex? Respondet Frā. may. in. ij. sniaꝝ. Est ars honeste viuēdi ligans hoīem ad sui obseruantiam. Sed heu modo verificat̃ in hominibus illud dictum phi Anaxagore: qui de ipa lege (vt fertur) quale quid foret: dixit ꝙ lex est tela quedā aranee que minora capit animalia: maiora aūt ipam ꝑtranseunt. Nam eam magna musca intrans lacerat ⁊ ꝑtransit: pua aūt in ea capit̃. Sic magnates ⁊ pncipes transgrediunt̃ legem: nec capiunt̃ aut puniunt̃: hoīes autē minores ꝑ legem puniunt̃. Sed videant oēs diuinum iudicium: q꞉ iniusticia est pctm̄ mortale ⁊ dānabile: eo ꝙ contrariat̃ charitati. Vñ ⁊ Ps. Non deus volēs iniquitatem tu es: neqꝫ habitabit iuxta te malignus: neqꝫ permanebunt iniusti ante oculos tuos. Et sic patet ꝙ iusticiam omnes hoīes debent amplecti sine qua non est salus.

Tertio ex phoꝝ approbatione

Tertio patet ex phoꝝ approbatione. Nam Aristo. v. Eth. dt. Preclarissima virtutū moraliū videt̃ esse iusticia: ⁊ nec hesperus nec lucifer ita morabilr̃ lucet. Item Tullius de offi. dt. Iusticia virtutis splēdor est maximus ex qua boni viri nominant̃. Itē Ualerius li. vj. refert: ꝙ zaleutius princeps statuerat legem ꝙ deprehensus in adulterio vtroqꝫ priuaretur oculo. Cūqꝫ ipsius filius vnicus fuisset deprehēsus: nullo modo illi pepercit etiam rogatu oīm suoꝝ quin iusticiā legis date impleret. Sed ne oīno ille filius eius cecus ⁊ regno ineptus efficeret̃: vnū oculū sibimet ⁊ aliū filio erui fecit: ⁊ sic legi satisfecit. Ecce quantū amauerunt iusticiā pagani: quomodo g̃ excusant̃ christiani.

D Ex valore fructus iusticie

D Quarto patet ex fructuum iusticie valore.

Questio

Queritur nanqꝫ: Quomodo vl̃ in quibus reputat̃ iusticia preualere ceteris virtutib⁹ moralibus? Ad quod respondendo ꝫm doct. varios: plures colligunt̃ rōnes. Prima ratio dicitur generalis necessitatis: quia iusticia est tante necessitatis ac virtutis ꝙ sine ea nulla virtus habet rōnem virtutis. Et sic quantū ad hoc iusticia est nobilior ceteris: ꝫm Tho. ij. ij. q. lviij. ar. xij. Secūda ratio nobilitatis. Bonum em̄ quanto est cōmunius tāto nobilius ⁊ diuinius. j. Eth. Sicut nobilius est esse bonum in se ⁊ ad aliud q̄ꝫ in se solum. Verbi gr̃a. Nobilius est lucere ⁊ illuminare simul alia q̄ꝫ lucere solum in se. Et melius est esse diuitem in se ⁊ aliis distribuere simul q̄ꝫ sibi soli diuitias seruare. Item melius est esse sapientem in se ⁊ simul alios docere vel sapientes facere q̄ꝫ in se solum sapientē esse. Iuxta illud Eccī. xx. Sapientia abscōdita ⁊ thesaurus inuisus: que vtilitas in vtrisqꝫ? Sed quia alie virtutes vt temperantia: fortitudo: ⁊ prudentia ordinant̃ ad bonū particulare vnius hoīs: iusticia aūt ad bonū cōmune: g̃ sequit̃ ꝙ sit nobilior iusticia ceterꝭ virtutibus particularibus. s. ieiunio vel abstinentia: castitate: paupertate. Tertia ratio fructuositatis. Nā dicit Amb. in hexa. ꝙ nulla virtus abundantiores fruct⁹ videt̃ habere q̄ꝫ iusticia. Et hoc oñdit̃ ex plurib⁹ fructib⁹ eius.

Fructus iusticie

Primo q꞉ iusticia habet fructum amoris diuini. Nam deus amat iustos adeo ꝙ sicut dt Ps. Nō vidi inquit iustū derelictū nec semen eius querens panē. At econtra dt de impiis. Vidi impiū ſuꝑexal. transi. ⁊ non est inuentus locus eius.

E Secundo

E Scdo habet fructū bñdictionis. s. in prole ⁊ multiplicatione. Nā videm⁹ ꝙ lupus licet plures fetus generat simul. s. q̄ꝫ ouis: ⁊ insuꝑ oues deuorat: sed ⁊ hoīes oues tn̄as mactant ⁊ comedūt: ⁊ tn̄ adhuc plures sunt oues q̄ꝫ lupi in mūdo.

Questio

Sed quare hoc? Rñr dimittēdo rōnes naturales ꝙ ideo: q꞉ deus sic vult. Vñ Sap. iiij. dr̃ de impiis ꝙ non dabunt radices altas ⁊ stabiles. Ad qd̓ significandū videm⁹ sic ordinatū a deo. s. q꞉ nō multiplicant̃ aīalia que sunt rapacia: ⁊ sic iniustos hoīes videm⁹ nō habere ꝓles: aut si habēt: paꝝ vel raro superuiuūt. Sed de iustis dt Salomon Prouer. xij. Dom⁹ iustoꝝ permanebūt: radix em̄ iustoꝝ ꝓficiet. Hec ibi.

Tertio

Tertio iusticia habet fructū ꝯseruatiōis. Amb. de officiis dt. Eqtas impia cōfirmat ⁊ iniusticia dissoluit. Nam scribit̃ Eccī. x. Regnū a gente in gentē transfert̃ ꝓpter iniusticias ⁊ contumelias ⁊ dolos.

Quarto

Quarto habet fructū ditatiōis. Amb. de offi. Sapienti ⁊ iusto totus ait mundus diuitiaꝝ est: sed de rebus male quesitis non gaudebit tertius heres. Itē si etiam impius habeat multa quomō diues est si se ipe non habet: sed a diabolo possidet̃ ꝑ pctm̄.

Quinto

Quinto fructum habet exuꝑationis. Vñ Orige. suꝑ li. Iudic. lec. vj dt. Iusticia etiā si virib⁹ infirma sit vincit. Iniusticia vero si multos validos ꝓpugnatores habeat: superat̃. Exm̄ de filiis isrl̃ paucis ꝯtra magnos reges.

Sexto

Sexto habet fructū famulat⁹ creature oīs ⁊ nulli⁹ timoris. Vñ Hiero. suꝑ Iosue. iiij. dt. Pctōri oīs inqt creatura hostis est: nihil aūt est qd̓ iustus metuat: oīs em̄ creatura famulat̃. Vñ ꝑ pp̄ham ꝓmittit ei dñs di. Si trāsieris ꝑ ignem flāma non nocebit te. Hec ille.

Septimo

Septimo habet fructū glorificatiōis. s. post hāc vitā in btitudine. Sap. v. Spes impii quasi lanugo est. i. flos vernalis. Iusti aūt in perpetuū viuent: ⁊ apud dñm est merces eoꝝ: accipient regnū decoris de manu dñi. Et sic patet ꝙ. s. iusticiam om̄es boni debēt diligere. Hec bene cogitauit btūs Stephanus ⁊ idcirco iusticiam multū dilexit. O ergo homo christiane vide bonitatē iusticie ⁊ maliciā iniquitatis ⁊ recognoscens q꞉ non saluaberis nisi ꝑ iusticiam: amplectere eam.

F De ꝑceptis iusticie

F ¶ Circa scdm de sctā obseruātia iusticie occurrit gr̃a premissoꝝ questio. s. que sunt ꝑcepta iusticie sine quoꝝ obseruātia non pōt homo saluari? Ad qd̓ ꝫm doc. theologos ⁊ iuristas rñr: ꝙ ꝑcipua quinqꝫ sunt ꝑcepta iusticie ad que oīs hō ꝫm suū modum ⁊ statū obligat̃ sub necessitate salutis. Et hec scire est vtile: vicꝫ. Primū est honeste viuere: ⁊ hoc habet̃ expresse. ff. de iusti. ⁊ iu. l. iusticia. Honestas aūt ꝫm Isid. j. Etymol. dr̃ quasi honoris status. Et sic ille viuit honeste q̄ nil turpe. i. nullū periculū in se admittit: sed virtuose viuit: quia virtuti in premium debet̃ honor. iiii. Eth. Hinc Amb. li. de officiis. Quid aliud est honestū nisi vt fugienda. i. vicia fugiantur. Proinde ⁊ Hiero. in epl̃a ad filiam Mauricij dicit sic. Iusticia non est aliud q̄ꝫ non peccare. Non peccare aūt est precepta oīa legis seruare. Hec ille.

Scdm

Secundū preceptū est: alterū nō ledere: vt expresse habetur in. ff. quo s̄. Unde Ans. de gr̃a ⁊ lib. arb. Non oībus inquit iustis ꝓmissa est vita ꝑpetua: sꝫ illis tm̄ qui sunt iusti. s. in se ⁊ sine omi iniusticia. s. quo ad proximū: q꞉ sicut btitudo est sine omi indigētia: ita nulli datur nisi iusto sine omi iniusticia. Hec ille. Et sic ptꝫ de vsurariis ⁊ raptoribus ac hmōi ꝙ damnant̃.

Tertiū

Tertiū iusticie ꝑceptum est reddere suū ius vnicuiqꝫ: vt. ff. ⁊. l. supradictꝭ. Notandū ꝫm Ray. in summa ti. de btitudinibus ꝙ quilibet hō obligat̃ prīo ipsi deo reddere ius suū tanq̄ꝫ ꝑ tributo in tribus: vicꝫ honorando creatorem: amādo redemptorē: timendo iudicē. Scdo obligat̃ superiori obedientiam. Tertio cōpari concordiā. Quarto inferiori misericordiā. Quinto sibiipsi vite mundiciā.

Quartū

Quartū est iuste iudicare ius ⁊ rectū dictare. Nā iusticia dr̃ q̄si iuris status ꝫm Isid. extra de verbo. signi. Forus. Ideo Esa. x. Ve qui condūt leges iniquas: scribentes iusticiā vt opprimerēt in iudicio pauperes: vt esset vidue ⁊ pupilli preda eoꝝ: qd̓ facietis in die visitationis.

Quintū

Quintum est malos corripere. Vñ Isid. ꝑdicto. c. Forus. dt. Iusticia nō pōt cū scelerato hoīe habere ꝯsortiū. Sen. Iustus vt sis nō solū nō nocebis: sed ⁊ nocentes ꝓhibebis: qm̄. lxxxvj. di. culpā. Chrys. dt. Facientis culpam habet q̄ qd̓ pōt negligit emēdare. Nā scriptū est Ro. j. Digni sunt morte nō solū q̄ faciūt: sed etiā q̄ consentiūt facientib⁹. Ad ꝓpositū btūs rex Stephan⁹ hec oīa seruauit. Vñ ⁊ hungaris decretū statuit: vt. s. erga deum

fidem teneret: nemo aliū hostiliter inuaderet: nemo vicinum sine iudicii examine lederet: viduas & orphanos nullus opprimeret: ecclias nemo deuastaret: sed ecclesiasticis honorē impenderet. O vtinā dñi hungari hec obseruarēt. Sed heu videm⁹ multa ɔtraria fieri. Sed oēs audiāt illud Esa. v. Ue q̄ p̄dan: nōne & ipe p̄daberis .s. in hora mortis qñ corpus habebūt vermes aiam demones: substantiam temporalem mundani homines. O homo aduerte hec &c. G

De pietate & clementia — Circa tertiū de pietate vel clementia accipiam⁹ p̄clone q̄ oēs hoīes & precipue reges & nobiles debēt pietatem multū amare vt sint chr̄o regi consimiles. Et declaraṫ per plures rationes.

Prima rō assimilationis — Prima ratio assimilationis .s. diuinalis & acceptationis: quia similitudo est causa dilectionis p̄ ph̄um. ij. de aia. & Eccl. xiij. Omne animal diligit sibi simile. Sed pietas sup oīa assimilat deo & chr̄o dei filio: cuius p̄priū est misereri semper & parcere vt canit ecclia. Uñ & chr̄s dñs inimicis nō solū pepercit sed & p̄ eis orauit: immo p̄ nobis inimicis mori voluit: & tantā pietatē ōndit q̄ cū vna gutta sanguinis eius sufficeret p̄ toto mundo: sicut dt Berñ. Uoluit tñ ex charitate totū sanguinem p̄ nobis effundere. Hinc Chrys. Nil ita nos deo assimilat sicut pietas: p̄cipue in iniuriarum remissione.

Scda benignitatis — Scda rō benignitatis natura lis & miserationis. Nam dicit ph̄us in polit. q̄ homo est animal naturaliter mansuetū & pium. In cuius signum non dedit natura homini vngues acutos ad lacerandū sicut videmus in auibus rapacibus: nec cornua ad ventilandū: sicut habēt animalia ferocia: nec aliquid aliud quo crudeliter lederet. Sicut ḡ chr̄s dñs rex regū nobilissimus fuit naturaliter pius: sic debent esse oēs homines: p̄cipue reges & nobiles. Uñ Señ. de clementia dicit. Nullū in hoībus maior clemētia q̄ regem & principem decet. Idcirco vt in phisonomia aristotelis scribiṫ. Nobiles habēt naturaṫ longiora brachia: ad p̄candum largitatē & pietatem.

Tertia cōditionis — Tertia ratio conditionis laudabilis & magnanimitatis. Unde Seneca lib. ij. de clementia dicit. Proprium est magnanimitatis non sentire offensionem. Et Aristo. iiij. Eth. dicit. Non est magnanimi recordare mala: sed despicere: hinc & nobilis iudicaṫ ira leonis que nouit parcere p̄stratis: vt dicit Amb. in hexam. Sed dicunt aliqui. Si nō vindicarem me de inimico verecūdia mihi foret & oppressio. Ad q̄d respondeṫ q̄ non: immo esset honorabilius parcere: q̄r Sene. dt q̄ honestissimū genus vindicte est ignoscere. Exemplū habemus in deo qui oīpotētiam suā parcendo maxime & miserādo manifestat: vt canit ecclia in collecta. Item cōfert hoc ad exaltationem: vt patet in Dauid. Legiṫ in eplis Aristotelis ad Alexandrū regem: vbi querit Aristoteles: o Alexāder quis est qui preest toti mundo? Rñdit. Cor alexandri. Ad quod rescripsit iterum di. Quis est qui regit orbem? Ille rñdit. Ego. Ad quem iterum rescribens dixit. Si vis facere quod tibi dico dñs eris duplo q̄ es. Si cordi tuo dominaberis & inimico tuo indulseris: duplo dñs eris. Hec ibi. Nam & Prouer. xvj. scribiṫ: Melior est vir patiēs viro forti & q̄ dominaṫ animo ex pugnatore vrbiū.

Quarta dignitatis — Quarta ratio dignitatis nobilis & virtutis. Nā Amb. lxxxvj. dist. In singulis dt: q̄ miscdia est pulchritudo & p̄fecta forma virtutū: & ideo maxime condecet nobiles: sicut & cōdecebat chr̄m dñm nobilissimū regem. I

I Questio — Nimirum quare solēt principes vt cōmunius in scutis suis portare pro clenodio aquilam vel leonē nisi vt doceanṫ esse clementes necnon & simul iusticiam diligētes. Aquila enī ḃm Pliniū in speculo naturali pie largitatis est quia nunq̄ predam captam totaliter comedit: sed ceteris comedendam partem relinquit. Sic & de leone fertur. Et deniq̄ cum hoc aquila inimica est serpentū: & leo rebellium ac superboꝝ animalium: qui tñ parcit prostratis. Sic principes debent esse misericordes: & contra iusticie oppressores defendere pauperes. Uñ Hiero. xxiij. q. v. Regum. dicit. Regū p̄prium est facere iudicium & iusticiam: & vi oppressos eripere: peregrinis pupillis & viduis auxiliū prebere. Hec ille. K

K Quinta fructificatiōis — Quinta ratio eminentis fructificatiōis. Nam si queras. Quid est maioris meriti & premii: vtrū ieiunium: vigilie: & hmōi corporales exercitationes: an pietas. Aplš respondet. j. Tim. iiij. dicens. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: pietas aūt ad oīa valet. Item si queras vtrum lachryme contritionis p̄ualeant q̄ deuotionis. Berñ. super Cañ. rñdet dicens sic. Bonum est vnguētum deuotionis quod fit de recordatione pctoꝝ: melius est vnguentum deuotionis quod fit de recordatione beneficiorum dei: vtrunq̄ vincit vnctio pietatis. Hec Berñ. sermone. xij. super. Cañ. Deniq̄ pietas valet ad vitam eternam adeo q̄ ipe chr̄s de hoc disceptabit in iudicio & retribuet vitā eternam pro operibus pietatis. Mat. xxv. Uenite benedicti patris mei p̄cipite regnū q̄d &c. Esuriui enī & dedistis mihi manducare: sitiui & dedistis bibere &c. Hinc Hiero. ad Nepotianū dicit. Nunq̄ legi aut vidi mala morte. i. dannabili mortuum eum qui libenter opera pietatis exercuit. Ad propositum. Beatus rex Stephanus hec recognoscēs pietatem multū amauit: & tota vita diligentissime exercuit in cuius premio iam perpetuo beatus letatur in celo cū christo. O ḡ charissimi sequamur & nos pietatē & rogemus chr̄m dñm vt bti Stephani merit̄ det nobis ḡrām in presenti & gloriam in futuro.

Quartū sermonē vide in cōmuni sanctoꝝ.

De sancto Bartholomeo apostolo. Sermo. j. cum Legenda.

Percusserunt me & vulnerauerunt me: tulerunt palliū meū. Cañ. v. & ad laudem huius festiuitatis. A Ista v̄ba bñ potuit dicere btūs Bartholomeus qui p̄ chr̄o percussus fuit fustibus: fuit etiam vulneratus & capite trūcatus & fuit excoriatus: propter quod dicere potest Tulerunt pallium meum. i. pellē qua tegebar. Ex quibus patet q̄ ipe dilexit chr̄m ardētissimo amore p̄ quo tot & tam acerba pati voluit. Nam dicit Gre. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Amor enī dei non pōt esse ociosus: operaṫ enī magna si est: si aūt opari renuit amor non est. Hec ille. Maxime ḡ chr̄m amasse p̄batur Tum quia oīa p̄ chr̄o ɔtempsit. Tum q̄r seipm in mortem tam acerbā p̄ chr̄o tradidit. Ipse quippe saluator ait Joan. xv. q̄ maiorem charitatem nemo habet q̄ vt aiam suam ponat quis pro inimic̄ suis. Fecit ḡ b. Bartholomeus sicut solent homines ex nimio calore deponere pallium vel vestimentum. Sic ipe ex feruore diuini amoris deposuit carnis pellem in passione. Unde potest dicere hec verba predicta. s. Percusserūt me & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meū. Ex quibus verbis elicieñ. videtur beatus Bartholomeus commendari de tribus.

Primo de p̄fecta abrenunciatione tpaliū: q̄d significaṫ p̄ depositionem palliȷ.

Scdo de propria abnegatiōe: quod significaṫ per sui expositionem

Tertio de acerba passione: quod patet p̄ penarū denotationem B

B Cur chr̄s voluit discipulos suos ab renunciare tpalibus — Circa primū de temporaliū renunciatione. Ex quo chr̄s dñs dt Lu. xiiij. Qui non renūciauerit oibus que possidet non pōt meus esse discipulus. Quod p̄fectissime impleuit b. Bartho. Occurrit hic questio Cur christus dñs voluit suos discipulos & p̄cepit abrenunciare tpalibus? Ad q̄d respondeṫ p̄ plures rōnes recolligendo ex plurimoꝝ dictis doctoꝝ. Pro quibus vide.

Prima — Prima ratio anguste mortis & ptransitiōis. Uñ. Berñ. An gusto foramine mortis exeundū est nil asportare nobis licet. Et nempe ait apls. j. Tim. vj. Nil intulim⁹ in hunc mundū: haud dubiū quia nec auferre quid possumus. Hinc & saluator ait Mat. vij. Angusta porta & arta via que ducit ad vitam: & Mat. xix. Amen dico vobis quia diues difficile intrabit in regnū celoꝝ. Lyr. Non dt impossibile: sed difficile: quia difficile est diuitias possidere & non teneri nimis amore earum: ḃm q̄ dicit Augu.

in epl'a ad Paulinum. Bona terrena diligũtur artius
adepta q̃ȝ concupita: sicut membra incorporata difficili
us diuelluntur q̃ȝ extranea repudiant᷑. Et subdit chr̃s
ibidem. Facilius est camelum per foramen acus transi
re q̃ȝ diuitem intrare in regnum celoꝝ. Et hoc intelle=
xit de diuite confidente in diuitiis: ⁊ in ipsis finem con=
stituentẽ: vt expressius patet in textu Marc̃. x. Nam ta
les impossibile est intrare in regnũ celoꝝ ordinata dei
iusticia. Sed camelũ non repugnat iusticie diuine tran
sire per foramen acus: ꝗ ⁊c̃. Scd'a ratio contrariatio=
nis. s. charitatis. Nam vt Aug. ait li. lxxxiij. questionũ.
Venenũ charitatꝭ est cupiditas. Et quantũ crescit cha
ritas tantum decrescit cupiditas. Ac econuerso quan=
tum crescit cupiditas tantum decrescit charitas. Cum
ergo chr̃s dñs venerit mittere ignem charitatis in ter
ram Luce. xij. ergo debuit extinguere prohibeñ. cupi=
ditatem. Nam ẟm Auicennã ⁊ ph̃um in ꝓblemã. nunq̃ȝ
venenũ in igne manet: nec simul se compatiunt᷑: sed aut
extinguit ignem: aut exilit ab igne. Proinde Aug. d't.
Uas es o homo sed plenũ es: funde quod habes. i. amo
rem seculi vt recipias quod non habes. i. amorem dei.

Scd'a ꝯtrariationis (margin)

Tertia ratio ruinatiõis. Nam cupiditas ruere facit
in multa vicia ⁊ in laqueum diaboli ac perditionẽ. Un=
de. j. Tim̃. vj. Qui volunt diuites fieri incidunt in ten=
tationẽ ⁊ in laqueũ diaboli ⁊ desideria multa que mer
gunt in interitum. Radix em̃ oĩm maloꝝ est cupiditas.
Lyra. Quia sicut radix prestat fomentum om̃ibus par
tibus arboris: sic diuitie omnibus peccatis. s. superbie
fastu: rapine: vsure: luxurie: fraudi: gule: ire: ⁊ bellis in
iustis: ocio: periurio: ⁊ sic de aliis. Proinde Greg. dist.
xlvij. Bonoꝝ inquit autori aliter inherere non valemꝰ
nisi cupiditatẽ que oĩm maloꝝ radix est a nobis abscin=
damus. Hec ille. Quarta ratio infectionis. Nam di=
uitiaꝝ cupiditas adeo aĩam inficit per amorem vt ido
latra iudicetur: ⁊ ab hereditate chr̃i alienus. Eph. v.
Hoc scitote intelligẽtes ꝙ om̃is fornicator aut immun
dus aut auarus quod est idoloꝝ seruitus nõ habet he
reditatem in regno chr̃i ⁊ dei. C Sed querit᷑: qua
re auarus dicitur idolatra: cum non videatur fidẽ chri
sti abnegare. Respondet Chrys. super Joã. hom̃. lxv.
di. Tanto ceteris peior idolatra est auarus quãto ipse
boues ⁊ oues immolat suo deo id est diuitiis: sed ani=
mam ⁊ corpus proprium ei sacrificat ad eternã damna
tionem. Et sic patet ꝙ non proprie sed similitudinarie
dicitur idolatra. Tum quia auro vel diuitiis fidẽ ser=
uat ne ipsas ledat minuendo: sed potius augeat offen=
so chr̃o. Tum quia in illis cõfidit ⁊ prediligit eas q̃ȝ de
um verum. Et sic eas adorare videtur sacrificãdo se to
tum illis ⁊ non deo. Quinta ratio anxietatis inutilis
cordis: q2 Berñ. dicit ⁊ experientia docet. Diuitie tem
porales acquiruntur cum magno labore: ⁊ custodiunt᷑
vel seruantur cum magno timore: atq̃ȝ amittunt᷑ cũ ma
gno dolore. Juuenalis. Plorat᷑ lachrymis amissa pecu
nia veris. Et sic cor infructuose semper sollicitant cum
anxitate: ⁊ mentẽ lacerant curis. Item quod est peius
quia nunq̃ȝ animũ satiãt: sed quanto plus abundãt tan=
to ad plus acquirendum anhelant hoĩes. Unde idem
Juuenalis poeta d't. Crescit amor nummi quantum pe
cunia crescit. Item Eccl'i. v. Auarus nunq̃ȝ implebit᷑ pe
cunia. Et qui amat diuitias fructum non capiet ex eis.
D Quero nanq̃ȝ quid est illud quod quanto diligen=
tius custoditũ reseruat᷑ tanto nil valet: sed quanto ma=
gis dispergitur tanto est vtilius ⁊ fructuosius. Rñdet᷑
ꝙ fimus ⁊ consimilr̃ diuitie. Propter quod apl's ꝯueni=
enter hec terrena stercoribus cõparat: ad Phil. iij. di.
Oĩa arbitror vt stercora vt chr̃m lucrifaciã. Sic̃ em̃ fi=
mus vel stercus animaliũ si seruat᷑ nil valet: sed fetore
aerem corrumpit: si aũt spargit᷑ in cãpis facit terrã fru
ctiferã: sic diuitie ꝯseruate nil valent sed potius aĩam
corrũpunt ⁊ maculant pctõ auaricie. Sed si paupibus
dantur fructũ faciunt eternũ. Ps̃. Dispersit dedit pau
peribus ⁊c̃. Itẽ quid est illud qd' nunq̃ȝ põt satiari? Rñ
det Salomõ. Proue. xxx. Tria sunt insatiabilia ⁊ quar
tum nunq̃ȝ dicit sufficit. Infernus. Lyra. i. diabolus: q̃
semp plus ⁊ plus nitit᷑ trahere ad se pctõres. Item os
vulue. i. luxuria: que ⁊ si ad horã aliq̃ mõ satiat᷑: tñ post
modũ ad appetendũ acrius inflãmat᷑. Itẽ terra q̃ nũq̃ȝ
satiat᷑ aqua: cuiusmodi est terra sabulosa. Ignis vero
nunq̃ȝ d't sufficit: q2 ex appositiõe ꝯbustibiliũ crescit vir
tus eius ad amplius cõburendũ. Nimiꝝ cũ p̃dicta sint
insatiabilia: tñ infernꝰ d't qñq̃ȝ suffic̃. s. in iudicio ꝯpleto
numero reproboꝝ: carnis etiã cõcupiscentia in senectu
te ⁊ in infirmitate graui qñ peccare non põt d't sufficit.
Tertia q̃q̃ȝ nimia pluuia inundãte quã nõ põt imbibe=
re d't sufficit. Sed ignis auaricie nunq̃ȝ d't sufficit: vt iã
supra dictum est. Si dicas nonne in senectute vel hora
mortis d't sufficit ipa auaricia? Rñdet Hiero. Cũ inq̃t
oĩa vicia in hoĩe senescunt sola auaricia iuuenescit: im
mo auarus etiã in ipa hora mortis cuperet si posset por
tare secũ suas diuitias. Et pꝫ: q2 anhelat suspirans ꝙ
velit nolit: oportet relinquere. O ꝗ pessimum viciũ sic
aĩas illaq̃ans. O q̃t aĩas pdidisti o infelicissimꝰ amor
mundi q̃t iã p te sustinent tormenta gehenne. Uñ Aug.
li. de ꝟbis dñi d't sic. Que est ista auiditas ꝯcupiscẽtie
cũ ⁊ ipe belue habeant modũ. Tunc rapiũt qñ esuriũt:
parcunt prede cũ fuerint satiate. Insatiabilis est sola
auaritia diuitũ: semp rapit nunq̃ȝ satiat᷑: nec timet nec
honorem reueret᷑: nec patri parcit: nec amico fidem ser
uat: viduã ⁊ pupillũ inuadit falsum testimoniũ fert: res
mortui occupant᷑ quasi ⁊ q̃ faciunt non morerent᷑. Que
est ista insania amittere vitã: appetere gehennã: acq̃re
re aurũ ⁊ pdere celũ. Hec Aug. Propterea chr̃s pre=
cepit ꝯtemptũ mundi. Btũs Bartholomeꝰ amore chr̃i
oĩa reliquit: ꝗ ⁊c̃. Sed adhuc restat questio ex premis=
sis de obligatione que subsequitur. E

Tertia ruinationis (margin) — *Quarta infectionis* (margin) — *C Questio* (margin) — *Quinta anxietatis inutilis* (margin) — *D Questio* (margin) — *Questio circa auariciã* (margin) — *Questio* (margin)

¶ Circa scd'm de ꝓpria abnegatione sit p ꝯcl'one sñia
bti Greg. hom̃. de marty. dicẽtis: ꝙ chr̃s dñs precepit
abnegare ⁊ relinquere discipulis sua ⁊ se. Non em̃ suf=
ficit relinquere sua nisi reliquerit ⁊ seip̃m: ⁊ addit. For
tasse nõ est laboriosum hoĩ relinquere sua: sed valde la
boriosum est relinquere semetip̃m: iuxta illud vicꝫ chr̃i
preceptũ. Si q̃s vult post me venire abne. se. ⁊ tol. cru.
su. ⁊c̃. Ad id autor libri de eterna ꝯuer. iuxta Berñ. d't
Si quis distribuerit oẽm substantiã suã ꝑpter deũ ad=
huc nihil est: ⁊ si intrauerit religionẽ ⁊ fecerit magnam
pniam: adhuc longe est: ⁊ si habuerit ardentẽ deuotio=
nem: adhuc sibi deest vnũ quod summe necessariũ est.
Quid est illud? Rñdet: vt vicꝫ relictis om̃ibus relin=
quat semetip̃m: nil de priuato amore retineat ad seip̃m
Cũ om̃ia fecerit que facienda nouerit nil se fecisse arbi
tretur. Hec ibi. F Querunt᷑ ergo hic pro informa
tione simplicium duo. Primum quesitum est. Utrũ chri
stianus possidens terrena queq̃ȝ bona possit dici vera=
citer discipulis chr̃i. Hec questio oritur ex eo quod pri
mo articulo premissum est: quia chr̃s precepit di. Qui
non renũciauerit oĩbus que possidet nõ põt meꝰ esse di
scipulus. Ad qd' rñr ẟm Lyr̃. ibi ⁊ doc. notañ. ꝙ discipu
latus chr̃i dupliciter potest intelligi. Uno modo gene=
raliter ẟm statum cõmunem fideliũ: ⁊ ad hoc sufficit fi=
des catholica cum obseruatione mandatoꝝ. Alio mo=
do cũ hoc per obseruantiã cõsilioꝝ: ⁊ hoc intellige vel
oĩm vt potissime fuerũt apostoli: vel aliquoꝝ consilioꝝ
ẟm ꝙ quis voto ꝓfessionis se in aliqua religiõe vel ob=
seruantia obligauit. Et in vtroq̃ȝ statu vt vere dicatur
quis discipulus chr̃i requirit᷑ repressio cõcupiscentiaꝝ
tam terrenaꝝ reꝝ q̃ȝ carnalium voluptatum ⁊ delitiaꝝ
proprii corporis quantũ ad hoc ꝙ nullus eoꝝ mortale
peccatum admittat: vel transgrediendo mandata: vel
pretermittendo vota sua. Uñ patet ꝙ om̃is christianus
cõmuniter seruans precepta chr̃i ⁊ fidẽ dicit᷑ vere chr̃i
discipulus: qui aũt seruat etiã ꝯsilia dicit᷑ pfectior chr̃i
discipulus. Et sic patet ꝙ chr̃s non precepit oĩbus suis
discipulis relinquere oĩa quo ad effectũ realemq̃ȝ con
temptũ: sed q̃ ad affectũ: h' est: vt p̃ oĩbus terrenis deũ
diligãt. Illi aũt q̃ voto religiõis ꝓfessi sunt tenent᷑ etiã
effectu oĩa relinquere: qñ pauptatẽ: obedientiã ⁊ casti
tatẽ vouere habẽt. Proĩde si q̃s chr̃ianus diuitias plu
rimas possidet dũmõ illas citra deũ amet: nec p̃cepta
dei transgrediat᷑ discipulus chr̃i comprobatur. Unde
di. xxx. Hec prescripsimꝰ. decretum d't. Et religionem

E De ꝓpria abnegatiõe (margin) — *F Chr̃ianꝰ possidens bona terrena dicatur chr̃i discipulus* (margin) — *Discipulatꝰ chr̃i duplex* (margin) — *Religiosi* (margin)

deo acceptissimã esse dicimꝰ ⁊ renunciatiões secularium
negotioꝝ atq̃ actuũ cũ hũilitate approbãdo laudamꝰ:
⁊ nuptiarũ vinculum quod ꝓm castitatem perdurat ho
noramus ⁊ diuites cũ iusticia ⁊ operibꝰ bonis.s.miseri
G. cordie non abiicimus. Hec ibi. G Scdm quesitum
Questio Utrũ amare seipm vel ꝓprie carnis ꝯmodũ sit mortale
⁊ damnabile pctm: Hoc orit̃ ex eo ꝙ precipit̃ abnega=
re seipm. Ad hoc rñr ꝓm doct. precipue Hermannũ de
schilditz: ꝙ non est mortale etiã si plus quis se amet q̃
expedit: sed tñmõ si amor sui crescit in ꝯtemptũ dei vl'
transgressionẽ p̃cepti eccl'ie: vel grauem iniuriã aut no
cumentũ proximi: tunc est mortale: secus si iniuria esset
modica. Exemplum de his si q̃s ne ledat̃ in corpore vl'
grauet̃ mortale pctm admitteret: vel si q̃s ex p̃cepto ec
clesie obligat̃ ieiunare ⁊ bñ posset: sed non vult corpus
grauare: vel si q̃s vouisset aliquã carnis afflictionẽ vel
religionis ingressum ⁊ ꝓpter parcendũ carni nõ imple
ret: tales mortalr̃ peccarent. Itẽ si q̃s ex officio vel de
bito obligat̃ proximum defensare ⁊ parcens labori: ille
graue damnũ vel iniuriã incurrit ex istius negligentia
iste peccat. O g̃ hõ exẽplo bti Bartholomei disce ab=
H negare tua ⁊ te pro christo. H
De acerbitate passiõis b. bartholomei ❡ Circa tertiũ de acerbitate passiõis accipe ꝓ ꝯclone
ꝙ btũs Bartholomeꝰ claruit chr̃m Jesum permaxime
amare in tolerantia acerbissime pene: quod patet pro=
sequendo historiam. ❡ Legenda.
Ex legenda. Apostolus quippe Bartholomeꝰ veniens in Indiã q̃
est in fine orbis: intrauit templũ in quo erat idolũ noĩe
Astaroth: in hoc idolo demon habitabat: q̃ se languen=
tes curare dicebat: q̃ tñ nõ sanando sed a lesione cessan
do subueniebat. Cũ g̃ tẽplum plenũ esset languentibꝰ
⁊ quotidie sacrificantibꝰ nullũ demon daret rñsum: pre
xerũt viri ad aliã ciuitatẽ vbi aliud idolũ noĩe Berith
colebat̃: ⁊ interrogarũt illud cur Astaroth nõ daret re
sponsum. Ille rñdit. Deus vester catenis igneis cõstri
ctus est: nec loqui audet ex eo tpe q̃ apl's Bartholome
us ingressus est. At illi. Quis est iste bartholomeꝰ: Et
demon. Amicus est dei oĩpotentis q̃ ideo venit vt oẽs
deos ex ꝓuincia ista euacuet. Tũc illi. Dic nobis signa
quibꝰ eũ cognoscere valeamꝰ. Quibꝰ demon ait: Capil
li eiꝰ crispi ⁊ nigri: oculi grandes: nares directe barba
ꝓlixa: habẽs paucos canos: collobio albo clauato: pur=
pura vestit̃ ꝑ singulos angulos gẽmis ornato: viginti=
sex anni sunt ex q̃ vestes eiꝰ ⁊ sandalia nec veterascũt
nec sordiant̃ centies flexis genibꝰ ꝑ diẽ orat ⁊ cẽties ꝑ
noctẽ: angeli dei cũ eo ambulãt q̃ nunq̃ eũ fatigari nec
esurire ꝑmittũt: oĩm gentiũ linguas nouit: ⁊ oĩa p̃uidet
⁊ q̃d vobiscũ loq̃r ip̃e iã nouit: sed cũ eũ inueneritis ro=
getis ne huc veniat: ne angeli sic me ligent sicut socium
meũ. Reuersi quesierũt duobꝰ eũ diebꝰ nec inuenerũt
Sed quadã die demoniacꝰ quidã exclamauit di. Apl'e
dei Bartholomee incendunt me orõnes tue. Cui ille.
Obmutesce ⁊ exi ab eo: ⁊ statim liberat̃. Quod audiẽs
rex noĩe Polemiꝰ misit ad apl'm rogañ. vt ad se veniret
⁊ filiã suã lunaticã sanaret. Et venit apl's ac eã statim a
demone liberauit. Tũc rex camelos oneratos auro ⁊
argento ac p̃ciosis lapidibus apl'o misit. Cui ille rñdit.
Ista munera sunt necessaria his q̃ terrena requirunt:
ego aũt nil terrenum: nil carnale desidero. Tunc cepit
multa de modo nostre redemptionis docere. Et cũ sa=
cramẽta fidei p̃dicasset regi dixit: ꝙ si baptizari vellet
deum suũ catenis ligatũ.i. demonẽ in idolo latentẽ sibi
oñderet. Sequenti g̃ die iuxta regis palatiũ dũ ponti=
fices idolo sacrificarent cepit clamare demon di. Ces=
sate miseri sacrificare mihi ne maiora me patiami q̃ ca=
tenis igneis ab angelis iesu chr̃i crucifixi sum religatꝰ
Tunc apl's p̃cepit vt demon exiret: idolũq̃ ꝯminueret
⁊ sic exiuit. Deinde fusa orõne ab apl'o oẽs infirmi sana
ti sunt ꝓtinus. Tunc apl's tẽplum deo dedicauit. Et ec
ce angelus dñi apparuit ⁊ in quatuor angulis templi si
gnum crucis suo digito sculpsit ⁊ dixit. Tale signum in
vestris frontibꝰ imprimatis ne timeatis deũ vr̃m quem
ostendã vobis. Et ecce oñdit diabolum in specie ethio
pis nigrioris fuligine: oculis igneas scintillas vt ferrũ
ignitũ emittentibꝰ: facie horrendissima: flãmas sulphu=
reas ex ore spirantẽ: catenis igneis vinctũ tergo mani
bus. Et dixit ei angelꝰ. Qm̃ ad iussum apl'i idola ꝯfregi
sti ⁊ exiuisti de tẽplo soluã te vt vadas in locũ desertũ
vbi nullꝰ hoĩm morat̃ ⁊ ibidẽ sis vsq̃ ad diẽ iudicii. Il=
le g̃ solutꝰ cũ magno strepitu ⁊ vlulatu disparuit: ⁊ an=
gelus dñi cunctis videntibꝰ in celũ euolauit. Tũc rex
cum vxore: filiis ⁊ ppl'o cuncto baptisma suscepit. I
Ad hec cõmoti pontifices temploꝝ ad Astragẽ regem
fratrẽ Polemii ꝯuenerũt ⁊ cõquesti sunt de his. Astra
ges g̃ indignatꝰ apl'm ad se duci fecit ⁊ ei ait. Tu es il
le q̃ auertisti fratrẽ meũ: Cui apl's. Ego illũ nõ auerti
sed ꝯuerti. Ait rex. Sicut tu fecisti illũ relinquere deũ
suum ⁊ tuo deo credere: sic ego faciã te deo tuo relicto
deo meo sacrificare. Rñdit apl's. Si tu potes deo meo
sic facere sic̃ ego feci deo illiꝰ quẽ.s. ligaui ⁊ coegi ⁊c̃.
poteris me ad simulacrũ ꝓuocare: sin aũt ego deos tu
os cõminuã ⁊ tu crede deo meo. Hec illo dicente nun=
ciat̃ regi ꝙ deꝰ suꝰ cecidisset scz Baldach ⁊ cõminutus
fuisset. Ad q̃d rex mox sua vestimenta scidit ⁊ iussit vt
apl's fustibꝰ cederet̃. Deinde vt btũs Dorotheꝰ dt ip̃m
crucifixit capite ꝟso.s. deorsum. Tandẽ añq̃ moreret̃
ob maiorẽ cruciatũ excoriauit viuũ. Postremo capite
truncatꝰ est. Cuiꝰ corpꝰ chr̃iani honorifice sepelierũt.
Rex aũt Astrages ⁊ tẽploꝝ põtifices mox a demonibꝰ
sũt arrepti ⁊ mortui. Rex ꝟo Polemiꝰ in ep̃m ordinatꝰ
viginti annis laudabilr̃ officiũ regens plenꝰ ꝟtutibꝰ in
pace quieuit. Hec de legẽda ob breuitatẽ ꝓ isto sermo
ne sufficiãt: alia in aliis sermonibꝰ tractañ. O g̃ b. Bar
tholomee te rogamꝰ ꝓ amore chr̃i ora ꝓ nobis.

❡ De sctõ Bartholomeo Ser. ij. s. de eius ꝑfecta
charitate ⁊ priuilegijs

Qui diligit me diliget̃ a pr̃e meo ⁊ ego diligã
eũ ⁊ manifestabo ei meip̃m. Joan. xiiij. A A
Magna ⁊ mira est dei nr̃i erga nos charitas
q̃r cũ nos deũ amare nõ possimus nisi ip̃e de
derit in nobis amorẽ suũ: ꝓm ꝙ dt apl's Rom̃. v. Chari
tas dei diffusa est in cordibꝰ nr̃is ꝑ spm̃sctm̃ q̃ datꝰ ẽ no
bis. Et tñ ꝓ ista charitate dignat̃ nos reamare ⁊ p̃miũ
celeste donare ac si ex nobis potuissemꝰ ip̃m diligere.
Aug. Ille deũ habet q̃ deũ amat: q̃ ⁊ plꝰ amãdo meret̃
vt plꝰ habeat: ⁊ plꝰ habẽdo vt plꝰ diligat. Et ideo chr̃s
dñs dicit vbi s̃. Qui diligit me.s. per spũssancti gratiã
diligetur a patre meo: ⁊ ego diligam eum: quia vnꝰ est
amor patris ⁊ filii: ⁊ manifestabo ei meip̃m.s. per aper=
tam visionem deitatis in gloria celesti. Sicut fecit bea
to Bartholomeo deus. Ipse enĩ perfecte dilexit chri=
stum ⁊ reamatus est a deo patre ⁊ filio: ac glorificatus
maxima gloria in celo. Idcirco ista verba a christo di=
cta sibi ⁊ aliis apl'is ac discipulis ꝯueniẽter accipiamꝰ
ad eiꝰ honorẽ ꝓ ser. Juxta q̃ ꝟba ꝯmendat̃ btũs apl'us
Bartholomeus de tribus.
❡ Primo cõmendat̃ de vero ⁊ gratuito chr̃i amore.
Qui diligit me diliget̃ a patre meo.
❡ Scdo de ipsius Jesu christi reamatiõe. Et ego di
ligam eum
❡ Tertio ꝯmendat̃ de eiꝰ celesti glorificatione. ibi.
Manifestabo ei meip̃m. B B
De amore ꝟo chr̃i bti bartholo. ❡ Circa primũ de amore vero chr̃i ⁊ gratuito accipia=
mus pro conclusione ꝙ btũs Bartholomeus probatur
christum Jesum amasse vero ⁊ perfecto amore: ⁊ decla
ratur: quia ip̃m amauit.
❡ Primo vero corde
❡ Scdo vero ore
❡ Tertio vero opere
Primo corde amauit ❡ Primo vero corde: sicut precepit dñs Mat. xxij. Di=
liges dñm deum tuum toto cor. t. ⁊c̃. Chrys. in eo ꝙ dt
totum non recipit sectionẽ. Si ergo sic deum diligis vt
nil nisi propter deum diligas: vero corde deum dilige=
re probaris: q̃r dicit li. ꝯfes. Aug. Minus te dñe amat
qui tecum aliquid amat vicz quod non ꝓpter te amat.
Proinde Cyp. de. xij. abus. dt sic. Mũdi amor ⁊ dei pa
riter in vno corde habitare non pñt: quẽadmodũ oculi
pariter celũ ⁊ terrã neq̃q̃ ꝯspiciũt. Ex q̃bꝰ claret ꝙ hõ
qui pctm̃ facit vel q̃dcunq̃ mundanũ aut carnale amat

contra dei preceptũ: non vere deũ amat. Sed si tale sine peccato citra ꝛ propter deũ amaret: puta diuitias: honores ꝛ hmõi in deũ ordinañ. sic vere amat. Beatus Bartholomeus contempsit om̃ia propter chr̃m. ꝗ vere amauit.

Scd̃o ore

Scd̃o vero ore amauit chr̃m: ꝛ sic debet om̃is christianus. Nimirũ Greg. in moral. dicit. Quod valde mens amat: hoc ore vel sermõe replicat. Nam ex abundantia cordis os loquit. Matt. xij. Ex quo patet ꝙ vero ore deum amat qui mala nõ loquit sed de eo sepe replicat in collocutione: in ꝯfessione peccatoꝝ: in dei laude ꝛ orõne. Sic fecit btũs Bartholome⁹ qui chr̃m Jesum predicare non destitit vsqꝫ ad mortẽ: ipm̃ laudauit ꝛ exorauit quotidie centies in die ꝛ centies in nocte genibus flexis: ꝛ sic oẽs actus tam diurnos q̃ꝫ nocturnos orationibus preueniebat: sic faciendum est christiano. Unde Aug. in quadam ep̃la dicit. Om̃e quodcunqꝫ inchoaueris facere: primo inuoca deũ ꝛ gr̃as ei age: ꝛ cũ consummaueris illud similiter fac. Item Hiero. ad Eustoch. Egredientes hospitiũ armet orõ: regredientib⁹ de platea oratio occurrat. Nec cibi ante sumantur nisi oratione premissa: nec recedat a mensa nisi gr̃e referantur creatori: nec prius corpusculũ requiescat in lecto q̃ꝫ anima pascat.

Tertio ope

Tertio amauit opere: vnde. j. Joan. iij. Filioli mei non diligam⁹ ꝟbo. s. tm̃ neqꝫ lingua sed opere ꝛ veritate. Uñ Greg. hom̃. xxiij. Probatio dilectiõis exhibitio est operis. Ecce inquit si vnusquisqꝫ vestrum requirit an diligat deũ: tota fiducia respõdet: diligo: ꝛ infra. Ad vosmetipsos fratres charissimi redite si deũ vere amatis exquirite. Nec tñ sibi aliquis credat quicquid animus sine operis attestatiõe responderit de dilectione cõditoris: lingua: mens: manus ꝛ vita requiratur: nunq̃ꝫ em̃ est amor dei ociosus: operat em̃ magna si est: si autẽ operari renuit: amor non est. Hec ille. Ad id etiam Prosp. vt habet de pe. di. ij. Charitas est. d̃t ꝙ charitas dei facit pc̃tõ resistere: bonis operib⁹ abundare: seculi blandimenta ꝯtemnere: ꝛ oĩa difficilia ꝛ aspera perficere. Btũs Bartholomeus sic chr̃m amauit ꝓ cuius amore seipm̃ morti exposuit: ꝗ ꝛc̃.

C
Questio

C Querit hic: Utrũ qualiscunqꝫ dilectio dei ꝛ quantũcunqꝫ parua sufficiat homini ꝓ salute eterna? Rõ questiõis est: quia etiã si in infimo gradu charitatis sit quis: in statu est salutis. Nam ẜm Frã. may. sup. j. di. xvij. Impossibile est existentem in charitate nõ esse gratũ ꝛ deo acceptũ ad vitã eternã: q2 implicat ꝯtradictionẽ esse in charitate ꝛ nõ esse charum deo: ꝗ in charitate impossibile est dãnari. Sed in ꝯtrarium facit: q2 non oĩs amans deũ gratuite amat: ꝗ non om̃is amor est vite eterne meritorius: vt etiã docet Berñ. sup Cañ. ser. vij. Sed illa inquit anĩa amat deum gratuite que amat caste ꝛ sctẽ in puritate spũs ꝛ ꝓpter se. Respondet ad hec ẜm doct. precipue Aureo. in compeñ. qui distinguũt triplicẽ dei dilectionem.

Triplex dei dilectio

Prima d̃r innata vel naturał que est bonoꝝ ꝛ maloꝝ etiã infideliũ ꝛ damnatoꝝ. Quãuis em̃ culpa mortalis gr̃am extinguat: ꝛ dãnatio eternalis excludat misericordiam: tñ naturałr hoĩ insita sunt hec tria de deo: que. s. nec pc̃m̃ excludit: nec desperatio aut damnatio extinguit. Unum est cognitio dei que ẜm Damasce. naturaliter est hoĩbus insita ꝛ etiã demonib⁹. Uñ Diony. de diui. no. c. j. Summũ bonũ om̃ia desiderant: intellectualia q̊dem ꝛ rationalia cognitione. Hinc. j. Eth. Ratio. semꝑ deprecat ad optima. Aliud est synderesis que est lex rationis naturałr immurmurans ꝯtra malum ꝛ affecta ac stimulans ad bonum in vniuersali. Uñ erubescit homo ꝓ malo opere cum delaudatur: ꝛ delectat in bono laudabili oꝑe ac gloriat. Hec synderesis nec in damnatis extinguit in respectu quo ad penã peccati: licꝫ extinguat quo ad obstinationẽ voluntatis male. Tertium est dilectio naturalis dei: q2 vt d̃t Boetius de cõsol. vnicuiqꝫ menti naturałr inserta est veri boni cupiditas. Aug. Deus quem amat sciens ꝛ nesciens. Sed in damnatis hec dilectio est ita offuscata vt nullũ bonum morale velint in particulari: hec est sufficiens ad salutem.

Scd̃a

Scd̃a dilectio d̃r mercenaria vel seruilis q̃ quis diligit deum ꝓpter bñficia vel queqꝫ ꝯmoda ꝓpria ꝛc̃. De tali ꝑ s̃. Confitebit tibi cũ benefeceris ei. Et talis amor dei est viciosus: quia si diligit deus ꝓpter aliq̃d aliud: iam illd̃ aliud magis diligit q̃ꝫ deus: iuxta illud. j. Posteri. Propter quod vnũquodqꝫ tale ꝛ ipm̃ magis tale. Uerbi gr̃a. Tu amas diuitem propter pecuniam: ergo pecuniã ꝓamas. Sic dicente Señ. Mel musce sequunt: formice frumentũ: cadauera lupi ꝛc̃.

Tertia

Tertia est dilectio casta vel filialis: ꝛ hec sola est gratuita ꝛ sctã vt s̃. dictum est per Berñ.

Responsio

Ad questionem ꝗ rñr ꝙ si in hoĩe fuerit vera ꝛ gratuita hec dilectio dei quantũcunqꝫ parua ꝛ in infimo statu charitatis gratuite sufficit ad salutem: q2 vt d̃t Frã. may. vbi s̃. Esse charꝫ deo est effectus formalis charitatis: sicut esse gratũ est effectus formalis gr̃e: ꝗ impossibile est in aliquo esse charitatem vel gr̃am dei quantũcunqꝫ paruã vel infimi gradus quin illud sit charum ꝛ gratũ deo ad vitã. Nã implicaret ꝯtradictionẽ. Uerũtñ si d̃r parua charitas ꝓ eo ꝙ deficit a rõne gratuite dilectionis: iam talis non sufficit ad salutem vt de naturali ꝛ mercenaria patuit.

D
In q̃ ꝯsistit gtuita dei dilectio

D Sed questio restat. In q̃ ꝯsistit ista gratuita dei dilectio essentiałr: vel qualib⁹ signis verificat? Ad quod respondet ꝙ primũ est signũ: nil contra deũ velle: ꝛ sic nullum pc̃m̃ mortale admittere vel facere. Uñ Greg. hom̃. xxiij. Uere etem̃ diligim⁹ deũ si mandata eius custodimus: si nos a nostris voluptatib⁹. s. viciosis coartam⁹. Uñ ꝛ Joan. xiiij. Qui habet mandata mea ꝛ seruat ea ille est qui diligit ꝛc̃.

Scd̃m signũ

Scd̃m signum dei mandata implendo: ipm̃ diligere pure propter se. i. ꝓpter suam bonitatem: ꝛ ꝓpter nil aliud: vt patuit. Nam licꝫ vt Aug. d̃t in deo esse om̃e bonum quodcunqꝫ desiderari potest (scꝫ vita: salus: victus: copia: honor: gl̃ia ꝛ pax ꝛ om̃ia bona: hec ille) Tamen pure ꝓpter seipm̃ deũ debemus diligere: ꝛ non ꝓpter aliquod nr̃m cõmodũ habendum. Non ꝗ debet deus amari ꝓpter regnũ celoꝝ ita ꝙ si videlicet scires ꝙ deus tibi non daret regnũ celoꝝ: ipm̃ amare nolles: imo si nec celũ nec victũ ꝛ oĩno nil daret: deũ amares: precepta seruando ꝓpter seipm̃ Unde mgr̃ in. iij. dist. xxvij. diffiniẽdo d̃t. Charitas est dilectio qua diligit deus ꝓpter se ꝛ proxim⁹ ꝓpter deum vel in deum. Uñ Aug. li. solił. d̃t. Malo te de⁹ me⁹ habere q̃ꝫ quicq̊d preter te donares mihi sine te.

Tertiũ

Tertium signum firmũ habere ꝓpositum nunq̃ꝫ a dei amore separari sed vsqꝫ ad mortẽ ꝑseuerare. Uñ Prosp. li. de vita ꝯtemplatiua de pe. di. ij. Charitas inquit est recte voluntas iũcta deo inseꝑabiłr: nulli vicio obnoxia ꝛc̃. Proinde Berñ. sup Cañ. ser. lxxxiij. Amor sufficit ꝑ se ꝛ propter se. ipe meritũ ipe premiũ. Et infra. Si mihi deus inquit irascit: nõ vtiqꝫ ego illi irascar sed pauebo si me arguat non redarguet a me sed potius iustificabit ex me. Hec ille. Et Hugo. Dñe hoc desidero ꝙ si etiam debeo damnari: hoc tm̃ da vt possim diligere te in inferno. Btũs Bartholomeus his oĩbus modis dilexit chr̃m: ꝗ nunc cum chr̃o regnat in celo. O homo disce deũ tuũ diligere.

E
De dilectiõe bti bartholomei a chr̃o

E C Circa scd̃m de dilectione bti Bartholomei a chr̃o simulqꝫ ꝛ circa tertiũ de gl̃ificatione sit ꝑ ꝯclõne ꝙ christus dñs beatum Bartholomeum dilexit in terris ꝛ in celis dignitatibus premaximis. Et patet in sex quas ꝑsequamur.

Sex dignitates beati bartholomei

Prima dignitas

Prima dignitas generis regii. Fertur em̃ de eo scripta historia li. de ortu apłoꝝ: licꝫ apocripho: tñ veritati non videt ꝯtrariari historiaꝝ: sed potius cõsonare: vicꝫ ꝙ in Syria vbi plr̃es ꝓuincie ꝛ reges sunt quidam rex habuit filiã que rõnis dictamine recognouit ꝙ idola non essent colenda sed vnus deus. Et puto ꝙ ob hoc indignat⁹ ei diabolus in idolo quẽ ille rex colebat tale dedit rñsum non semel sed pluries ꝓcipiens ꝙ. s. si rex sibi ꝛ suis ac toti regno cauere vellet excidiũ quantoti⁹ ipam suam filiam occidi faceret ꝛ cor ac ambas manus illius ipsi idolo offerret in sacrificiũ. Rexqꝫ consilio oĩm principũ suoꝝ coactus tradidit filiã ne mot⁹ incurreret deoꝝ: ꝛ q̃busdã secretariis ꝓcepit vt illã in syluam remotius ducerent: ne si videret corã se occidi paterno cõmoueret affectu: ꝛ sic eam in sylua occiderent: cor ꝛ manus afferrẽt ad sacrificandũ idolo. Que educta deũ summũ orabat ꝛ eiulãs flebat. Uñ diuino nutu factum est ꝙ illi secretarii misc̃dia moti sunt ꝛ consi

lio inito inter se: decreuerũt manus eius ambas ꝑscin-
dere ⁊ dimittere. accepto iuramẽto ab ea: ꝙ tam longe
discurreret ꝙ nunq̃ de ea rex ipẽ audire posset ꝙ viua
foret: ⁊ ꝙ nulli rem hanc aut genus pãderet. ⁊ sic dimi-
serunt eam. Pro corde autẽ eius canẽ qui insecutꝰ eos
fuerat occiderũt: ⁊ cor illius cum manibus puelle attu
lerunt: ac idolo sacrificauerũt. Illa ergo truncatis ma
nibus ꝑ syluas flens discurrebat quãto remotiꝰ a pñia.
⁊ tandẽ deuenit ad quoddã cenobiũ dñaꝝ: vbi ob cul-
tum dee Veste monastice manebãt. Quã ille videntes
more regio vestitã ⁊ delicatã: sed manibus truncatã in
terrogañ. vnde esset aut venisset? Illa nil aliđ nisi flẽs
hoc dicebat. ꝙ deus ipẽ nouit ꝙ innocẽs suꝫ. Ille ǥ sus
ceperũt eam. Post aliqđ tp̃s accidit: vt rex illius pro-
uincie vbi erat cenobiũ dominarũ p̃dictaꝝ causa visi-
tandi cum filio aduenisset. Ubi filius regis vidẽs inter
alias ꝟginẽ istam regiã: cõcupiuit sibi desponsari: ⁊ pr̃i
suꝑ hoc supplicare cepit. Cũq̃ paŧ non annueret: eo ꝙ
genus illius nesciret: ⁊ trũcata foret adolescẽs languo
re corripiŧ. Et ne spm̃ exhalaret: rex coactꝰ est filio suo
illã copulare celebratis nuptijs more regio. Tandem
euolutis annis rex moriŧ: ⁊ iste regis filius in soliũ pa-
tris exaltaŧ. Interea regina a rege cõcepit. Cunq̃ rex
cum exercitu ꝓcessisset lõgius cõtra hostes inuadẽtes
sui regni fines. Ecce regina in domo regia adueniente
tp̃e ꝑtus peꝑit filiũ elegantẽ. Fit leticia cunctis: ⁊ nun
cius ad regẽ cum lr̃is suꝑ hoc mittiŧ. Is aũt nũcius q̃-
dam die in itinere hospitatꝰ apud quendã nobilẽ q̇ a re-
ge iusticia exigẽte fuerat multa damna in possessionibꝰ
suis ꝑpessus. Auditꝫ istis nouis: ecce a diabolo instiga
tus nunciũ illũ inebriat ⁊ dormire facit: lr̃as de pera il-
lius excipit: ⁊ sigillo illiꝰ integre detracto aliaꝫ chartã
scribit: cui illud sigillũ innectit: ⁊ in perã nuncij reponit
sic cõtineñ. Notũ sit regi. ꝙ de vxore Manca natũ est
monstrũ demoni simile. cuiꝰ caput maximũ collo retor-
to: manibus ⁊ pedibus ineptũ. aures q̃si asinine. oculi
terribiles. vnus supior altero. ⁊ mľta talia derogatiua.
Subiũxitq̃. ꝙ non est fas ꝓpter honorẽ regiũ tale vi-
uere. Mane surgens nũcius: huius facti nescius iter ꝓ
sequiŧ. Et tandẽ ad regẽ ꝑueniẽs gaudiosa noua nũci-
at: ⁊ lr̃am p̃sentat. Quã rex ꝑlegens tristit efficiŧ de ta-
li filio: ⁊ mãdauit illi ne cuiq̃ suꝑ hac re loquaŧ. ⁊ misit
ꝑ eundẽ lr̃as vt filiũ sibi natũ reseruarẽt videndũ. ⁊c.
In reditu nũcius apud eundẽ hospitẽ hospitaŧ: q̇ curio
sius eũ de rebus gestis inq̇rit: ⁊ silr̃ inebriañ. cum lr̃as
regis exq̇rit: ⁊ vt ꝑus detracto sigillo aliam chartã sub
scribit: mandañ. sub pena capitis duobus p̃ncipalibus
illis senascallis: vt quãtocius vna nocte reginã cũ filio
ducerẽt in syluã: ⁊ secreto ambos occiderẽt. Quid plu
ra? Allatꝫ istis lr̃is ꝯtristati sunt senascalli. interrogãt
nũciũ q̇d rex mãdauerat oretenus ⁊ q̇d dixerit? rñdit.
Aliud nescio: nisi ꝙ ꝑlectis lr̃is: mox cõminatus est mi-
hi: ⁊ mãdauit ne cuiq̃ de hoc loq̃rer. Tandẽ mirantes
isti cõsilio inito inter se decreuerũt qđ scriptũ fuerat in
lr̃is ꝑficere. Et reginã cũ filio duxerũt noctu in syluam
ad occidendũ. Qđ illa intelligẽs cepit deũ inuocare et
fusis lachrymis supplicare vt saltẽ parcerent puerulo
ĩnocenti. Et qm̃ non est sapiẽtia: non est consiliũ contra
dñm: diuino nutu cõmoti sunt pietate: ⁊ iuramẽto exa-
cto ab ea ꝙ discederet ad remota vbi nullus eaꝫ nosce
ret: vel de hoc scire posset: dimiserunt. At illa ꝑ syluas
vagans ⁊ flens die illucescẽte sitim magnã sustinens: ꝑ
uenit ad quendã puteũ altũ: ⁊ introspiciẽs: nec habens
quo hauriret angustiañ. cũ se ĩclinasset: ecce pueꝝ quẽ
manibꝰ habebat de vlnis dilapsum cõtinere non potuit
eo ꝙ esset manca: sed infans ille in puteũ cecidit. O q̊t
tunc clamorosis fletibus mater mestissima exclamaue-
rit q̇s narrare poterit? Et quoniã nullũ hoĩem videbat
adesse q̇ iuuaret: ad deũ celi clamabat di. O deus meꝰ
quõ perij vna cũ filio: que tamẽ totã spem a p̃ncipio in
te habui. Ecce aũt deus misericors cum tentatione fe-
cit ꝓuentũ: mox em̃ angelus dñi in specie viri astitit: et
aqua putei subleuata pueꝝ viuũ suꝑnatantẽ quasi nul
lius esset ponderis sustulit. Ad quẽ cum mater manus
extendisset: ecce angelus tangeñ. eas integre restituit:
⁊ disparuit. Ingẽti ergo gaudio repleta puerũ ob hoc
vocauit Bartholomeũ: qđ interp̃taŧ filius suspendẽtis
aq̃s. ⁊ est nomẽ syrũ ⁊ nõ hebreũ. Tunc deo gr̃as agẽs
inspiratũ est sibi vt remotius nõ discederet: sed ad ante
dictũ cenobiũ diuerteret: ibiq̃ suscepta cum rex tandẽ
victor rediret p̃missis cognitis ꝯsternatus aĩo cepit re
quirere vxorẽ vbi esset cũ filio. Quid plura? Uenit plo
rando ad cenobiũ vbi amaritudinẽ cordis indicauit do
minabus. Quibus ꝓdentibus: ibi eam sanã cũ filio re-
periens: ingenti gaudio est repletus: ⁊ ad palatiũ redu
xit. Postmodũ rege mortuo Bartholomeus iam adul
tus in regem eligiŧ illius ꝓuincie q̇ vnius dei fidẽ am-
plexus est: ⁊ ꝓselitus in fide iudeoꝝ effectus. Et sic ptꝫ
ꝙ ipẽ fuerit ex regali origine ⁊ dignitate. Et huic ꝯcor
dat qđ dicit legẽda ipm̃ in purpura et collobio regio ꝑ
singľos angulos gemmis ornato ⁊c. sequẽdo chr̃m man
sisse. Est aũt collobiũ vt in lib. Catho. diciŧ ꝟginale pal
liũ vsq̃ ad talos depensum. F Scđa dignitas ele-
ctionis chr̃i. Nam ipẽ solus Bartholomeus inter apo-
stolos ex gentibus extraneis. i. nõ hebreis electus est
in apľatũ. Apľatus aũt sũme dignitatis in eccľia. vt đt
Dioñ. pre oĩbus g̃dibus sctĩtatis. Et in hoc ipẽ etiã inŧ
apľos claret p̃uilegio. vicꝫ ꝙ alij oẽs apľi ad chr̃i vocẽ
vocãtis sŧ cũ secuti. Ipẽ sola fama chr̃i audita ipꝫ secu
tus est. Itẽ q2 alij pauciora ꝓ chr̃o reliquerũt: ipẽ re-
giam dignitatem ⁊c O vere magnũ reputareŧ hodie si
aliq̇s rex vel tm̃ baro om̃ia relinq̇ret ⁊ religionẽ intra
ret. Sic in ꝓposito. G Tertia dignitas decoris vir
ginei. Non em̃ legiŧ vxorẽ habuisse. Oꝫ aũt ꝟgo fuerit
pluribus ex signis colligiŧ. Nam quero. Que sũt signa
sctĩtatis ꝟginalis q̇bus verisimilr̃ cognosciŧ: aut putaŧ
inesse homi? Ad qđ fm̃ doct. respondeŧ. ꝙ vnũ est an-
geloꝝ visitatio ⁊ associatio. Unde Hiero. ad Paulam ⁊
Eustochiũ de assumptione dicit. Bene angelus ad vir
ginem mittiŧ: quia semꝑ est angelis cognata ꝟginitas.
Sed de btõ Bartholomeo apľo legiŧ. ꝙ angeli cum eo
semꝑ ambulabãt ⁊ ministrabãt ei. Scđm signũ est mun-
dicie exterioris dilectio. Exterior em̃ mũdicia in oĩbus
s. in loq̇la: in habitu: in cõuersatione. ⁊ sic de alijs: signũ
est interioris. Unde ph̃s. iiij. Eth̃. đt. Qualis vnusq̇sq̃
est intus talia dicit ⁊ opaŧ: ⁊ taliŧ viuit. Hec ille. Sed
ipẽ btũs Bartholomeus tam mũde se seruauit ab om̃i-
bus pctĩs: ⁊ vixit vt semꝑ letus ⁊ hilaris ꝑseueraret. s.
pro serenitate cõscientie. vt legiŧ de eo. Itẽ semꝑ por-
tasse legiŧ collobiũ qđ est ꝟginale palliũ. Tertiũ signũ
est carnis incorruptio: ⁊ eius per miraculũ declaratio.
quia carnis itegritas est pro signo ꝟginitatis fm̃ Aug.
⁊ om̃es doct. Sed btũs Bartholomeus apľs legiŧ car
nem candidã habuisse: vt etiã vestes ⁊ sandalia non sor
didarenŧ: nec veterascerẽt diuino miraculo. ergo seq̇ŧ.
⁊c. Quarta est amoris feruidi. Nam erat in or̃one tã
feruẽs ꝙ demon clamaret di. O apľe incendũt me or̃o
nes tue: ⁊ centies in die: cẽties in nocte genibus flexis
orauit. Quita est martyrij p̃clari. quia acerbissimas
passiones pro chr̃o sustinuit. s. crucifixionẽ: fustiũ cesio-
nem: excoriationẽ: decapitationẽ Sexta dignitas ad
uocationis pro pctĩs populi. Legiŧ em̃ ꝙ anno domi-
ni. cccxxxj. Saraceni insulã Lipparim vastauerũt: vbi
corpus scti Bartholomei q̇escebat: ac eius sepulchrũ
cõfringẽtes ossa disparserũt. Illis recedẽtibus appa-
ruit apostolus cuidẽ monacho dicẽs. Collige ossa mea
Nam per multũ tp̃s populo huic meis meritis ⁊ inter-
cessione dñs pepercit: ⁊ vsq̃ nunc eos cõseruauit in pa-
ce. Sed iam eoꝝ pctĩs nimis inualescẽtibus: ⁊ vsq̃ ad
celũ clamãtibus diuino iudicio perierũt. Et cum mona
chus sibi diceret: quomõ inter multa alioꝝ ossa possem
discernere tua? Respõdit. Nocte ad ea colligẽda ibis:
⁊ ea que vt ignem splẽdentia videris: ꝓtinus leuabis
Et sic ille ossa eius collegit ⁊ cõscendens nauem Bene
uentũ: que est metropolis Neapolie transtulit. O ergo
charissimi accedamus ad btm̃ interpellandũ Bartho-
lomeũ: vt suis meritis impetret nobis a chr̃o gr̃am in
p̃senti: ⁊ gloriam in futuro. Amen.

Scđa digni-
tas electõis
chr̃i.

Tertia de-
coris ꝟginei

Collobiũ

quarta amo-
ris feruidi.

Sexta digni
tas aduoca-
tionis.

¶ De s. Bartholomeo Ser. iij. de dilectõe dei ⁊ pxi.

A Hoc est p̄ceptū meū: vt diligatis inuicem sicut
dilexi vos. Joā.xv. A Sicut dicit Augu.
Unusq̄sq̄ hoim hoc effundit in s̄mone: q̄ plen⁹
est in corde. q2 dicente saluatore Mat.xij. Ex
abūdantia cordis os loquit̄. Sicut vas q̄dcunq̄: illud ꝛ
non aliud effundit quo plenū est. Sic in ꝓposito. Quia
aūt chr̄s dn̄s plenus erat charitate qua adeo nos ama
uit: vt de celis in vterū descēderet v̄ginis: ꝛ n̄ram car=
nem assumēs: suo sanguine ꝛ morte nos redimeret. Un̄
Apocal.j. Dilexit nos ꝛ lauit nos a pctis nr̄is. Et.j. Jo.
iij. In hoc cog̃uimus charitatē dei: q̄m ille ꝓ nobis ani
mā suā posuit. Ex q̄ ergo plenus erat chr̄us charitate:
Imo ip̄a charitas fuit. quia de⁹ charitas est: ꝛ q̄ manet
in charitate in deo mānet: ꝛ deus in eo.j. Joā.iiij. Id=
circo hoc nobis p̄dicanit: hoc mandauit. s. p̄ceptū chari
tatis di. Hoc est p̄ceptū meū vt diligatis inui. ꝛc. Et q2
hec v̄ba dixit ap̄lis: ꝛ de illis canit eccl̄ia. ideo int̄ eos
de sctō Bartholomeo ꝯuenient accipiunt̄ hec v̄ba. Ju
xta que tria mysteria notabimus pro sermone isto.

¶ Primū de charitatis p̄cepto: ibi. Hoc est p̄ce. ꝛc.
¶ Secundū de eius regularitat3 modo debito quo
Diligamus ꝛc.
¶ Tertiū de christiformitatis exemplo. Sicut inq̄t
B dilexi vos ꝛc. B

¶ Circa primū de charitatis p̄cepto tres p̄cipue que
stiones occurrunt declarande.

¶ Prima de eius singularitate.
¶ Secūda de eius formali q̄litate.
¶ Tertia de eius nouitate.

¶ Prima q̄stio est quā ꝓponit Grego. in hom̄. de ap̄lis
di. sic. Cū cuncta sacra eloq̄a plena sint dn̄icis p̄ceptis:
q̄d est ꝙ de sola dilectione q̄si de singulari mādato dn̄s
d̄t. Hoc est p̄ceptū meū: vt diligatis inuicē. Et rn̄dens
d̄t ꝙ ideo. q2 dn̄ica p̄cepta licet sint multa ꝑ diuersitatē
op̄is: sunt tamē vnū in radice charitat3. Om̄e ergo mā
datū de sola dilectione est. q2 quicq̄d p̄cipit̄ in sola cha
ritate radicat̄. Exemplū ponit di. Ut em̄ m̄lti arboris
rami ex vna radice ꝓdeunt. sic m̄lte v̄tutes ex vna cha
ritate generant̄: nec habet aliq̄d viriditatis ramus bo=
ni op̄is: si non manet in radice charitatis. Hec ille. Nō
aūt hoꝝ est. q2 oīa p̄cepta ꝛ eoꝝ obs̄uantia a charitate
ꝓcedunt sicut a fonte vel p̄ncipio. et om̄ia ad charitatē
ordinant̄ vel reducunt̄ vt ad finem.j. Tim.j. Finis p̄ce
pti est charitas. Nā q̄re p̄cepit deus: Unū credere deū
nisi vt illū verū deū diligas quē credis. Itē q̄re p̄cepit
Non assumes nomē dei tui in vanū. Et iterū: Sabbata
sctifices: nisi vt ex amore dei nomē honores: ꝛ ip̄m deū
in charitate colas speciali cultu in die festo. s. misse au=
ditione. ad q̄d q̄libet tenet̄ sub p̄cepto. de conse. dist.j.
missas. Itē q̄re p̄cepit: Honora p̄rem ꝛ m̄rem. Non oc=
cides. Non furtū facies. Non mechaberis. Non falsum
iuraueris ꝛc. nisi vt vere diliges p̄ximū per om̄ia sicut
teip̄m. Unde Chrys̄. sup Mat. Qui p̄ximū diligit. s. ve
re: nō occidit illū quē diligit: nec mentit̄ illi quē diligit:
nec falsum testimoniū d̄t de illo: nec cōcupiscit rem illi⁹:
nec mulierē ei⁹ iuadit: quē diligit. Sic̄ em̄ odiū sugge=
rit facere om̄e malū: sic dilectio om̄e bonū. Hec ille. Et
sic p̄tz ꝙ vita chr̄iani debet radicari in charitate vt sal
C uet̄. Eph.iij. In charitate radicati ꝛ fūdati. C Se
Sc̄da q̄stio charitat3 ꝑximi. cūda q̄stio. Quare sub hac forma ꝓposuit chr̄s p̄ceptū
charitat3: vt diligam⁹ p̄ximū. nec addidit de dei dile=
ctione: cum tamē magis obligat̄ homo deū diligere. q2
supra q̄3 oēm p̄ximū ꝛ oēm creaturā. Mirū est ergo. ꝙ
om̄ia p̄cepta in dilectione p̄ximi includen̄. noīauit: nec
mentionē fecit de dilectione dei. Ad q̄d s̄m docto. assi=
Prima ratio gnant̄ rōnes plures. Una est ex p̄te finis. q2 vt Augu.
dicit. Proximus diligi debet ꝓpter deū ꝛ in deū: ꝛ non
aliter. Qui ergo diligit p̄ximū ꝓpter deum: necessario
diligit deū. q2 ꝓpter vnūquodq̄ tale ꝛ ip̄m mag3.j. Po=
sterioꝝ. Alia ratio cōiunctionis vel inclusionis. q2 ista
duo. s. dilectio dei: ꝛ dilectio p̄ximi sic se mutuo inclu=
Secūda. dunt: ꝛ adeo sunt cōiuncta vt vnū cōtineat̄ in alio. Q̄d
sic p̄tz. quia q̄ diligit vere deū: om̄ia eius p̄cepta s̄uat.
Joā.xiiij. Qui hab3 mādata mea ꝛ s̄uat ea: ille est qui
diligit me. Sed deus p̄cepit p̄ximū diligere. ḡ non pōt
hō deū vere diligere: nisi diligat p̄ximū. Un̄.j. Joā.iiij.
Si quis d̄t: quia diligo deū ꝛ p̄ximū odit: mendax est.
Et hoc mandatū habem⁹ a deo: vt q̄ diligit deū: diligat
ꝛ frēm suū. Item q̄ diligit p̄ximū non nisi ꝓpter deū de
bet diligere. ergo ꝛ deū diligit. Unde Chrys̄. Uide dei
amorē amori nostro velut catenā copulatū. Non em̄ est
possibile habentē vnū mandatū non h̄re scd̄m. Et ponit
ide3 exemplū. Sicut inq̄t rex in imagine sua honorat̄
vel cōtemnit̄. sic deus in hoīe vel diligit̄ vel odit̄. Ter Tertia.
tia ratio deductiōis. quia dilectio dei lic3 sit maior ꝛ ꝑ
fectior dilectione p̄ximi: tm̄ ip̄a dilectio p̄ximi est via q̄=
dam ad dilectionē dei. sicut puericia est via ad statū vi
rilē q̄ est ꝑfectior. Grego. aūt hom̄.xxxvij. d̄t. Ex his q̄
animus nouit surgit ad incognita que nō nouit: vt per h̄
ꝙ scit notū diligere: discat ꝛ incognita amare. Hec ille
Et sic per dilectionē p̄ximi deducit̄ q̄si ꝑ viā homo ad
diligendū deū. vt hec notat Lyr̄. sup.j. Joā.iiij. Uoluit
ergo chr̄s dn̄s solū de dilectione p̄ximi p̄ceptū ꝓpone
re: quia in eo cōtinent̄ om̄ia. ꝛ ꝑ illd̄ ducit̄ hō ad dei di=
lectionē. Hinc Rom̄.xiij. Qui p̄ximū diligit legem im=
D pleuit. D Tertia q̄stio addit̄. Cur hoc mandatū di
Tertia q̄stio mandatū nouū dilectōis cit̄ nouū. Mandatū inq̄t nouū do vobis: vt diligatis in
uicem sicut dilexi vos. cū tamē ab olim scti p̄res dilexe
runt se inuicē: ꝛ ip̄is datum fuit hoc mandatū in veteri
legē. Rn̄det̄ s̄m Ludol. lib. de med̄. vite chr̄i. ꝙ h̄ man
datū non dicit̄ nouū quantū ad substantiā. quia fuit da
tum in veteri lege: que etiā p̄cipit deū sup om̄ia: ꝛ p̄xi
mos sicut se diligere. sed dicit̄ nouū quantū ad manda
ti formā quā subiūgit. Sicut dilexi vos inq̄t. quia chr̄s
intantū dilexit nos: vt mori dignaret̄ pro nostra salute
ip̄e deus noster quod a seculo fuit nouū et inauditum.
Item dicit̄ etiam nouum quantū ad effectum. quia ve=
tustatem peccati aufert: ꝛ aīam in chr̄o renouat: ꝛ re=
nasci denuo facit per sp̄ūssancti gr̄am. Et ibidem ponit̄
exemplū tale. quia modus vnus renouādi vinū vetus
qn̄. s. amisit colorē ꝛ saporē est iste. ꝙ ponit̄ cu3 vino no
uo ꝛ forti sup feces nouas: ꝛ ibi recipit colorē et saporē
ex feruore vini noui. ꝛ sic renouat̄. Sic mandatū de di
lectione fuit valde antiquatū vt non sapet. Sed appo=
sita est nouitas charitat3 in passione chr̄i: vbi feruentis
sima fuit dilectio. ꝛ sic fecit nouū. O ergo homo chr̄ia=
ne stude deū diligere: ꝛ p̄ximū amore chr̄i exemplo be E
De regulis charitatis. ati Bartholomei. E

¶ Circa scd̄m de modo debito charitatis ꝛ eius regu
lis. q̄m queri pōt: Quomō debeat homo diligere deū:
ꝛ quomō p̄ximū. Idcirco tres potissime regule de hoc
sunt notande.

¶ Prima regula de dilectione dei.
¶ Secūda de dilectione p̄ximi.
¶ Tertia de dilectione inimici.

¶ Prima regl̄a de dilectione dei est. s. ꝙ d̄s est ab om̄i Pr̄ia regula
bus hoibus diligēdus ꝓpt̄ se ꝛ sup oīa. Hec regl̄a p̄tz
ꝑ magr̄m ꝛ doc. in.iij. dist.xxvij. Nam ꝛ Bern̄. de dili.
deū dicit. Causa diligēdi deū deus est. q̄d est dicere ꝙ
debemus deū diligere pure ꝓpt̄ suā bonitatē: q2 totus
est bonus ꝛ desiderabilis ac amabilis. Nam q̄cquid est
in deo est sūmū bonū: ꝛ summū desiderabile sup oīa bo=
na mūdi. Ans̄. lib. monol̄. Deus est summū bonū quo nil
maius cogitari pōt. Et ideo d̄s debet diligi sup oīa: et
ꝓpter se. quia si diligeret̄ ꝓpte aliq̄d aliud: iam illd̄ p̄=
ferret̄ deo ꝛ p̄eligeret̄. Sed ipossibile est aliq̄d melius
esse vel eligibili⁹ deo. Non debet ḡ diligere homo deū
ꝓpter ꝓpriū cōmodū: sed pure ꝓpter deū. ꝛ sup oīa. i.
sup oēs res t̄pales: sup ꝓpinq̄s ꝛ sup oīa creata ac etiā
sup nosmetip̄os. Hinc Luce.xiiij. Si q̄s venit ad me: et
non odit p̄rem aut m̄rem: ꝛ vxorē: ꝛ filios: ꝛ frēs: ꝛ soro=
F res: adhuc aūt ꝛ aīam suā: non pōt me⁹ esse discipulus.
Sc̄da regula F Secūda regula est de dilectiōe p̄ximi. vic3 ꝙ oīs
homo tenet̄ diligere p̄ximū in deū ꝛ ꝓpter deū. Et p̄tz
hec regula in.iij. dist. qua s̄. Unde Augu. lib.l. hom̄. in=
q̄rens q̄ sit ista dilectio p̄ximi: de qua p̄cipit̄. Diliges p
ximū tuū sicut te ip̄m. distinguit q̄druplicē dilectionē. quadruplex
Prima est carnalis que est inter virū ꝛ vxorē. ꝛ vt dicit dilectio.
ista dilectio lic3 sit licita: nō tn̄ est v̄tuosa vel meritoria
vite eterne. Sed si vis vt sit meritoria: nō debes vxorē

diligere tm̄modo ꝓpter carnalē affectū. quia hoc etiã est in brutis aĩalibus. sed debes diligere in deū ⁊ ꝓpt deū. i. qꝛ vxoꝛ est mlier bona ⁊ iusta. vel vt bona ⁊ iusta sit. Qui eīm sic diligit vxorē. s. i deū ⁊ ꝓpt deū: sic̄ seipm. i. ad id ad qđ seipm. hoc est ad grãm in p̄senti: ⁊ glĩam in futuro. iam talis merek. qꝛ non dilig. ⁊ vxorē vt vxorē sed deū diligit in vxore. Et de hac meritoria dilectione dt apl's Eph. v. c. Uiri diligite vxores vr̃as sicut ⁊ christus dilexit ecclĩam ⁊c. Secūda est dilectio naturalis qua pater diligit filiū vel ecōuerso. ⁊ mater amat filiū ⁊c. Et ista etiã de se nō est meritoria. qꝛ cōmunis est serpentibus ⁊ aĩalibus. Augu. Serpētes: leones: ⁊ lupi filios amãt. Noli ergo ꝓ magno reputare ꝙ amas filios tuos: si non amaueris: a serpentibus vinceris. Hec ille Et sic ptꝫ ꝙ non est meritoria hec dilectio: sed erit meritoria si amaueris in deū ⁊ ꝓpt deū: vt. s. sit bonus. vel qꝛ est bonus. Ideo ad Eph. vj. Uos p̄res filios vestros educate in disciplina ⁊ correctōe dn̄i. Ptꝫ ḡ ⁊c. Tertia est dilectio socialis: qua amicus amat amicū vel cohabitantē in primū aut sociū. Et ista etiã licet sit licita: nō tn̄ est meritoria. qꝛ cōmunis est pecoribꝰ. Sicut ponit exēplū Augu. de duobꝰ eqs sil' mãducãtibus q̄ desiderant se videre. ⁊ sic de alijs. Sꝫ pōt esse meritoria si qs amat amicū in deū ⁊ ꝓpter deū. sic eīm deū amat in amico. vt supra dictū est. Quarta est dilectio rōnalis. qua (inqt Augu.) diligimꝰ hoīem ꝓpter fidem. s. chri: ⁊ mutuã beniuolentiã sicut nosmetipos. i. ad id ad qđ nos. h est ad grãm in p̄senti: ⁊ glĩam in futuro. Ista dilectio. s. ꝓpter fidē ⁊ bonitatē non pōt esse in brutis. qꝛ non hn̄t vsum rōnis: sed tm̄ in bonis hoībus qui in deū ⁊ ꝓpter deū amãt primos sicut seipos. i. vt sint fideles et boni. vel qꝛ sunt fideles ⁊ boni: ⁊ est meritoria. Et sic patꝫ prima regula.

¶ Tertia regl'a.

¶ Tertia regula est de dilectione inimici. s. ꝙ oīs homo tenek diligere inimicū in vniuersali quantū ad naturã ꝓpter deū. Unde p̄cipik Matt. v. Diligite inimicos vr̃os: bene facite his q̄ oderūt vos ⁊c Unde Grego. hom̄. de apl'is dt. Ille charitatē veracit habet: q̄ ⁊ amicū diligit in deū: ⁊ inimicū diligit ꝓpter deū. Nam s'm s. Tho. ij. ij. q. xxv. ⁊ cōmuniter doct. Dilectio inimicoꝝ quantū ad naturam in vniuersali est de necessitate charitat'. ⁊ hoc quo ad bona glĩe in futuro Et de hoc alibi latius.

Questio.

Sed q̄ri sufficiat hic. Utrū inimici qui sunt mali sint ex charitate diligēdi? Respōdetur s'm sctm̄ Tho. vbi supra. et docto. cōmuniter. ꝙ inimici inquantū sunt mali cōsiderando quantū ad culpã: sic sunt odiēdi. Nam ⁊ ip̄e deus odit malos inqn̄tū sunt mali. Unde ps̄. Iniq̄s odio habui ⁊c. Sed inimicos malos ꝯsideranū. inquantū hoīes sunt ad imaginē dei facti sic sunt diligēdi. quia adhuc sunt in via ⁊ potentia veniendi ad pn̄iam ⁊ grãm ac glĩam. Et hoc optare sibi debeo ꝓpter deū vt sit bonus. Un̄ Augusti. Cum dico homo malus duo dico. s. homo ⁊ malus. Inquantū homo: est diligēdus. inquãtū malus: est odiendus. hoc est maloꝝ hoīm malicia odienda est. sed natura possibilis beatificari est diligenda. Hinc idem Augu. Sic diligank hoīes vt eoꝝ non diligank errores. Idem de doct. christiana dicit. Oīs pctōꝛ inquantū pctōꝛ non est diligēdus. ⁊ oīs homo inquantū homo est diligēdus ꝓpter deū: deus xo ꝓpter seipm̄. Hec ille. Ad ꝓpositū. Btūs Bartholome. has regulas obſuauit. et ideo iam cōregnat cū chro in celis. O ḡ chr̄iane fac sic̄ ⁊ viuas. ℔

℔ De chr̄iformis dilectionis exēplo.

¶ Circa tertiū de chr̄iformis dilectionis exemplo. qa dicit. Sicut dilexi vos ⁊c. accipiamꝰ pro cōclusione sententiã scti Bern̄. dicētis. Chr̄s dn̄s tripl'r dilexit nos. dulciter: sapienter: ⁊ fortiter. Sic nos exemplo eius nostros primos diligere debemꝰ. Primo nanq̄ chr̄us dilexit nos dulciter: in eo ꝙ nr̃am humanã naturã induit: ⁊ ip̄e oīm dn̄s ⁊ deus nos in amicitiã sibi ꝑpetuo cōiunxit ⁊ in frēs adoptauit: ac dulcissime nos ad salutē monuit et attraxit. Sic nos debemus primos diligere vt fratres dulciter cōuersantes: neminē turbantes: nulli malum pro malo reddentes: sed cum oībus pacem habentes: ⁊ pietatis affectū veraciter exhibētes. j. Tim. ij. Quietã ⁊ tranquillã vitam agamus in oīm pietate. hoc eīm bonū est ⁊ acceptū corã deo ⁊ salutatore nostro. Item. j. Ioã. iij. Si quis viderit fratrē suū necessitatē habentē: ⁊ clauserit viscera sua ab eo: quō manet charitas patris in eo. ⁊c.

Scđo dilexit nos chr̄s sapienter.

Scđo dilexit nos chr̄s sapiēter. quia culpam nr̃am cauit ⁊ redarguit. Sic nos diligamꝰ primos: vt eoꝝ vicijs ⁊ pctis nullatenus cōsentiamus: alioqn insipienter diligit qui pro amore primi deū peccato offendit. qꝛ dicik Rom. xij. Dilectio malū non opatur. Si ergo operak malū: nō fuit vera dilectio: qꝛ chr̄o ⁊ deo cōtraria. Ideo Amb. v. q. v. Non osculak (inqt) semp pater filiū: sed aliqñ castigat. Ergo quãdo castigatur qui diligik: tunc circa eum pietas exercek. habet eīm ⁊ amoꝛ plagas suas. Hec ibi. Patꝫ ergo ꝙ ex charitate mali sunt corrigēdi.

Tertio dilexit nos fortit

Tertio chr̄s dilexit nos foꝛtiter. Nimirū fortius dilexit nos q̄ꝫ possit diligere sociꝰ sociū: q̄ tn̄ dilectio mag̃ est ink hoīes. Sed eminentiꝰ diligere nos ostēdit: cū ait Mat. vlt. Ecce ego vobiscū sū vsq̄ ad cōsumationē seculi. Alij quippe socij si vsq̄ ad mortē nobiscū p̄seuerant bonū est. sed ip̄e in ꝑpetuū nobiscum est. Item fortis est dilectio inter virū ⁊ vxorem: sed fortius ⁊ magis dilexit nos chr̄us. qui dicit Hiere. xij. vulgo dicik. Si dimiserit vir vxorē: nunqd reuertek ad eam vltra. Tu aūt fornicata es amatoribꝰ cū mltis: tamē reuertere: ⁊ ego suscipiã te dicit dn̄s. Preter hec fortioꝛ est dilectio mr̄is ad filiū. sed sup hanc nos chr̄s dilexit. qꝛ dicit Esa. xlix. ca. Nunqd obliuisci potest mulier infantē suū vt nō misereak filio vteri sui. ⁊ si illa oblita fuerit: ego non tamē obliuiscar tui. Ecce in manibꝰ descp̄si te. Hec ibi. Nam vulnera in manibus a chr̄o suscepta pro nobis extēsis in cruce manibus: signū sunt amoris q̄si velit amplexari nos. vt dt Bern̄. Insup foꝛtissima est dilectio qua aĩa diligit corpus: a quo nullo modo vellet separi. Sed sup hanc chr̄s nos dilexit qñ pro nobis aĩam e corpe emisit in cruce moriendo. Ioã. xv. Maiorē charitatē nemo habet: vt aĩam suã ponat. ⁊c.

Aĩam ꝓ fratribus exponere.

Sic ⁊ nos debemꝰ primū fortiter amare. Un̄. j. Ioã. iij. In hoc cognouimꝰ charitatē dei: qm̄ ille aĩam suam pro nobis posuit. i. vitam. Et nos debemus pro frĩbus animas ponere. Lyra. i. vitam corpalem pro salute anime primi. Non tn̄ ad hoc cōmuniter tenenk hoīes. sed solū in casu necessitatis. vt si q̄s videat primū piclitari in anima: ⁊ non pōt sibi aliter subuenire nisi ꝑ hoc ꝙ exponat se morti corporali pro illius salute: in tali casu tenek et non al's. Illi tamē q̄ habēt curã animaꝝ. vt sacerdotes curati: episcopi: ⁊ p̄lati alij non solū in hoc casu: sed etiã in alijs tenenk pro salute subditoꝝ vitã exponere corpalem: puta siqñ hereticus vt lupus latens intrat gregem ad corrumpendū in fide vel moribus alioqn nō esset pastoꝛ: sed mercenarius. Hec Ly. Sꝫ aĩam ꝓpriã ad peccandū vel per cōseq̄ns dãnationem obligandã nullus debet exponere pro toto mūdo: etiã saluãdo ad btitudinē. Unde pro toto mūdo saluãdo nō debes facere vnum pctm̄ mortale. Mat. xvj. Quid ꝓdest homini: si vniuersum mundū lucrek: anime xo sue detrimentū patiak. O ergo charissimi. o veri christiani hortoꝛ vos ⁊ meip̄m vt exemplo beati Bartholomei: ⁊ p̄re oīmbus exemplo chrĩ discamus diligere deū sup oīa: primū sicut nos ⁊ oremus vt chr̄s dn̄s bti Bartholomei meritis det nobis grãm ⁊ glĩam. Amen

¶ De sancto Bartholomeo ſmonem quartū vide ex cōmuni sanctoꝝ vbi scripsi: vt pluribus sanctis apl'is vel discipulis possit deseruire pro placito

¶ De sancto Augustino vide sermonē in cōmuni sanctoꝝ doctoꝝ vel pontificū ⁊ applica legendã eius.

Legenda.

Augustinꝰ doctoꝛ egregius in Africa ciuitate Carthaginensi ortus patre patricio: mr̃e monica: fuit sūmus ph̄s et rhetoꝛ luculētissimus: adeo ꝙ oēs libros Aristotelis ⁊ libros artiū liberaliū quoscūq̄ legere potuit per se didicit ⁊ intellexit. sicut ip̄e testak lib. cōfes. Et cum esset adolescēs in errorē Manicheoꝝ cecidit qui dicūt christum non habuisse carnem veram: sed phantasticã: ⁊ ne

Legendā diui augustini.

gant resurrectionē carnis. In quo errore per nouē annos mā sit. Mater xo eius sancta plurimū flebat ⁊ ipm ad veritatē fidei reducere satagebat. Quadā vice tristis vidit astantē sibi iuuenē.i.angelū qui causam tristicie qsiuit. Que rn̄dit. Perditionē filij mei deploro. Ille dixit. Esto secura. quia vbi tu ibi ille. Hoc cū Augustino retulisset: ipse ait. Falleris mater falleris: nec sic tibi dictū est: sed vbi ille ibi tu. Ecōtra illa dicebat. Nō fili mihi dictū est: vbi ille ibi tu: sed vbi tu ibi ille. Igit mater sedula rogabat epm quendā cū lachrymis: vt p filio suo intercederet. Qui pphetica voce rn̄dit. Uade secura. quia impossibile est: vt filius tantaꝝ lachrymaꝝ pereat. Tandē nesciente matre Romā venit. Illaqꝫ qlibet die mane ⁊ vespe ad eccliam ibat: ⁊ pro filio exorabat. Postmodū ad pces Mediolanēsiū a pfecto Romano doctor in rhetorica Augustinus destinat Mediolanum: vbi tunc psulabat vir dei sctūs Ambrosius. Mat aūt eius qescere non valēs cum magna difficultate ad eum venit. Tūc cepit Augustinus btō Ambrosio adherere: ⁊ ei pdicationes audire frequēter. Una vice Ambrosius in pdicatione contra errorē Manicheoꝝ multa disputauit: confutañ. autoritatibus ⁊ rationibus: ita vt error ille a corde Augustini penitus pelleretur.

Quid plura. Accidit inter hec. ꝙ ab Africa qdam amicus Augustini nomie Pontianus supuenit: ⁊ vitam ac miracula sancti Antonij magni: q nuper in Egypto defunctus fuerat recitauit. Ad quod Augustin vehementer exardescens ait exclamādo. Quid patimur: qd audimus: surgunt indocti ⁊ celū rapiūt: nos aūt cū doctrinis nostrꝭ in infernū demergimur. Et in quendā hortū accurrens sub quadā ficu se piecit flens amarissime: et postulans a deo grām cōuersionis. Tūc audiuit vocē dicentē sibi. Tolle lege: tolle lege. Aperuitqꝫ codicem apostolicū: ⁊ cōlectis oculis ad primum capitulū legit. Induimini dn̄m iesum chrm. ⁊ statim ab eo omis dubietatis tenebre aufugerūt. Interim vehemētissimo dolore dentiū torqri cepit intantū ꝙ etiam loquelā amisit. Quo circa scpsit vt oēs pro eo orarent: ipseqꝫ cum alijs genua flectit: ⁊ subito sanū se sensit. Tandē adueniente paschali tempe Augustinus cum esset annoꝝ. xxx. cum filio suo Adeodato puero valde ingenioso: quē Augustinus in sua adolescētia dū adhuc gētilis ⁊ phus esset genuerat: meritꝭ matris ⁊ pdicatione scti Ambro. sacrū baptisma suscepit. Et tunc sicut fertur Ambro. Te deū laudamus inqt: ⁊ August. Te dn̄m cōfitemur rn̄dit. Et sic ipi duo hunc hymnū alternatim cposuerūt: ⁊ vsqꝫ in finem decātauerūt. sicut testat Honorius lib. qui dicit Speculū ecclie. ⁊ ptinus in fide cōfirmat est mirabilr vt seculū relinqret. Et cum vellet ad Africā remeare cū matre: ecce in villa illa apud ostia tyberina pia mat eius defuncta est. Post cuius mortē ipse ad agros proprios reuersus cū his q sibi adherebāt ieiunijs et orōnib deo vacabat: libros scribebat: ⁊ indoctos docebat. Fama eius vbiqꝫ diffusa admirabilis habebat. Audiens Ualerius Iponeñ. eps famā eius: ipm plurimū renitentem in ecclia sua psbyterū ordinauit. Qui statim clericoꝝ monasteriū instituit ⁊ cepit viuere sm regulā a sanctis aplis institutā. Tandē Ualerius eps pdictus quia minus erat doctus in lingua latina de licētia archiepiscopi cessit episcopatui. ⁊ Augu. in epm Iponeñ. pmouit. sed hoc Augu. cū omimode recusaret cōpulsus succubuit: ⁊ coactus suscepit curā epalez. Uestimēta eius erāt nec nimis nitida: nec abiecta plurimū. Mensa frugali ⁊ parca sp vsus est: in qua magis lectionē ꝙ epulationē diligebat. Et cōtra pestem detractiōis in ea scriptum habebat sic. Quisqs amat dictis absentū rodere vitam. Hanc mensam indignā nouerit esse sibi. Item legitur dixisse. In nulla re mihi dn̄m sentio sic iratū sicut in hoc ꝙ cū nō essem dignus poni ad remū posuit me in amplustri in apice regimis ecclie. Tria a btō Ambro. se didicisse aiebat. Primū est ꝙ vxorē cuiqꝫ nunꝙ peteret. Scdm ꝙ militare volentē ad hoc non cōmendaret. Tertiū ꝙ ad cōuiuia inuitat non iret. Causa pmi. ne inter se illi non cōuenieñ. sibi maledicāt. Causa scdi. ne militādo calumniā vel rapinā exerceāt: ⁊ in eū alij culpam refundant. Causa tertij. ne tpantie modū perdat. Itē tante erat hūilitatis ⁊ puritatꝭ: vt etiā pctā minia cōfitebat lib. cōfes. ⁊ se accusabat: vicꝫ ꝙ cū esset puer ludebat ad pilā: ꝙ fabulas poetaꝝ libent puer legebat ⁊ de cellario parentū vel mēsa aliqd furabat vt pueris ludētibus daret: ⁊ fraudes in ludo pueroꝝ vt ipse vinceret faciebat ꝙ pira de quadā arbore vicia vinee sue furat fuerat in adolescētia. ⁊ hmōi. Itē hereticos vir sctūs validissime cōfutabat: vnde illi voluerūt occidere Augustinū: ⁊ et in via insidias pgenti aliq posuerūt: sed dei puidentia itinerꝭ errore seducti eū inuenire nō potuerūt. Deniqꝫ in paupes fuit tam liberalis vt etiaꝫ vasa dn̄ica qsiqꝫ frāgeret ⁊ indigētibus dispēsaret. Feminas vitabat etiā sorores ⁊ cogtas vel cōsanguineas: qbus bn̄fecit nō vt diuitias hrent: sed vt nō egerēt. Itē cteplationi insistebat iugit. Xbū dn̄i in mltis ecclesijs pdicauit: ⁊ mltos ab errore cōuertit. Nec capit tps oīa eius gesta ⁊ miracla q fecit enarrari. Tandē anno dn̄i cccxl. cū vandali multā necē hoim fecissent deuastantes puincias. Augu. amarissime lugēs cōuocatꝭ fratribus dixit. Ecce rogaui dn̄ꝫ: vt aut de his piculis eruat nos: aut patiam tribuat: aut de hac vita me suscipiat. Et ecce tertiū ds fecit. Appropinqnte dissolutione docuit nullū hoiem sine eucharistia ⁊ confessione debere trāsire qntūcunqꝫ excellētis foret meriti. Et sic corā fratribus orātibus migrauit ad dn̄m. Hec sufficiāt. Rogemus ergo charissimi dn̄m: vt meritis ipsius bti Augustini det nobis hic grām: ⁊ in futuro gliam.

¶ In decollatione scti Joānis baptiste Sermo. i.

Herodes misit ac tenuit Joānem ⁊ vinxit eū in carcerē. Marc. vi. ⁊ in euāge. hod. A Scim charissimi: qr iuxta cōe puerbiū dr. Qui vitatē loquit caput eius frangit. Et Chry. in hō. smo. dt sic. Incurrit odiū q arguit criminosum. Hoc in btō Joāne bap. p hodierno spectaclo factū videm. qr cū argueret Herodē diceñ. Nō licꝫ tibi hre vxorē fris tui ⁊c. Idcirco eū Herodes voluit decollare. Misit ḡ ⁊ tenuit Joānem ⁊ vinxit eū in carcerem. s. p suos suos. Nam regula iuris est. Qui facit p aliū per se facere videt. Itaqꝫ iuxta sacrum euangeliū tria mysteria notemus pro hodierno smone ad honorē sancti Joannis. A

¶ Primū mysteriū de impia Joānis occisione.
¶ Secundū de diuina hmōi pmissione
¶ Tertiū de gliosa eius morte ⁊ tumulatione. B

B De occisione ioānis baptiste certe impietates.

¶ Circa pmū de impia occisione Joānis accipiamus p cōclusione. ꝙ magne ipietates ⁊ plurime sunt cōmisse in Joānis occisione. vt claret ex euāgelij serie. Pria fuit natalis sui celebratio: qd fieri non debuit. qr natiuitas ad hanc vitā est plena miserijs ⁊ pctis. Sed meli ē memoriā mortꝭ hre ꝙ de natitate gaudere. Eccli. vij. Melius est ire ad domū luctus ꝙ ad domū cōuiuij. nā in illa finis cunctoꝝ admonet hoim: ⁊ viuēs homo cogitat qd futuꝝ sit. Aū Grego. Filij hui seculi natalē celebrant. quia post mortē eis gaudia nō restant. Scti autē p natali mortem cogitant vt nascant ad vitam eternā. Proin Raba. dt. Nullū legim diem natalē obseruasse nisi Herodē ⁊ pharaonē: vt qz erat par ipietas erat par solēnitas: ⁊ solēnitatē sanguine fedabāt: pcipue aūt Herodes. C

C Scda adulterium enorme pctm̄ ex plibus rōnibus

Scda fuit adulteratio: q est maxia impietas ⁊ enorme pctm̄ ex plibus rōnibus. Prio. qr aduersat sacro. ⁊ sic peccat talis violando. s. mrimonij sacrm̄. Matt. xix. Quos ds coniūxit: hō non sepat. Scdo. qr bonū plis offendit: qr reddit plem inhabilē ad ecclīasticas dignitates. ⁊ qr nō pōt succedere in bōis pris putatiui: al's tenet satisfacere. Tertio. qr cruciatū maiorē demeret in iferno. Apoc. ij. Qui mechant in maxia tribulatiōe erunt. Nam si qras. Utrū furtū vel rapina aut latrociniū sit grauius pctm̄: an adulteriū: Ad hoc rn̄dit sapiēs Salomon Prouer. vj. ⁊ ibidē Ly. ꝙ grauius est adulteriū multo ꝙ furtū: quāto vxor est res magis dilecta ⁊ chara in qua adulter facit iniuriā pximo ꝙ res alia furata. Quarto. qr deus maledixit adulterantes

vt habet Deut.xxvij. Maledictus qui dormit cũ vxore ꝓximi sui ꝛc. Quinto.qꝛ exterminat tempaliter et eternalit punit.Vñ.ij.Re.xij.adulterãti Dauid dictũ est.Non recedet gladius de domo tua.Itẽ Deut.xxij. Vterqꝫ moriet.i.adulter ꝛ adultera. ꝛ auferes malum de israel.Deniqꝫ eternalit punit.j.Cor.vj.Fornicatores ꝛ adulteri regnũ dei non possidebũt. Sexto.quia fidem frãgit quã iurauit.Et sic patz grauitas hui⁹ pcti .s.adulterij.qꝛ peccãt cõtra deũ:cõtra se: ꝛ cõtra ꝓximũ quẽ admittit:ꝛ cõtra maritũ:ꝛ cõtra ꝓlem. Herodes g̊ ꝗuiter peccauit adulterãdo. ꝛ tanto ꝗui⁹ quãto cũ vxore frĩs sui incestuose adulterauit:ꝛ sctm̃ Joãnez redarguentẽ occidit.

H — Herodes Antipas.

H Nimiꝝ vt habet in histo.Schol. ꝛ cõmuni legẽda. Herodes iste Antipas dictus filius magni Herodis.s.Ascalonite:q̇ occiderat infantes: cũ Romã ꝑgeret ꝑ fines fratris sui Philippi: videns vxorem Philippi fratris sui noĩe Herodiadẽ:illam adamauit:ꝛ secreto cũ ea pepigit:vicꝫ ꝙ in reditu suo vxorem ꝓpriã repudiaret:ꝛ ipam Herodiadẽ accipet in coniugem.Hoc audito vxor Herodis filia regis Damascenoꝝ non expectato viri reditu ad prẽm festinauit. Herodes aũt rediens Herodiadẽ Philippo fraudulenter abstulit.Hoc erat illicitũ ꝙ viuẽte fratre hr̃et vxorem eius.Ideo Joãnes de hoc ipm̃ arguebat.Et ꝭm Lyr.

Herodias

Herodias timebat ne Herodes ad ꝑdicationẽ Joãnis peniteret:ꝛ eã marito suo redderet.Et ideo volẽs occidere Joãnẽ ꝑsuasit herodi vt illũ incarceraret.Herodes aũt metuebat Joãnem.vt dicit Mar.vj.sciẽs ipm̃ virũ iustũ ꝛ sctm̃. g̊ solo metu tenebat ab interfectione ioãnis.qꝛ ꝓpter sctitatẽ eius q̃ erat nota toti populo timebat si ioãnem occideret:ne ppl's cõtra eũ insurgeret Nam ꝙ dicit euãgeliũ.Audito inq̇t eo multa faciebat: ꝛ libent audiebat.itelligendũ est totũ simulatorie.vt.s. ex tali obtꝑatione retineret ppl'm a rebellione contra ipm̃.Vñ ꝛ chr̃s illũ noĩauit vulpem Lu.xiij.cũ dicerẽt q̇dam ꝙ herodes q̃rit eũ interficere.Rñdit iesus.Dicite vulpi illi quia.ꝛc.Itẽ Chrys.Herodes libidis facibus ardens ꝑire maluit:q̃ ad pñiam redire.Volens g̊ placere vxori ioãnem incarcerauit.ꝛ sic obdurat⁹ pctm̃ auxit.

E — Tertia

E Tertia impietas fuit saltatio in chorea. Chrys.Vbi est saltatio:ibi est diabol⁹.Neqꝫ em̃ de⁹ dedit nobis pedes vt lasciue saltem⁹:sed vt cũ angelis in celo chorizemus.Itẽ Guilhel.Lugdu.dt. Chorea est circul⁹cuius centrũ est diabolus.qꝛ diabolus est in medio eoꝝ inflãmans ignẽ cõcupiscẽtie:ꝛ ideo est cauẽda.

Chorea reputat graue pctm̃.

Querit.q̃re chorea vel saltatio reputat graue peccatũ.cũ etiã scti vt Dauid:ꝛ Maria soror Moysi legãtur saltasse? Rñdet ꝭm doct.ꝑcipue Alexan.ij.ij.ti. de ludo.ꝙ si talia fiant ex spũali iocũditate. sicut fecit Dauid corã arca dñi saltãdo.ꝛ Maria soror Moysi cũ tympanis choros ducẽs post liberationẽ filioꝝ isrl' in mari rubro egyptijs sũmersis.sic sunt meritoria. Si aũt fiãt talia pro recreatiõe:vel ex causa alicui⁹ honeste leticie a ꝑsonis secularibus ꝛ cõgruo tpe:ꝛ alijs debitis circũstantijs.sic pñt esse sine pctõ.Si ꝟo hmõi fiant ex dissolutiõe mẽtis lasciue ad ꝓuocandũ libidinẽ: vel ad aliũ malũ finem:vt fiunt cõmuniter.est pctm̃ mortale.Vnde Augu.dt.ꝙ om̃is motus seu saltus petulãtie est saltus in ꝓfundũ cloace.i.inferni.Et patz hui⁹ pcti ꝗuitas ex

Prima ratio

duplici rõne.Pria ratio multiplicis offensionis.qꝛ multa ibi oriunt pctã.s.suꝑbia et vana glia ad cõplacentiã hoim.Auaricia i affectãdo ornamẽta vestiũ aliaꝝ.Luxuria ex ornatu ꝛ saltu ac ꝯuersatione mulieꝝ. Ira et inuidia si vna plus honorat q̃ alia.ꝛ sic de alijs. Vnde ꝓpter hec Augu.de.x.chordis dt. ꝙ melius est die dominica arare q̃ chorizare.ꝛ lanã texere q̃ ipudice sal-

Scda ratio.

tare.Melius est.i.min⁹ malũ est. Scda rõ multiplicis inq̇nationis.s.ex aspectu eoꝝ.Nam Hiero.in q̃dam homel.dt.Non credo viro si dt se illesum euasisse a spectaculis taliũ:cũ Dauid ex eo ꝙ vidit Bethsabee lauantẽ se ad libidinẽ ꝓuocatus sit

F — Inspectio choreaꝝ.

F Si querat ergo. Vtꝝ inspectio choreaꝝ vel iocationũ sit pctm̃.Rñdet Alex. vbi supra.ꝙ si inspectio est in trãsitu non tendens vlterius ad delectationẽ pcti mortalis.sic est venialis. Si aũt est studiosa inspectio:ita ꝙ aduertit de ꝑiculo cogitationis morose:ꝛ tamẽ non auertit se: tũc fomentũ dat peccato.ꝛ est mortale.

Quarta.

Quarta impietas fuit iuratio .s.mala.Nam incarcerato ioãne herodias pariter ꝛ herodes occasionẽ q̃rentes quõ possent occidere illũ: int se secreto cõdixerũt:vt herodes natalis sui diem celebraret ꝑncipibus.ꝛ puella filia ipius herodiadis itraret ꝛ saltaret:ꝛ illi rex iuraret se datuꝝ q̇cq̇d petierit.ꝛ sic illa ꝑmonita a matre vt caput ioãnis peteret atqꝫ ꝓpter iuramentũ illi daret:ꝛ se contristari simularet.Et sic factum est.vt patz in euangelio. Et hec sic facta testatur Hierony.in Glo. Ex quo patz ꝙ hec iuratio fuit impia.

G — Questio — Iuramentũ licitum.

G Querit nanqꝫ.Que requirunt ad iuramentũ vt sit licitũ ꝛ sine pctõ.Rñdet ꝭm Thom.ij.ij.q. lxxxix.ar.iij.ꝙ ad iuramentũ req̇runt ꝑcipue tria.Primũ est necessitas:vt non fiat ex leui causa.Scdm est veritas.Tertiũ est honestas.i.ꝙ sit licitum id qd iurat: ꝛ nõ sit malũ vel viciosum. Si em̃ q̇s iurat qd in se pctm̃ est. vt adulteriũ . vel homicidiũ facere: et huiusmodi. peccat ꝛ iurãdo:ꝛ etiã ꝭuando vel implẽdo iuramentũ Vnde.Isido.xxij.q.iij. In malis inq̇t ꝓmissis rescinde fidem.in turpi voto muta decretũ. Qd incaute vouisti ne facias.impia est ꝓmissio que scelere adimplet. Hec ille. Ad ꝓpositũ. In iuramẽto Herodis ꝑdicto nulla fuit necessitas.Nõ fuit etiã honestas vel iusticia.quia occidere innocentẽ illicitũ est. ideo iniquũ fuit illd ei⁹ iuramentũ:ꝛ meli⁹ fuisset non iplere. Simon de Cassia O impie Herodes vnde tristaris: si male iurasti muta decretũ. O quot sunt modo in iuramẽto viciosi?

H — Cõpellens ad iuramẽtũ

H Sed q̇d dicemus de his q̇ licꝫ seipos a ꝑiurio cauẽt tamẽ aliũ iurare compellũt:etiã cũ sciant illũ falsuz iuraturũ.Audiãt tales Augustini sñiam in sermo.de decollatione Joãnis.ꝛ notat.xxij.q.v. Ille q̇ hoiem inq̇t ꝓuocat ad iurationẽ:ꝛ scit eum falsum iuraturũ: vincit homicidã.qꝛ homicida corpus occisurus est.ille aiam. imo duas anĩas.s.illius ꝑiuri:ꝛ suã.Hec ibi.Ad id Augusti.in ꝭmo.narrat.ꝙ q̇dam cũ negasset accõmodatuz illi cui debebat:ille iusiurandũ extorsit.Is iurauit.ille ꝑdidit.q̇ raptus ad iudiciũ dei:de hoc obiurgat⁹ est:dãte sñiam iudice ꝛ dicẽte sic. Melius erat vt rem tuã ꝑderes:q̃ vt aiam ꝑciosam illius falsa iuratiõe ꝑimeres ꝛ ꝓpterea ꝗuiter ille cesus est: adeo ꝙ in dorso vigilantis plagarũ illarũ vestigia apparerẽt donec peniteret corã om̃ibus. Hec Augu.

Q̇nta ipietas

Quinta ipietas fuit postulatio .s.nefanda. Cũ em̃ saltasset filia Herodiadis placuit Herodi ꝛ recũbentibus. Simon de Cassia. Placẽt mala malis:impudica impudicis:vana vanis. Jurauit ergo rex dicens. Pete qd vis: ꝛ quicq̇d petieris dabo tibi:licꝫ dimidiũ regni.ꝭm Hiero.ꝛ docto. ex hoc videtur ꝙ herodes fraudulent iurauit:vt occasionẽ hr̃et occidendi ioãnem.Non em̃ verisile est. ꝙ ꝓpter vnam saltationem ꝓmitteret dimidiũ regni dare.Et certe si illa patris vel matris interitũ postulasset: herodes nõ consensisset.Itaqꝫ illa exijt ꝛ dixit mr̃i sue.Quid petã? At illa.Caput Joãnis.Ecce mala doctrina male mr̃is. qꝛ cum deberet filiã docere salutifera:docuit nefaria.Remigius.O quot sunt hodie mulieres docẽtes filias nõ orare:non ꝭmonẽ visitare: sed chorizare. Tales digni sunt eterna morte.Tunc ergo illa intrans ad regem dixit.Volo vt ꝓtinus des mihi in disco caput Joãnis. O inuerecunda bestia.O nequitia mulieris que amputauit caput tam sanctissimi ꝓphete.

I — De diuina ꝑmissione mortis s.ioãnis.

¶ Circa scdm ꝑncipale de tali ꝑmissione diuina ex ꝟbis Chry.in ꝭmo.hodier.q̃stio vertit.Cur deus permisit:vt talis ꝛ tantus sanctus in vtero cõsecratus matris:toto orbe celeberrimus:quo maior inter natos mulieꝝ non surrexit tradat in manus meretricis:ꝛ adijcit saltatrici.Vnde Grego.in moral.dt sic. Non sine grauissima admiratione ꝑpendo.ꝙ talis ꝛ tantus in vtero matris cõsecratus pro puelle saltu capite truncat. quãdo in cibo vel potu peccauerat: qui locustas et mel syluestre edebat:ꝛ aquã bibebat.ꝛ tamẽ caput tam sanctissimũ in cõuiuio ad mensam in disco afferti:ꝟgo fuit mũdissimus:ꝛ tradit incestuose meretrici? O vere mirum dei iudiciũ.ad quod vt ait Chrys.merito confusa sunt viscera:corda tremuerũt; caligauit visus:hebuit itelle

cius: quādo ꝟtutum magnitudinē perdidit criminū magnitudo. Hec ille. Sed ad hoc respondēdo ſm docto. colligunť plures rõnes quare deus hoc ꝑmisit. Prima ratio ex parte chri. quia chrus est caput oīm iustoꝝ. cõuenit autē mēbra cõformari capiti. Et ideo sicut chrus passus est ab impijs ⁊ sceleratis, ita ⁊ Joãnes eius mēbrum debuit pati vt cõformareť chro. Unde Ambro. super Beati imaculati dicit. Cum diffinita sit sentētia, ꝙ omēs qui pie volunt viuere in christo ꝑsecutionem patiunť. ij. Timo. iij. videť is qui ꝑsecutionē non patiť abdicatus. Secūda ratio ex ꝑte Joãnis baptiste vt sic coronam mereť martyrij. vt sicut in terris fuit sanctissim⁹ sic ⁊ in celo fieret gl'iosissimus per martyrij aureolam. Tertia ratio ex parte nostri: vt in mysterio doceamur ꝙ Herodes ⁊ herodias ſcant diabolum. Nam interp̄tanť pellibus gl'iantes: ⁊ diabolus de decore sue glorie supbiuit. Joãnes aūt quēlibet chrianū repſentat. quia interp̄tať in q̄ est gr̄a: ſm Hiero. Sicut ergo Herodes ⁊ herodias contra Joãnem. sic demones contra chrianum hec solent facere. Primo mittūt satellites. i. septē peccatoꝝ mortaliū tentationes. Secūdo tenent. i. capiunt per consensum ⁊ delectationē. Tertio vinciunt. i. ligant per opis ꝑpetrationē in pctõ. Quarto incarcerãt. s. ne egrediať per assuefactionē. Quinto adijciūt meretrici. i. impietati decollãdo per desperationē ⁊ gehenne mortem. O ergo pctõr caue tibi. Quarta ratio ex parte electoꝝ. Unde Grego. in moraľ. Ideo inq̄t deus Joãnem ⁊ alios bonos fecit hic pati in infimis: vt remunerari sperent in summis. Quinta ratio ex parte reproboꝝ. Grego. ibidem. Si inquit hoc deus ꝑmisit sup illum. s. Joãnem: ex hoc colligat quis quid illic passuri sunt quos deus reprobat: si hic ita cruciat quos amat. Hec ille. Unde ad huius significationē omēs ꝑsecutores Joãnis iusto dei iudicio male perierūt ⁊ in p̄senti ⁊ in futuro. Nam Herodes vt diciť in histo. Scholasti. apud Gaiū imꝑtorem accusatus est ꝙ rebellare voluerit. ⁊ sic in exiliū relegatus vitam miserabiliter finiuit. Herodias etiã ſm quosdã cum caput Joãnis in manu teneret ⁊ ei insultaret: diuino iudicio ⁊ miraculo caput in eius faciem insufflauit: ⁊ illa subito mortua corruit. ſm aūt histo. Schola. licet tunc mortua nõ fuerit: tamē in exilio cum Herode miserabiliter vitam ⁊ ipa finiuit. Filia ꝟo eius cum sup glaciē ludendo discurreret: subito sub pedibus eius glacies frangiť. et sic illa in aquis miserabiliť suffocať. Deniq̄ pharisei ⁊ iudei qui cõsenserant Herodi de Joãnis incarceratione et morte per Titū ⁊ Uespasianū capta ciuitate Hierusalē dispersi ⁊ male occisi sunt. Ecce patꝫ: quia mali male peribūt. iusti autē ibunt in vitam eternam ⁊c. K

K De morte Ioannis gl'iosa — Circa tertiū de morte Joãnis accipiamus pro cõclusione. ꝙ mors Joãnis claret mltiplici gloria. ⁊ ideo digne venerať in eccľia. Prima nanq̄ gloria. quia pro iusticia defendēda mortē sustinuit vnde inuictus martyr extitit. Licꝫ em̄ sciuit ꝙ insidiarenť ei: tñ non fugit nec timuit arguere Herodē. Chryſ. Uerū gaudiū sanctoꝝ est exire de mūdo. s. ad celeste regnū. Scd̄a gl'ia. quia cū deuotione multa mortē excepit. Nam cū spiculator missus fuisset ad eum: stabat Joãnes in medio carceris: ⁊ voce magna clamauit dicēs. Dñe deus tibi cõmēdo spiritū meū: ⁊ genuflexo ictū gladij suscepit. L

L Questio de tortoribus. — Queri potest. Utrū spiculatores vel tortores peccēt mortaliter occidēdo morti iudicatos: vel sint in statu salutis. Respondeť ſm Thomã. ij. ij. q. lxiiij. arť. vj. ⁊ docto. ꝙ si iudex fert sñiam mortꝫ que manifestū errorē includit: nõ debet q̄s obedire iudici hãc sñiaꝫ iniuste exequēdo: quia sic erit homicida. vt fuerūt carnifices q̄ occiderūt martyres. Talis fuit etiam iste spiculator occidens Joãnem. Si ꝟo iudex fert sñiam iustam: vel q̄ nõ cõtinet manifestã iniusticiã: spiculator eam exequēs nõ peccat. et sic põt saluari nisi abutať officio. puta liuore vindicte vel ꝑpter delectationē fundēdi sanguinē: aut cã auaricie hoc faciendo. Nam licꝫ ille iuste occidi debeat: nihilomin⁹ peccat minister cū non habet rectã intentionē: aľs nõ peccat. vt ptꝫ. xxiij. q. v. miles. Tertia gl'ia, quia sanctis p̄ribus in limbo chrm̄ annūciauit,

Quarta gl'ia. quia multis miraculis eius sepultura claruit. Nam discipli Joãnis audito ꝙ esset decollat⁹: venerūt ⁊ tulerunt corp⁹: ⁊ posuerūt in monumēto apd̄ Sebasten ciuitatē q̄ olim dicebať Samaria iter sepulchra Helisei ⁊ Abdie ꝑphetaꝝ. Sed cū ad eius sepulchrum multa miracľa fierent: iubēte Juliano apostata gentiles eius ossa sparserūt. Et cum miracľa non cessarent: post hoc collecta igne cremata sunt. E q̄bus fideles q̄dam monachi plura latenter collegerūt. Sed et digitus quo indicauerat chrm̄ cõburi non potuit. Et sic Joannes secundū martyriū in ossiū cõcrematione passus est. — Quarta

Quinta eius gl'ia. quia in celesti patria chrs Joãnem maxime sublimauit. ſm ꝙ dignissimus inť oēs sctõs extitit adeo. ꝙ teste saluatore Inter natos mulierum maior non surrexit Joãne baptista. Rogem⁹ ergo dñm: vt eius meritꝫ ⁊ p̄cibus det nobis gr̄am ⁊ gl'iam. — Quinta

¶ De natiuitate Marie ꝟginis habes in Stellario plurimos sermones:

¶ Itē de exaltatiõe s. Crucis. Ser. j. cū Legēda.

Ego dominus humiliaui lignum sublime: ⁊ exaltaui lignum humile. Ezech. xvij. Et ad laudē hodierne festiuitatꝫ.

A Hec ꝟba scp̄ture ſm Ly. et docto. exponunť de crucis chri fide: de q̄ deus dicit. Ego dñs humiliaui lignū sublime. Ly. i. romanū imperiū. ⁊ sic sub eo totū orbem humiliaui sub chri seruitute. et exaltaui lignū humile. i. chrm̄ vel eius crucem. quia nimirū lignū crucis ꝑus erat valde humile ⁊ despectū: vtpote suppliciū latronū: sed valde est exaltatū iam per chrm̄. q̄r August. sup Joan. dicit. et expientia docet. Crux inq̄t que ꝑus erat suppliciū latronū: iam transijt ad frontes imꝑatorum. O q̄ꝫ mirabilis dei opatio. Et subdit Augu. Si talem honorē deus cõtulit supplicio suo q̄lem conferet fideli seruo? Et quoniã hodie coliť festuꝫ exaltationis sctē crucis. merito ergo ad eius laudē hec ꝟba accipiuntur pro sermo. q̄bus dicit deus. Ego dñs exaltaui lignum. ⁊c. Juxta que ꝟba tria mysteria notabimus pro ſmone. ſm ꝙ ipe dñs tripliciter exaltauit lignū crucꝫ. ꝑpterea dicit. Ego dñs exaltaui lignū humile. — A

¶ Primo ꝟtuosa operatione.
¶ Secūdo dignicosa adoratione.
¶ Tertio miraculosa demõstratione. Et de his tribus prosequemur. B

B De ꝟtuosa opatiõe crucis chri. — ¶ Circa ꝑmū de exaltatione ꝟtutis crucis chri sit pro cõclusione. ꝙ iuxta apľicū dictū in triplici machina rerum. s. celestiū: terrestriū: ⁊ infernoꝝ lignū crucꝫ claret exaltatū. ꝑpterea merito ꝑsuadet apľus oibus dicens ad Phiľ. ij. In noie iesu omē genu flectať celestiū: terrestriū: ⁊ infernoꝝ. Primo nãq̄ exaltata est crux chri in celo. q̄r deū p̄rem recõciliauit: ⁊ angelos pacificauit: ⁊ ianuã celi homī reserauit. Uñ ad Coľ. ij. Pacificãs per sanguinē crucis ei⁹: siue q̄ in celis: siue q̄ in terris sūt. i. deū: angelos: ⁊ hoies. In hui⁹ figurã legiť Geñ. iij. ꝙ paradisi ianua triplici clausura fuit clausa. Scribiť em̄ ibi. Eiecitq̄ dñs Adam ⁊ collocauit ante ꝑadisuꝫ voluptatis cherubin ⁊ flãmeum gladiū atq̄ versatilē ad custodiendã viaꝫ ligni vite. Hec ibi. Nam angelicã cherubin significat custodiã que fores clausas seruaret. Itē flamma apposita que hominē ab ingressu arceret: ⁊ gladio versatili. i. bis acuto qui homineꝫ deterreret. Sed chrs in cruce deus ⁊ caput oīm angeloꝝ existēs pependit: ⁊ satisfaciēdo per suaꝫ passionē angelicam custodiã remouit, quia iusticie diuie satisfecit de iniuria. ⁊ sic ianuam aperuit. Unde dixit latroni penitēti. Hodie mecum eris in paradiso. Itē cõtra flãmam aquã de latere emisit in cruce: que habet extinguere flãmam culpe et gehēne vel pene. ⁊ cõtra gladiū sanguinē fudit in p̄ciū. Uñ Apoc. j. Dilexit nos ⁊ lauit nos a pec. no. in san. suo. Hiero. Sanguis chri est clauis ꝑadisi. Idē. Flãmea illa romphea ⁊ foribus p̄sidētia cherubin i chri extincta ⁊ amota sūt sanguie. Scd̄o crux chri exaltata ē in inferno: q̄r ipm̄ expoliauit ⁊ sctõs p̄res eduxit. ad Coľ. ij. Expoliãs ꝑncipat⁹ ⁊ ꝑtãtes traduxit palam triūphãs. — Crux christi exaltata primo in celo.

rc. Et quia diabolū superauit ⁊ cōtriuit. Ideo Chry. Ubicunqꝫ demones signū crucis viderint territi fugiūt timentes baculū quo plagā acceperunt. Hec ille: ⁊ sic patet. C Tertio crux chri exaltata est in hoc mundo. Primo qdem qr ponit in locis eminentibꝰ ecclesiarꝫ ⁊ hoc in memoriam crucifixi. Nā triplex memoriale crucifixi habemus. Unū in visu. s. imaginū crucifixi. Aliud in auditu. s. per predicationē ⁊ scripturas. Tertium in gustu. s. in sacramēto eucharistie: vt semp recordemur ⁊ grās agamus de tante charitatis bnficio. Uñ Berñ. Respice o hō quantū obligaris patiēti dño. Quotidiana christiani lectio debet esse dñice passionis recordatio. Idē Ber. Memor ero q̄diu vixero laborꝫ tuorꝫ bone iesu rc. Scđo exaltata est crux in hoc mundo p multa miracula: vt infra dicet. Tertio deniqꝫ exaltabit in iudicio: vbi erit oibus angelis ⁊ hoibus magne admirationis signū: qr dicit Chry. sup Matt. ꝙ in iudicio tanta erit gloria crucis ꝙ solis lumen reddet obscurū pre illius luciditate. Itē ibi exaltabit in testimoniū dānationis ɔtra malos sanguinē chri requirēdo. Uñ Chry. Dicet tunc chrs. Ego inquit ꝑpter vos hō factus sum: ꝑpter vos alligatus: cesus: delusus: ⁊ crucifixus sum. Ubi est tantarꝫ iniuriarꝫ mearꝫ fructus. Ecce preciū sanguinis mei quē dedi in redemptionē aiarꝫ vestrarꝫ: vbi est seruitꝰ vr̄a quā mihi ꝑ pcio sanguinis mei dedistis. Ego super gl'iam meā vos habui cū essem deus apparens hō: ⁊ vos viliorē me oibus rebus fecistis. Nā oēm rem vilissimā terre ampliꝰ dilexistis q̄ iusticiā meā ⁊ fidem. Deniqꝫ erit ibi crux chri bonis in saluationis gaudiū. Uñ Hiero. dt. Tūc tu rusticanꝰ exultabis ⁊ dices. Ecce crucifixus deꝰ meꝰ: cerne iudee manꝰ q̄s fixeras: cerne romane latꝰ qđ foderas rc. ⁊ sic ptz. D

C Tertio in mundo

C Circa scđm de adoratiōe crucis alique questiones occurrunt ptractande ꝑ informatione. Prima qđ vtrū crux chri sit adoranda adoratione latrie? Rō q̄stionis est: qr eccl'ia videt festū faciendo eā sic adorare: ⁊ qr dt O crux aue spes vnica h̄ passionis tempe: auge piis iusticiam reisqꝫ dona veniā. Sed hec. s. augere iusticiā ⁊ dare veniā est solius dei: ḡ rc. Sed ɔtra est: qr soli deo debet latria tanq̄ ꝑprius cultꝰ: vt Aug. dt. x. de ciuit. dei. Iuxta illud Deut. vj. Dñm deū tuū adorabis: ⁊ illi soli seruies. s. cultu latrie. Sed qr crux est pura creatura ⁊ rōne carens: ḡ mirꝫ videt ꝙ debeat ⁊ quō adorari. Sed ad hec rñr ḟm doct. pcipue Alexā. de ales. iij pte summe. q. xvj. cōcorditerqꝫ Bona. sup. iij. di. ix. ⁊ Tho. sup eisdem ac eos sequentes: frēm Ange. de Claua. in summa di. ꝙ honor siue reuerentia non debet nisi rōnali creature cū sit ꝑmiū ⱱtutis. iij. Eth. cuius capax non est creatura irrationalis. Insensibili ḡ creature nō debet honor aut reuerētia nisi rōne nature rōnalis. Et h̄ dupl'r: vel in quantū rep̄sentat creaturā rōnalem vt est imago regis. Uel scđo inquantū eidē q̄cūqꝫ mō ɔiungit vt est vestis vel sella regis: vtriqꝫ aūt venerant hoies sicut ⁊ regē. Si ḡ loquimur de cruce illa i qua chrs est crucifixus ⁊ pependit: de illa dicendū ꝙ vtroqꝫ mō est venerāda. Primo qr rep̄sentat figurā chri extensi in ea. Scđo ex contractu eius ad chri mēbra: eo ꝙ sanguine eius ꝑfusa est: vñ vtroqꝫ mō adorat adoratione eadem cū chro. s. latrie. Et ideo eccl'ia crucē alloquit ⁊ deprecat quasi ip̄m chrm deū di. O crux aue spes vnica rc. Hinc etiā festa cruc celebramꝰ: de ɔse. di. iij. c. Cruc. Uerū tñ aliqui: vt Tho. in. iij. pte. q. xxv. tenēt: ꝙ crux chri in qua pependit non adorat eadē adoratione. s. latrie cū verbo: cū non ptineat ad ꝑsonā eius quasi pars eius: sed adoratione hyperdulie inquantū est quedam res chri: rōne cuius vestes simil'r ⁊ alia que ad humanitatē eꝰ referunt hyꝑdulia adorant. Sed sctūs Bon. in. iij. dist. ix. dt. ꝙ illa crux chri vt est res quedā insensibilis nō debet adorari latria: nec dulia: sed debet venerari adoratione cuiusdā honoris ⁊ reuerentie tanq̄ instrumentū nr̄e salutis: sicut etiā reueremur sacramēta ꝑ eo ꝙ sunt instrumēta salutis nr̄e: honor aūt adorationis quē offerimꝰ cruci chri alloquēdo tanq̄ rōnalē di. O crux aue spes vnica. ⁊ hmōi: fit cruci rōne crucifixi in ea. cui. s. crucifixo chro placere intendimꝰ ⁊ ab eo impetrare: ⁊ h̄ modo cruci chri debet adoratio latrie. Si aūt loquimur de cruce chri in alia materia scꝫ ligni: lapidis ⁊ hmōi: sic tm̄modo veneramur eam vt chri imaginem adoratione latrie. Uñ Damasce. li. iij. ca. viij. dt. Honor imaginis ꝑuenit ad ꝑtotypum. i. imaginatū: vñ ⁊ post typi. i. figure chri dissolutionem: illi lapides non sunt adorandi. Patet ḡ ꝙ illa vera crux in qua pepēdit chrs venerat nō solū inquantū est typus sed etiā rōne materie ꝑpter contactū membrorꝫ chri ⁊ sanguinis. In aliis aūt crucibꝰ veneranda est sola figura nō materia: vt etiā dt Damasce. E

D De adoratione crucis que stiones Prima qđ

Crux christi veneranda adoratione hyꝑdulia

Scđa questio vtrum cetera passionis chri instrumenta sunt equali adoratione sicut crux chri veneranda: puta lancea: claui: corona spinea sepulchrū: columna: presepe ⁊ hmōi? Rñr ḟm Tho. in. iij. di. ix. ⁊ Rayne. ti. de adoratione. c. v. ꝙ sicut Damasce. li. iij. dt. Oīa que deo adiacent adoramꝰ ipsi reuerentiam afferētes. Et p̄dicta ac alia queqꝫ ex dñici corporis ⁊ sanguinis cōtactu decenter adoramꝰ: nō tñ adoratione latrie nec intantū vt crucē chri: qr illa nō representant imaginē chri sicut rep̄sentat crux chri: que dr signum filii hoīs qđ apparebit in celo. Matt. xxiiij. Sed talia debent magis venerari hyꝑdulia. i. maiori honore q̄ aliorꝫ sctōrꝫ reliquie ꝑpter ɔtactū membrorꝫ ⁊ sanguinis chri. Sed ꝙ videmꝰ plerūqꝫ talia coli latrie honore ⁊ fidelibꝰ festū celebrando ꝑ spinea corona ⁊ alia instrumenta venerando ⁊ adorando in terris specialiꝰ: possumus dicere ḟm Bona. vbi s̄. ꝙ rōne chri veri dei ad illū referendo intentionē cuius contactu sunt scrificata: possunt vt sic adorari latria: ita ꝙ in illis adoretur chrs deus: ⁊ ꝑpter illum hec venerent vt decet. F

E Instrumēta passiōis chri qualr veneranda

Tertia questio. Utrū cruci chri exhiberi debeat maior honor q̄ matri chri an ecōuerso? Rñr ḟm p̄dictos doc. s. Tho. ⁊ Ray. vbi s̄. ꝙ si considerat crux ex parte sue materie inquantū est q̄dam res: sic maior debet honor matri chri q̄ cruci chri: qr btā mater chri cū sit rōnalis capax est honoris ḟm seipam: sed lignū crucis nō ḟm se. Itē qr cū cōiunctio ad chrm sit causa honoris: vbi ḡ est maior ɔiunctio ad chrm ibi debet esse maior honor: sed cōiunctior est chro sua mater q̄ crux: ḡ rc. Si aūt considerat crux vt est imago crucifixi tunc debet ei honor ⁊ adoratio latrie: ⁊ sic maior q̄ matri chri: qr mater chri nō adorat latria que soli deo debet sed hyꝑdulia. Uñ notandū ḟm Ray. vbi s̄. ꝙ octo sunt que a nobis vario mō adorant. Primo deus. Scđo tres ꝑsone diuine: vt pater filiꝰ ⁊ spūsctūs hec adorant latria. Tertio chrs qui etiā latria adorat: qr verꝰ est deꝰ. Quarto humanitas chri vt caro ⁊ aīa: ⁊ hec etiā inquantū est vnita deitati debꝫ adorari latria: ḟm ꝙ ait Damas. Quinto imago chri: hec inquantū res q̄dam: puta lignum vel lapis non est adorāda: sed inquantū significat chrm adoramꝰ ꝑpter rem. i. chrs cuꝰ est imago: ⁊ qr idē est motus in imaginē ⁊ in rem cuꝰ est imago. Ideo cū chrs adoret latria: etiā imago eius debet latria venerari: qr chrs adorat in imagine: nō illa res rc. Sexto crux chri adoratur vt s̄ dictū est. Septimo mr̄ dei adorat hyꝑdulia. Octauo scti ⁊ sctōrꝫ reliqe ac sctōrꝫ imagines adorant dulia. Et sic patet de secundo. G

F Questio

Octo a nobis vario mō adorant

C Circa tertium de miraculosa crucis demonstratione sit pro cōclusione ꝙ ip̄a crux chri multis ⁊ maximis miraculis per mundum claret exaltata. Et sufficiat ad presens narrare hanc solam historiam hodierne festiuitatis de exaltatione crucis. C Legenda

G De miraculosa chri demōstratione

C Anno quippe dñi. 615. ꝑmittente deo flagellari populum suum per seuitiam paganorꝫ Cosdroe rex Persarꝫ subiugauit suo imperio multa regna terrarꝫ. Ueniens aūt hierlm a sepulchro dñi territus rediit: sed tamen partem sancte cruc quam sancta Helena ibidem reliquerat asportauit. Uolēs aūt ab hoibus coli vt deꝰ fecit turrim ex auro ⁊ argento interlucētibus gemmis ⁊ ibidem solis ⁊ lune ⁊ stellarꝫ imagines locauit: per occultos etiam aqueductus aquam desuper quasi deus pluebat: ⁊ in subterraneo specu equi quadrigas trahētes in circuitu ibant: vt quasi turrim mouerent tonitruum simulando. Filio itaqꝫ suo regno tradito in tali phano prophanus residebat: ⁊ iuxta se crucem domini col-

locans:appellari ab oībus se deū iubet. Tunc Hera-
clius imperator exercitū collegit ⁊ ꝯtra Cosdroe filiū
iuxta fluuiū danubium dimicaturꝰ aduenit. Tandem
vtrisq₃ principibꝰ placuit vt sup pontē soli cōfligerent:
⁊ qui victor existeret sine damno vtriusq₃ exercitus im
periū vsurparet. Decretū etiā exiit vt quicunq₃ princi-
pem suū iuuare p̄sumeret cruribus ⁊ brachiis abscisis
in flumen mergeret. At Heracliꝰ totū se deo ⁊ sctē cru
ci cōmendauit: ⁊ illi dn̄s victoriā ꝯtulit adeo vt vniuer
sus ppl's Cosdroe fidei chr̄iane se subderet ⁊ baptisma
reciperet. Ecce quale hoc miraculū factū est p chr̄icru
cem. Cosdroe aūt senior ignorabat belli exitū: q: cū ab
oībus odiret: a nemine est sibi intimatū. Heracliꝰ autē
ad eum puenit ⁊ in throno aureo illū reperiens seden
tem dicit ei. Quia lignū sancte crucis s̄m modulū tuū
honorasti: si fidem ⁊ baptisma chr̄i susceperis: vitā ⁊ re
gnum tibi dabo: si aūt cōtempseris: gladio te feriā. Cui
ille non acquieuit: ⁊ iste illū decollauit: ⁊ q: rex erat: fe
cit sepeliri. Filiū vero suū decē annoꝝ quem ibi reppe
rit baptizari fecit: ⁊ regnū paternū eidē dimisit. Item
turrim illā destruēs: argentū in predā exercitus distri-
buit. Aurū vero ⁊ gemmas ad reparandū ecclesias q̄s
tyrannus destruxerat reseruauit. Sacrā igit crucē su
H scipiens hierosolymā reportauit. H Cū aūt de mon
te oliueti descenēds p portā q̄ dn̄s passurꝰ intrauerat
in equo regio ⁊ ornamento imperiali ingredi vellet: ec
ce repente lapides porte inuicē descendētes quasi pa
ries muri se clauserunt. Sup q̄ cunctꝭ stupentibꝰ ange
lus dn̄i signū crucis in manibꝰ tenēs supra portā appa-
ruit dicens. Cū rex celoꝝ ad passionē p hanc portā intra-
ret nō cultu regio: sed humili asello: humilitatis exem
plum suis cultoribus dereliquit. Et his dictꝭ angelus
abscessit. Tunc imperator lachrymis infusus seip̄m dis
calciauit ⁊ vestimenta vsq₃ ad camisiam exuit: crucēq₃
dn̄i accipiens vsq₃ ad portā humilr baiulauit: statimq₃
porta liberum intrantibus patefecit ingressum. Odor
aūt suauissimus qui eodē momēto q̄ de turri Cosdroe
sacra crux fuit ablata hierosolymis de persaꝝ puincia
per tā longa terraꝝ spacia fuerat illapsus (tunc rediit)
oīesq₃ mirabili suauitate refecit. Rex aūt deuotus in
has laudes crucis prorupit. O crux splendidior cunctꝭ
astris: mūdo celebris: hoibus multū amabilis: sanctior
vniuersis: que sola fuisti digna portare talentū mundi:
duce lignum: dulces claui: dulcis mucro: dulcis hasta:
dulcia ferens pōdera: salua presentē cateruam in tuis
hodie laudibus congregatam. Sicq₃ sacra crux in suo
loco restituitur ⁊ miracula fiunt. Nam eodem die vnus
Miracula beati francisci — perdidit per peccatum. Sed Franciscus per dei gratiam hoc obtinuit
et per dei obedientiam ad nutum. Unde canitur de eo. Hic creatu
ris imperat qui nutui subiecerat se totum creatoris. Ut ali
qua autem miracula narremus: primo de terrestribus animalibus
legitur quod iter faciens magnum ouium gregem in pascuis salu-
tauit: qui relicto pastu omnes cucurrerunt ad eum lauantes
capita sua et exultantes: ita ut mirarentur pastores et fra-
tres. Item ouis quedam sibi oblata fuit: quam pius vir monuit
vt laudibus diuinis intenderet. et ab omni offensa fratrum ca-
ueret. Illa ergo quando fratres intrabant ad officium intrabat: flecte
bat genua ante altare virginis: et cum eleuabatur in missa
corpus christi procidebat ad genua: cantantibus fratribus bala
tus vocem emittebat: nec fratres impediebat: vt sanctus ei pa
ter mandauerat. Item lepusculum vocauit et statim ad eius
sinum prosiliuit nec recedere ab eo volebat. Item cicada vo
cata mox ad eius manum volauit: cui dixit canta et lauda
creatorem: sine mora canere cepit: et per octo dies mansit su
per ficum: vbi sanctus pater precepit: qualibet die cantans et tacens
secundum iussa patris: et tandem ab eo licentiata recessit. Item
in aquaticis: piscis est ei oblatus viuus et satis magnus
cum pio affectu pater sanctus ipsum vt abiret in aquam posuit: sed
ille a naui nequaquam recedebat: sed in aqua ludebat do
nec ab eodem benediceretur: et tunc licentia data recessit. Si-
militer fecit aqua fluuialis quedam. Item in aere aues ipsum
predicantem audiebant: et quando mandabat cantare cantabant
et quando tacere tacebant: quando aduolare aduolebant: et quam
volebat retinere retinebat: et plura talia que non sufficimus
narrare. Item lupis rapacibus et grandinibus mandabat
et cessabant a vastatione. Denique in igneis. Nam ferro can
denti igne dum sibi cocturam propter oculorum infirmitatem fa-
cerent mandauit vt ardorem temperaret et in nullo eum le
E — sit. Hec sufficiant. E Item secundus patriarcha Abel deo
Secundus patriarcha Abel — fuit acceptus et eius sacrificia ignis de celo descendens
consumebat: quod fuit sibi pro gloria. Beatus Fran. adeo deo pla
cuit vt ipse ad eum descenderet et eius sacrificium. i. animam et
corpus igne diuino accenderet stigmatibus consignando.
Item tertius patriarcha Noe cum tribus filiis a diluuio est
saluatus. Sanctus fran. tres ordines pro saluandis in christo
instituit. Item quartus Abraam deo placuit: quia cognatio-
nem ad mandatum dei et terram reliquit. Sic fran. omnia amore
christi dimisit. Item quintus Isaac ex sui imolatione my
sterium crucis christi cognouit. Fran. multipliciter reuelatum a
christo mysterium crucis habuit in septem apparitionibus
crucis circa ipsum. Item sextus Iacob duodecim filios
habuit principales patriarchas quos et manibus cancella
tis benedixit in mortis tempore. Sic fran. xii. fratres progenitos
in christo habuit per quos ordo floruit: et in mortis tempore fratribus
benedixit manibus cancellatis. Denique sicut omnes patriarche
in fructibus filiorum saluandorum gloriam habuerunt. Sic fran.
in multis filiis suorum ordinum quos in christo iesu per euangelium
genuit: vt patet in multis etiam magne sanctitatis existentibus
inter quos canonizati sunt multi: alique eorum martyres: alii
confessores: alie virgines: et vtriusque sexus: alique reges ali
que regine et filie regum: alii ad apostolicam dignitatem pro

moti: alii ad cardinalatum et episcopatum electi: doctores
etiamque plurimi: et multi ac multe miraculis ac prophetie
spiritu clari vsque ad. cccc. Preter hos alii innumerabiles:
vt de predictis patet li. confor. Magna ergo gloria est patris Fran-
cisci. F Secundo prophetarum gloria fulget beatus Fran. quia — F Secundum prophetiam siue gloriam
prophetie spiritu plenus fuit. Pro quo narremus aliqua ex mul
tis signis. Nam cum christiani pugnarent aduersus sarace
nos: longe ante predixit bellum christianorum casurum: sed illi non
curantes parauerunt se ad pugnam: et deuicti sunt. Item
miles quidam beatum Fran. deuote inuitauit ad prandium: et
cum mensam benedicendo oraret: spiritu prophetico vidit quod mi
les deberet repentina statim morte mori ac predixit. Ille
confessionem fecit et domum disposuit: et qui fortis et sanus vi-
debatur sedens ad mensam spiritum exhalauit secundum verbum hominis
dei et multa alia. Unde canit de eo ecclesia. In te signis ra-
dians: in te ventura nuncians requieuit spiritus duplex pro
phetarum. Tertio apostolorum: quia de eo canit ecclesia. Fran- — Tertia gloria apostolorum
ciscus vir catholicus et totus apostolicus etc. Nam euangeli-
cam vitam perfectissime tenuit: sicut et apostoli: et fidem multis
miraculis confirmauit et predicauit: sicut et apostoli. Item sicut
apostoli spiritumsanctum signo visibili receperunt et in christi amore
ardentes extiterunt: sic Fran. in signo visibili spiritumsanctum
accepit seraphin apparente: et charitate christi feruentissi
mus fuit. Nam semel interrogatus quomodo tunica tam tenui a
frigore posset arceri: respondit. Si ignis spiritussancti nos interius
calefaceret: caro nostra frigus exterius non sentiret. Unde
tam ardenti flamma calefactus ardebat vt etiam alios ca-
lefaceret. Cum enim quidam homo pauper ipsum veheret asello hye
mali tempore: quia propter excrescentes clauos in pedibus et pro debi
litate non poterat ambulare: tunc accidit sub rupis cuius-
dam crepidine pernoctare. Homo autem ille tenue optus pro fri
gore quiescere non poterat: ideo compatiens vir dei ma
nu protensa illum palpauit: et repente ad contactum in illum
tantus calor aduenit intus et extra ac si ex fornacis ar-
dentis spiraculo processisset: et suauius quam in lectulo proprio
vnquam quieuerat: vt idem asserebat dormiuit vsque mane. G — G
Denique quero. In quo ordine angelorum in celo sunt assum- — Questio
pti beati apostoli? Respondet Fran. may. quod in seraphin: qui ordo est
vicinior christo: et ardentes amore interpretantur. Apostolatus autem
in ecclesia summum gradum tenet perfectionis et vicinitatis ad
christum: ergo etc. Sed Fran. etiam est assumptus in ordinem sera-
phicum: vt patuit ser. j. F G. ergo gloriam habet apostolorum. Quar — Quarto martyrum
to martyrum: quia martyrio flagrauit: et pro eo consequendo
ter ad partes infidelium meauit: vna die flantibus ventis
contrariis impeditus est: sed cum pro desiderio martyrii qui
escere nequiret: iterato arripuit iter: spiritu ebrius socium
precurrebat quamuis esset imbecillis corpore: et tunc grauissi
ma superuenit infirmitas diuina dispositione: et sic quod cu-
piebat implere nequiuit. Tandem tertio purgente spiritu pa
cisci tentauit mortem pro christo sitiens. Et post multa viarum
pericula eo quod inter christianos et saracenos tunc bellis or
dinatis in campo erat guerra: sed deo duce tandem pue
nit ad terram Soldani incolumis vna cum fratre socio re
et nomine illuminato. Occurrentes autem satellites saraceni
tanquam lupi seruos dei feraliter comprehenderunt: contempti-
biliter tractantes. alligantes. conuitiis et verberibus affligentes. cru-
deliter: sic quoque diuina dispositione iuxta viri dei deside
rium afflictos conspectui Soldani presentauerunt. Cunque
princeps perquireret a quibus et ad quid missi essent: et quomodo ad
uenissent: intrepido animo respondit Fran. non ab homine sed a
deo se missum: vt ei et populo viam salutis ostenderet. Et tanto
feruore cepit predicare christum Iesum et fidem trinitatis vt
Soldanus miraretur: et audire eum cepit et vt secum mo-
raretur inuitare. Cui seruus dei superno illustratus ora-
culo: ait. Si vis conuerti tu cum populo tuo ad christum:
ob amorem ipsius vobiscum commorabor: quod si hesitas pro-
pter fidem christi legem Mahumeti dimittere iube ignem
accendi permaximum et ego cum sacerdotibus tuis ignem ingre-
diar: vt vel sic cognoscas que fides certior sit. Ad quem sol-
danus: Non credo quod aliquis de sacerdotibus meis ve
lit pro sua fide defendenda ignem intrare. Uiderat enim quen
dam sacerdotem suum autenticum et longeuum hoc audito ver
bo a suis conspectibus aufugisse: ad quem vir sanctus ait: Si
mihi velis promittere pro te et populo tuo quod ad christi cultum ve
niatis si ignem illesus exiero: ecce ignem solus intrabo

⁊ si combustus fuero imputet pctis meis: Si aūt diuina virtus me ꝓtexerit: chr̄m saluatorē agnoscatis. Soldanus optionē hanc accipere se non audere r̄ndit. q. s. ꝑpli seditionem formidabat: obtulit tn̄ ei munera ꝓciosa: que vir dei quasi lutum spreuit. De q̄ admirans ip̄m deuotius diligere cepit. Uidens se non ꝓficere nec assequi ꝓpositum ad partes fideliū diuina reuelatione p̄monitus remeauit. Qđ deus ordinauit vt seruaret in posterū insigniend⁹ ꝓuilegio singulari stigmatib⁹ chr̄i Nec tn̄ merito optati martyrii careret. Un̄ ⁊ eccl'ia canit de eo. O martyr desiderio francisce: quanto studio compatiens hunc. i. chr̄m sequeris. H Querit hic

Questio de martyrio bti francisci. Quō Franciscus ꝓ desiderio martyrij dici possit martyr: nunquid pōt quis martyrii coronā ꝓmereri sola voluntate sine mortis passiōe? Ad h̄ r̄ndet Cyprianus de pe. di. i. c. Nunquid: in textu di. ꝙ in dei seruis apđ q̄s cogitat ⁊ martyriū mente concipit: animus ad bonum deditus deo iudice coronat. Hec ille. Ubi glo. d̄t: ꝙ deus inspicit voluntatē anteq̄ perducat ad actū tam bonam vt coronet: q̄ malā vt eā damnat: sicut ptz in Cain quem dn̄s ꝓ homicidio mēte cōcepto anteq̄ occideret damnabilem ostēdit victimas eius respuendo. Hec b̄m glo. Sed ad ꝓpositum de martyrii corona intelligēda sunt predicta b̄m theol. doc. sup. iiij. sic: ꝙ hō ꝓ sola voluntate ⁊ desiderio martyrii dū non sequit effectus nō meret ꝓprie aureolā martyrij: q2 martyriū ꝓprie a morte d̄r vt q̄s ꝑ mortem testis sit fidei chr̄i sed meret talis speciale p̄mium qđ d̄r palma martyrij: quā ꝓmeruit beatus Fra. ⁊ etiā legit de btō Martino: ⁊ sic de alijs cōsimilibus. Un̄ Bona. in legenda maiori d̄t sic. O vere ac plene btm̄. s. fran. cuius aiam ⁊ si gladius ꝑsecutoꝝ nō occidit palmā tn̄ martyrij nō amisit.

Quinto religiosoꝝ. Quinto religiosoꝝ gl'ia fulgere constat: q2 tres ordines instituit: ⁊ ꝑfectissimā ordinis minoꝝ religionē insequendo iuxta formam euangelicā chr̄m crucifixū ordinauit. Sicut ptz ꝑ tria vota. s. paup'tatis: obedientie: castitatꝫ ꝑfectissima. Et q̄ ad eoꝝ circunstantias: ne. s. aliqđ possiderent proꝑriū: nec in particulari nec in cōi: ne pecuniā acciperēt ⁊c. Itē ꝙ obedirēt in oībus q̄ nō sunt ꝯtra aīam ⁊ regulam.

Sexto confessoꝝ. Sexto cōfessoꝝ gl'ia claret: q2 pius: prudens humilis: pudic⁹: sobrius: castus fuit ⁊ quiet⁹: orōni ꝯtinue vacabat: ambulās ⁊ sedens intus ⁊ foris: ⁊ manibus laborans: ab orando non cessabat: nā ⁊ in orōne visus est subleuatus toto corꝑe a terra ⁊ nubecula fulgente circundatus. Itē abbas q̄dam eū petiit ꝓ se orari. Quod franciscus ꝓmisit ⁊ statim implere curauit. Ecce autē orante illo subito abbas insolitū calorē ⁊ dulcedinē hactenus inexpertā sensit in sp̄ū: ita ꝙ in excessu mentꝫ effectus totus a seip̄o in deū defecit: ⁊ maiori semꝑ deuotiōe circa ordinē flagrauit: ⁊ multis h̄ miraculū retulit

Septimo virginū. Septimo ꝟginū gl'ia fulget: q2 vt d̄t Bona. in legēda supno sibi assistente p̄sidio inter vanos hoīm filios post carnis petulantiam nō abijt. Et ꝙ ꝟgo fuerit tota vita: claruit ex certꝫ signis. Primū est: q2 ei⁹ corp⁹ ꝟgineoꝝ stigmatū passionis chr̄i decore est signatū. Scđm: q2 in morte corp⁹ eius candidū future gl'ie stolā ⁊ pulchritudinē candore niueo demōstrās claruit. Tertiū q2 integrū sine corruptione ei⁹ corp⁹ ꝑmansit. Quartū q2 visa est aīa ei⁹ sctissima in specie stelle ꝑfulgide a candida nubecula subuecta in celū recto tramite ferri. Quintū q2 vidit quidā ali⁹ frater aīam ei⁹ in morte in specie sol' refulgentis: quē. xij. radij circūdabant. O q̄ gl'iosissime p̄r francisce tu nūc in summa gl'ia regnas in celo nr̄i miserere: ac corā dulci iesu intercede vt ꝑ tua merita det nobis grām in p̄nti ⁊ gl'iam in futuro Amen.

¶ De sctō Frācisco Ser. v. s. de sacris ei⁹ stigmatibus.

A Ego em̄ stigmata dn̄i Iesu in corpore meo porto. Gal. vi. A Mira dei pietas qua sctōs sic vult amare ⁊ honorare vt tanq̄ rex terrenus militem quem diligit sue glorie vestibus induere: ⁊ armis sue victorie insignire velit. Sicut fecit Francisco: in cuius corpore indumento anime: sue gl'ie ⁊ militie insignia ac victorie gl'iosa clenodia sic impressit. De q̄bus btūs Frāciscus in premissis verbis gloriatur di. Ego em̄ stigmata dn̄i iesu in corpore meo porto: que verba ap'lus de se loquendo d̄t: sed testimonium in his fert beato Fran. vt Nico. papa d̄t de ꝟ. sig. Exijt q̄ seminat. lib. vj. Iuxta que ꝟba tria mysteria de sacris stigmatibus beati fran. declarabimus in hoc sermone b̄m ꝙ tria ibi implicantur

¶ Primū ꝙ stigmatizatus est

¶ Scđm ꝙ dn̄i iesu stigmatib⁹ decorat⁹ est

¶ Tertiū ꝙ in corꝑe stigmata portauit vere

¶ Primum q̄ mysterium dicit stigmatizationis a dn̄o iesu Scđm d̄r mirificationis in dn̄o iesu. Tertium d̄r certificationis cōfirmante dn̄o iesu. B

Cur chr̄s voluit btm̄ frā. stigmatibus insigniri. B ¶ Circa primū de stigmatizatione beati Fran. querit Cur chr̄s dn̄s voluit inter sanctos Franciscum tali honore scꝫ suoꝝ stigmatū impressione insignire? Nam mirum est ꝙ hec propria passionis chr̄i signa noluit chr̄s tn̄modo in suo proprio corpore portare: sed etiam francisco cōmunicare. Ad hoc b̄m Fran. may. in ser. aliosq̄ nostros doc. respondet per ꝯclonem ꝙ ex bonitate chr̄i decebat franciscū insignire sacrꝫ sue passionis stigmatibus: ⁊ h̄ precipue septuplici rōne

¶ Primo propter renouandā in cordibus christi passionem

¶ Secundo propter acquisitionis gratie ⁊ meritoꝝ ostensionem

¶ Tertio ꝓpter ꝯmendationē francisci ⁊ sanctitatis manifestationem

¶ Quarto ꝓpter increduloꝝ cōfusionem

¶ Quinto ꝓpter optati martyrij ꝯsummationē

¶ Sexto propter negligentium christianorum excitationem

¶ Septimo propter euangelice regule approbationem

¶ Primo inquam ꝓpter renouādam passionem chr̄i in cordibus hoim: que iam mūdo aduesperante erat inueterata ⁊ frigefacta. Nam b̄m Aug. Omnis cognitio humana vtitur quibusdam signis ducentibus in sua signata: ⁊ ideo per talia signa voluit chr̄s hoīes accendere in deuotione: ⁊ sctām eccl'iam renouare ad memoriam passionis dn̄ice. Unde ⁊ francisco ait. Uade repara domum meam. Primo

Scđo ꝓpter acquisitionis gr̄e ⁊ meritoꝝ ostensionem. Quero nanq̄: Per quid pōt homo acquirere coram deo specialē grām ⁊ meritoꝝ augmentum. Audi de hoc Bona. ⁊ autorem li. de stimulo amoꝝ. In passione dn̄i inquit inuenies totū thesaurū: nil ita illuminat: nil ita accendit ad dilectionem: nil ita operat in anima sanctificationem sicut dn̄ice passionis memoria: per hanc gr̄a acquirit: conseruat ⁊ auget: ⁊ quicūq̄ aliquam grām ꝑdiderit: ꝑ hanc recuperari poterit. Sicut em̄ videmus ꝙ auꝝ est preciosum: sed si copulet aureo annulo aliq̄s lapis magni precij multo erit ꝓciosior: sic meritis nr̄is si applicet passio chr̄i ꝑ nr̄am intentionem ⁊ meditationē ac ꝯpassionē tanto accrescit preciū. In hui⁹ signū chr̄s illis sctis q̄ astiterunt ꝯpatiēs sub cruce chr̄i specialissimas gr̄as dedit. s. mr̄i sue gl'iam martyrij. Ioāni fraternalē adoptionē. Magdalene ardentem amorem: sctis mulierib⁹ ampliorē deuotionē: que ⁊ curabant vngere corpus chr̄i ⁊ resurgentē prius videre meruerunt. Deniq̄ ⁊ ipsi latroni cōfitenti ⁊ ꝯpatienti dedit paradisum eodē die. Sed q2 Fran. totū studiū suū circa crucē chr̄i meditandā: amandā ⁊ ꝯpatiendam apposuit: ideo chr̄s sibi hanc grām specialē fecit vt sue passionis stigmatibus insigniret. Nam Bona. in legenda de stigmatibus d̄t: ꝙ dū franciscus oraret immissum est menti eius q̄d deo in ip̄o ⁊ de ip̄o maxime foret acceptum: ⁊ diuino oraculo in trina libri euāgelici apertione fuit reuelatū: ꝙ passionis chr̄i deuotio ⁊ imitatio in actibus ⁊ doloris cōpassionibus: sicq̄ cepit abundanti⁹ diuinas dulcedines gustare: ⁊ meruit stigmatizari. O q̄ hō cōpatere chr̄o ⁊ habebis grām. Scđo

Tertio ꝓpter cōmendationē scti Fran. ⁊ ei⁹ sctitatis magne manifestationē: vt ⁊ ei⁹ exēplo incitent fideles ad sctē crucꝫ chr̄i deuotionē ⁊ vestigia ꝟtutū sectanda. Tertio

C Notabile. C Ubi nota ꝙ regula diuina ⁊ iuridica dictat ꝙ ꝑ que q̄s peccat: ꝑ hec ⁊ punit. Sap. xj. ⁊ extra de exces. pla. c. int dilect.

Exempli gr̄a. Superbus peccat in exaltando se:ꝗ me=
ret̃ humiliari confusibilr̄. Lu. xviij. Qui se exal. hu. rc̄.
Item auarus peccat terrena diligendo:ꝗ meret̃ in ter
ra. i. in inferno qui est in centro terre sepeliri. Luc̄. xvj.
Mortuus est diues ꝛ sepultus est in inferno. Item lu=
xuriosus peccat in ardore fetide libidinis:ꝗ punit̃ igne
sulphureo inferni: vt ptz de sodomitis. Item gulosus
peccat in gustu:ꝗ fame ꝛ siti cruciabit̃. Sic ꝑ contrariū
regulā diuina dictat: ꝙ ꝑ que quis meret̃ operando: ꝑ
hec ꝛ premiet̃. Apoc̄. xiiij. Opera illoꝝ sequunt̃ illos.
Sed qm̄ b. Fran. om̄e studiū sui laboris meritorij posu
it circa crucē chr̄i adeo: ꝙ semꝑ ip̄m oculis mentis cer=
neret: ꝛ ꝑ amorem ac cōpassionem in crucifixū transfor
maret̃ in aīa:ꝗ eius similitudine decorat⁹ est in corpo=
re ꝑ virtutē chr̄i mirificā. Vn̄ Hugo de sctō Vic. O aīa
scito qꝛ amor. s. dei est vita tua: ꝛ ip̄a vi amoris in eius

Exemplū

quem amas similitudinem transformaris. Ad id facit
exemplū qđ refert Bona. in legenda maiori. s. ꝙ cuius
dam notarij vrbis Rome puer vix septennis matrē ad
eccl̄iam euntē puerili more sequi optans ꝑ fenestrā pa
latij se ꝓiecit: ꝛ collisus continuo expirauit. Mater ad
sonitū conuersa videns lamentis om̄es vicinos excita
uit. Tunc frater q̇dam aduenit ordinis minoꝝ: qui illi⁹
patri ait. Credis ne sctm̄ Fran. posse filiū tuū suscitare
ꝓpter amorem quē semꝑ ad chr̄m habuit. Quo respon
dente credo firmiter: ꝛ seruus scti ero tota vita. Tunc
frater om̄es orare monuit ac sctm̄ Franciscū inuocare:
ꝛ mox puer suscitatus est: ꝛ corā oībus ambulauit inco

Quarto

lumis. Quarto ꝓpter increduloꝝ cōfusionem qꝛ ꝑ h̄
sicut ꝑ alia miracula fides deitatis chr̄i claret ad cōfu

Quinto

sionem hereticoꝝ ꝛ increduloꝝ oīm. Quinto ꝓpter
optati martyrij cōsummationē. Nā dicente ps̄. Deside
rium pau. exau. dn̄s p̄pa. cor rc̄. Sed Fran. feruentissi
me desiderauit martyriū ꝛ sanguinis sui effusionem ꝓ
chr̄o: ꝛ ꝓpter hoc ter iuit ad partes infideliū: sed deus
ip̄m seruauit ad insigniendū hoc ꝑuilegio stigmatū: vt
sic sanguinem funden̄. ꝫm dei voluntatē ꝛ dolores senti

Sexto

ens quoddā meritū martyrij haberet. Sexto ꝓpter
negligentiū chr̄ianoꝝ excitationē ad satisfaciendū pe=
nitentiā: qꝛ ip̄e iam ꝓpinquante tp̄e iudicij extremi pre
cursor missus est: ꝛ vt sibi crederet̃: hec signa ꝑ certitu=
dine quasi lr̄as citatorias chr̄s dedit ipsi Frā. vt viden
tes hoīes peniterent ne perirent. Hinc legit̃ ꝙ cū btūs
Fran. ex humilitate hec stigmata occultaret voluit de
us multis miraculis manifestare: vt ptz in breuiario ꝑ
lectiōes matutinales. Item ex legenda addit̃ ꝙ q̇dam
Bartholomeus noīe cōstruens eccl̄iam bti fran. trabe
cadēte suꝑ ceruicē ꝯquassatus ꝛ morti ꝓximus eucha
ristiam petebat: ꝛ ecce b. Fran. cū. xj. fratrib⁹ apparuit
illi in nocte ꝛ cōionem ministrauit: ꝛ ꝑ vulnera manum

Septimo

ducens sanauit: ꝛ ad opus redire p̄cepit. Septimo ꝓ
pter euāgelice regule approbationē. s. ordinis minoꝝ:
vt em̄ nullus posset calumniari: ipsius institutorē chr̄s
voluit sua speciali bulla sigillare. Et hoc ptz ꝑ Nic. pa
pā extra de ꝟ. sig. Exijt qui seminat li. vj. di. sic. Ip̄a re
gulā minoꝝ euangelico fundat̃ eloquio: vite chr̄i robo
ratur exemplo: fundatoꝝ eccl̄ie apl̄oꝝ eiusq͂ sermonib⁹
actibusq͂ firmat̃. Et infra. Hec est em̄ cui attestāte apo
stolo nemo de cetero debet esse molest⁹: quā chr̄s passi
onis sue stigmatibus cōfirmauit. Hec ꝛ plura ibi. D

D
Cur christ⁹ hec stigmata nō dedit matri sue

Sed qꝛ dictū est ꝙ ꝑ hec stigmata roborat̃ fides catho
lica ꝛ declarat̃ sctitatis studiū bti Fran. circa crucem
chr̄i meditan̄. cōpatiendo rc̄. Questio ꝗ occurrit: Cur
chr̄s hec stigmata sue passionis non dedit sctissime sue
mr̄i: aut etiā sctō Ioanni: cū isti patienti chr̄o in cruce
presentialr̄ plus compassi sunt q̄ Fran. Item multi scti
fuerunt seraphico amore pleni quare illis chr̄s non de
dit? Rn̄r ꝫm autorē li. ꝯfor. ꝙ btā virgo Maria stigma
tizari non debuit eo ꝙ fuit mulier. Licet em̄ in aīa p̄ oī
bus ip̄a portauerit vulnera chr̄i: cuius aīam ꝑtransiuit
gladius doloris ꝛ amoris chr̄i: tm̄ in corꝑe sctissimo hec
stigmata expressa non habuit: qꝛ sic stigmatizari nō de
cet sexū muliebrē: sed tm̄ virilem. Ratio: qꝛ hec stigma
ta data sunt ad mundū renouandū in deuotione ꝛ ꝯpas
siōe ac imitatiōe passionis chr̄i. Nullibi aūt legit̃ nec
in vete. nec in no. testa. ꝙ aliqua mulier directa sit vel
missa ad mūdm renouandū. Vn̄ ꝛ. j. ad Coꝛ. xiiij. apl̄s dt
Mulieres in ecclesijs taceant. s. a docendo nō ab oran
do: non em̄ ꝑmittit̃ eis loqui. Nā sicut nō decet vexillū
regꝫ ꝛ insignia regalia portari a muliere: sic in ꝓposito.
Deniq͂ Ioāni aut ceteris apl̄is in primitiua eccl̄ia h̄ si
gnū dari nō decuit: qꝛ ꝓtūc chr̄o mortuo ꝛ passo satꝫ fer
uebat recenter in cordib⁹ fideliū eius passionis memo
ria ꝛ amorꝫ deuotio. Nec ꝑ tūc fides indigebat ꝯfirma
ri h̄ miraculo: sed alijs: qꝛ h̄ viso hoīes nō magis credi=
dissent chr̄o: sed mōo tā refrigescēte debuit h̄ miraculū
fieri. Et ꝑ singulari ꝑuilegio datū est btō Francisco sti
gmata chr̄i portare: vt patuit rōnibus predictis. E

E
De miraculositate stigmatū frācisci

Circa scdm̄ principale de miraculositate stigmatum
Fran. accipiam⁹ ꝑ ꝯcl̄one. s. ꝙ benedictus dn̄s Iesus
sacris Fran. insigniendo stigmatibus multis decorauit

Primū

mirabilibus. Declarat̃. Primū nanq͂ mirabile in appa
ritione: qꝛ apparuit btō Fran. oranti de celesti sublimi
tate aduenire seraph vnus habens sex alas tā ignitas
q̄ splendidas: quaꝝ due supra caput illius eleuabant̃
due ad volandū extendebant̃: due vero totū velabant
corpus. Iste quippe numerus sex alaꝝ in scripturis se
raphicis spiritibus tm̄mō attribuit̃: vt ptz Esa. vj. Et h̄
fuit mirabile ꝙ ad btm̄ Fran. missus est ꝛ descendit se=
raph. qꝛ de cōi lege angeli ex ordine seraph nō mittun
tur ad extra: sed semꝑ deo assistūt: ꝓut dt Diony. de an
gel. hierar. Pro speciali ꝗ ꝑuilegio fuit ꝙ seraph veni=
ret ad btm̄ Frā. Tum qꝛ in rebus multum arduis solet
deus ꝛ raro illos angelos mittere. Tum qꝛ incendere
veniebat vt. s. btūs francisc⁹ ꝑ incendiū mentis transfor
maret̃ totus in chr̄i similitudinē: ideo seraph qđ inter=

Scdm̄

pretat̃ ardens amore missus est. Scdm̄ mirabile i cru
cifixi specie: qꝛ cū predictus angelus seraph volatu ce
lerrimo peruenit ꝓpinquius ad sctm̄ fran. vidit inter
alas effigiem hoīs crucifixi in modū crucꝫ manus ꝛ pe=
des extensos ac cruci affixos: hoc em̄ fuit valde mira=
bile. Ideo ꝛ francisci mens de hoc vehementē stuporē
incurrit: eo ꝙ passiōis infirmitas cū imortalitate sp̄ūs
seraphici nullatenus cōueniret. Mirꝝ etiam fuit ꝙ li=
gnum crucis ꝛ claui q̇bus affixi erant manus ꝛ pedes
illius cernebant̃ inter alas angelicas. F Querit̃

F
Questio

hic: vtrū in ista forma seraphica apparuerit chr̄s met
in ꝓpria ꝑsona: aut tm̄ angelus chr̄i? Ad qđ rn̄r ꝫm do
cto. nostros ꝙ ibi fuit ip̄emet chr̄s i ꝓpria ꝑsona stigma
tizans btm̄ Fran. Et hoc satis claret in officio ꝑ ecclesi
am approbato in multis passibus. Primo in antiphona
vbi sic canitur: Crucis apparens hostia tensis in cruce
brachijs sex alis tecta varijs rc̄. sequit̃: suaq͂ sacra sti=
gmata in ei⁹ carne ꝓtrahit. Crucis etem̄ hostia non est
angelus: sed chr̄s met passus qui sua nō angeli stigma=
ta impressit rc̄. Item in hymno. Ad quē venit rex e ce=
lo amictu seraphico sex alaꝝ tectus velo aspectu paci
fico: affixusq͂ crucis telo portentu mirifico: cernit seru⁹
redemptorē passum impassibilē seculoꝝ impatorē rc̄.
Item in ver. Sanasti dn̄e seruum tuū Fran. signis re=
demptionis nostre. Ex q̊ patet ꝙ chr̄s met fuerit. Itē
in prosa. Tūc alatus vir hierarcha venit ecce rex mo=
narcha rc̄. ꝗ fuit chr̄s sicut ꝛ reuelatum esse legit̃ li. cō
for. iij. O mira chr̄i clemētia qꝛ sicut apparuit ad trans

Tertiū

formandum. Tertiū mirabile in verboꝝ tenore: qꝛ sic
apparens verba arcana locutus est: que nunq͂ dum vi
ueret alicui hoīm aperiret. Credendum est em̄ sane ꝙ
talia essent illa vt non liceret ea hoī loqui: sicut ꝛ apl̄s
legitur in raptu talia vidisse. j. Coꝛ. ij. G Sed no

G
Archana reuelata btō francisco

tandum ꝙ illa arcana francisco reserata q̄uis dum vi=
ueret nulli dixisset: tm̄ post mortem eius legit̃ lib. ꝯfor.
ꝛ vite soci. ꝙ a fratribus pulsatus precibus apparēdo
btūs Fran. aliqua tm̄mō reuelauerit. Unum est ꝙ etiā
in vita predixit fratri Leoni. s. ꝙ quicūq͂ haberet in re
uerentia ꝛ deuotione vt debet ordinem fratrū minoꝝ:
deus ipsi per gr̄am suam ꝓ meritis ordinis bonū finem

Scdm̄

daret. Scdm̄: ꝙ quicunq͂ persequeret̃ ordinem ꝛ fra
tres animo malo non diu viueret sine punitione: sed in
breui diuina vltio in eū veniret. Sed hoc intelligendū
nisi qn̄ talis persecutio a deo ꝑmissa esset pro fratrum

vtilitate salubri sicut pꝫ in martyribus. Et hoc ego ipse
Tertiū expertus sum in multis ꝑsecutoribus ꝑcussis. Tertiū
qꝛ in ordine isto nullus malus in malo obstinatus posset
diutius perseuerare: quin vel peniteret ꝛ confiteretur
Quartū vel apostataret īpenitens. Quartū ꝙ vsqꝫ in finē mūdi
ordo iste perseuerabit quantūcunqꝫ impellatur tribulati
onibus. Unī sicut scribit Joachim abbas li. ꝯcor. hic or=
do ab antichristo maximas persecutiones sup omēs susti
nebit: sed munere chri permanebit: ꝛ ꝑ ipm totus mūdus
post mortem antichristi cōuertetur ad chrm. Hec suffi=
Quintū ciant. Quintū est in impressione stigmatū cū dolore: q̄
vtiqꝫ fuit magnus in fractura carnis facta virtute diui
na tam subito. ¶ Queritur hic: Utrū stigmatizatio
Stigmatiza tio fran. sola ꝟtute diuia facta sit
beati Francisci facta sit sola virtute diuina? Ad quod
respondendo notande sunt tres veritates ſm doct. no=
stros. Prima veritas ꝙ hec stigmatizatio ſm modum
ſm quem facta est non potuit fieri ꝑ artis ingenium vel
etiā per naturā: qꝛ natura vel ars non pōt de carne hu
mana vel neruis in corpore viuo formare clauos: sicut
fuerunt in ista stigmatizatione: vt statim infra dicetur.
Unī non potuit etiā fieri talis stigmatizatio virtute ima
ginationis vehementis: sicut quidā putauerunt qꝛ ma=
teries dura non obedit imaginationi quantūcunqꝫ for=
ti vt alteretur: sicut Aug. xi. de trin. dicit. Licꝫ materia flui
da qñqꝫ obediat: vt patet de ouibus varii coloris gene
ratis ex aspectu virgaꝝ varicoloꝝ. Gen. xxx. Sed ma
teries manuū ꝛ pedū Francisci in quibus facta est mu
Scda ꝟitas tatio fuit dura ꝛ tota neruosa ḡ ꝛc. Scda ꝟitas ꝙ hec
stigmatizatio ſm modum quē facta est non potuit fieri
etiam virtute angelica: quia angelus non habet virtu=
tem transformandi animā: nec cōsequenter ꝛ corpus vt
patet per Sco. super. ii. di. xi. q. i. Nam Aug. iii. de tri.
dicit ꝙ hec materia visibiliū reꝝ non seruit ad nutū ange
lis sic ꝙ ꝓpria virtute possint mutare ꝛ inducere rebus
varias formas substantiales: alioquin possent etiā de=
mones facere ꝟa miracula si possent res mutare in ve
ritate: quod falsum est. Non potuit ḡ angelus ꝓpria vir
Tertia tute ex carne Francisci clauos formare. Tertia veri=
tas ꝙ hec stigmatizatio facta est sola virtute diuina.
Pro quo nota ſm Fran. may. ꝙ in sacra scriptura inue=
niuntur quatuor genera miraculoꝝ. Quedā per inge=
nium artis facta: sicut arte magica facta sunt in egypto
per maleficos Pharaonis: vt dicit Aug. super Exod. vii.
Secundo quedā per virtutē nature facta: sicut fit ecly
psis solis vel lune: de qua vulgus miratur: licet sit eius ra
tio naturalis: excepta eclypsi tēpore passiōis chri que
fuit supernaturalis. Tertio quedā ꝑ potentiā angeli=
cam facta: sicut status solis ꝛ retrocessio: quia ad mini=
sterium angeloꝝ ꝑtinet motus celi. Quarto alia sunt
per solam diuinam potentiā facta: sicut mundi creatio:
sic ꝛ anime humane creatio atqꝫ cōseruatio oim in esse.
Hec aūt stigmatizatio facta est sola potentia diuina q̄
sola pōt varias inducere formas rebus ad nutum: non
aūt angelus vt docet Aug. etiam contra Manicheos.
Et sic patet. O ḡ Jesu bone tu lauderis in his stigmati
Quintū bus ꝛ tibi gloria. Quintum ḡ mirabile in clauoꝝ for
matione quia manus ꝛ pedes non solum sunt perforati
sed etiā claui in eis sunt ex neruis ꝛ carne facti diuina
virtute. Erant autē ad instar ferri nigri: duri: fortes ac
solidi: ꝛ tam longi vt pertransiret eius manus ꝛ pedes
Sextum Sextum in rotunditate ꝛ repercussione: quia capita
clauoꝝ in interiore parte manuū ꝛ superiori pedū erāt
rotunda: ꝛ ex aduerso erant acumina eoꝝ oblonga: re=
torta: ꝛ quasi repercussa ꝟtute diuina: cū nec incus nec
malleus ibi fuerint: ꝛ erāt recuruata clauoꝝ acumina
adeo prominenter ꝙ intra recuruationē arcualē ipsoꝝ
digitus immitti valeret. Unde nec plantas pedū solo
applicare libere sinebat: sed oportebat in calcaneis in
Septimū cedere. Septimū in inhesione: quia sicut inheserant
claui vt licꝫ inter ipos ꝛ carnē specie immitterētur ad re
primendā sanguinis continuā effusionē: ꝛ cum essent sic
a carne separati: nunq̄ tñ amoueri poterant q̄uis plu=
Octauum ries attentassent fratres: moueri quidē poterāt: sed ex
trahi nequibāt: veluti nerui ꝛ vene innati corpori totū
deo est attribuendū. Octauum mirabile in sanguinis

effusione: quia sepe sanguinē hec vulnera ꝛ maxime la
teris plaga fundebant: ꝛ semp die veneris adueniente
copiosius quo die etiā maiores dolores btūs Fran. sen
tiebat. Nam ꝛ chrs eo die est passus. Unde ipse btūs vir
sic cum chro ꝛ in chro experiebatur dolores ꝛ sangui=
nis effusiones. Nonum in transfixione. s. in dextro la Nonum
tere. Dextrū quippe latus quasi transfixum lācea erat
quod sanguinem sacrū dolorose fundebat vt oporteret
lauari tunicā sepius. Decimo in originali permansio Decimū
ne: quia vulnera ista ꝑ duos annos ꝛ. xviii. dies in cor=
pore Fran. vsqꝫ ad mortē. s. eius ꝑmanserunt ꝛ durauerunt
incurabiles ꝛ etiā imputribiles cū nō haberēt ali
qd conseruatiuū. Erāt qꝫ stantes in statu sue originis
q̄ impressi sunt sine fetore ꝛ corruptiōe. In q̄bus oibus
deus ꝛ dñs iesus laudetur. O q̄ venerabilis btūs fran.
deuotis existit in q̄ deus fecit talia. J

¶ Circa tertiū de certissima veritate stigmatū in cor De ꝟtute sti gmatū in cor pore frācisci
pore bti Fran. sit ꝑ ꝯclusiōe ꝙ indubitata ꝛ certissima
veritate cōprobatur btūs Fran. stigmata chri portasse
in corpore. Nam ꝓbatur hoc: Primo multoꝝ fidedigno
rum testimoniis: vt em̄ scribit Bona. Uir vtiqꝫ maxime
sanctitatis in legenda: ꝙ licet btūs Fran. omi diligen=
tia studeret hec stigmata abscondere portādo semper
extunc manus contextas ꝛ pedes calciatos: ꝛ sollicite
occultando lateris vulnus: vidisse tñ dei ordinatione ꝛ
palpasse iurauerunt multi sanctissimi fratres: aliq̄ etiā
cardinales: similiter ꝛ summus pontifex Alexan. iiii. q̄
ꝛ in predicatione publica se oculis conspexisse asseruit
Sed ꝛ in morte beati Fran. viderunt plus q̄. l. fratres
ꝛ sancta virgo Clara cum suis virginibus inclusis: ꝛ se
culares innumeri: ac osculati sunt ꝛ contrectauerunt ꝑ
firmitate testimonii. Scdo ꝓbatur apostolicoꝝ pluri Scdo
moꝝ bullis. s. Greg. ix. qui hunc sctm̄ ascripsit catalogo
sanctoꝝ: qui de ista stigmatizatione mandat credendū
fidelibus sub nota heresis: ꝛ fecit tres bullas. Itē Ale
xandri pape. iiii. qui etiam fecit tres bullas. Itē Nico
lai. iii. qui dedit bullā. Et extra de ꝟ. sig. Exiit qui semi
nat li. vi. facit de stigmatibus expressam mentionē. Itē
Bñdicti. xii. qui dans bullā ordini mandauit celebrari
festum stigmatū. Tertio ꝓbatur reuelationibus ꝛ mi Tertio
raculis innumeris de quibus aliqua tacta sunt supra:
alia pro breuitate transeo. Sed ꝑ deuotione simpliciū
historiā impressionis stigmatū breuiter describā. Legi Historia im pressionis stigmatū
tur em̄ in li. de vita socioꝝ beati Fran. ꝙ cū b. Fran. in
latere mōtis aluerne quadragesimā beati Michaelis
ieiunaret: quodā mane dū ibi oraret mirā dulcedinem
diuinā abūdantius cepit sentire: ꝛ vidit de celoꝝ subli
mitate descendere ad se seraph ignitas. s. alas ꝛ splen=
didas habentē ꝛ mōs cernitur inflāmari: appropinquan
te illo vidit inter alas chrm iesum crucifixū: ꝛ vehemē
ter obstupuit: meroreq̄ compassionis super chro passo:
ꝛ gaudium sup eius gratioso aspectu mens eius incur=
rit vt dicitur in legenda. Et cū arcana verba sibi reuelasset
tandē dixit: Para te Francisce: faciā em̄ in te mirabilia
Et ille. Tu scis dñe quia paratus sum ad oia tua man=
data. Tunc chrs extendit manū suā dexterā sup beati
Francisci manū dexterā ponendo: ad cuius contactum
franciscus vulneratus est in manu: dolorosa voce excla
mauit: O dñe Jesu: ꝛ cecidit in terrā: ꝛ sic attonitus ac
stupens aspiciebat chrm. Cui stupenti ait chrs Surge
francisce extēde aliā manū: ꝛ fecit ꝯsimili mō in sinistra
manu eius. Et iterato ille cecidit exclamās. Ad quē dñs
iteꝝ ait. Surge francisce para te. At ille: Dñe mi para
tus sum. Et dñs posuit pedes suos sup pedes francisci
ꝛ ille plagatus repente exclamauit ꝛ cecidit in terram
Tandē dixit ei iteꝝ dñs: Francisce surge vt ꝑficiā in te
que disposui mirabilia. Franciscus ait. Dñe q̄s poterit
sustinere tales dolores? Cui dñs. Quid tunc fecisses si
verbera ꝛ spinee corone cōpunctiones: alapas: sputa: ꝛ
alias penas q̄s ego ꝑ hoibus suscepi sustinuisses. Sur
gens ḡ franciscus dixit. Quid iubes paratus sum. At chrs
amplexans illū iunxit latus lateri bti fran. ꝛ statim im
pressit plagā lateralē. Tunc fran. exclamans: O pie Je
su: cecidit in terrā quasi semimortuus: ꝛ chrs in celū di=
sparuit. Btūs aūt Fran. iacuit in terra vsqꝫ ad nonam

horam. Tunc frater Leo superueniens et vidēs pstratū leuauit eū: putans ex abstinentia defecisse. Et sic ab illa hora btūs frā. licz occulte vt potuit illa sacra stigmata in corpe portauit. O ꝗ btissime pr̄ o gl'iosissime chri signifer: p tua stigmata te rogam⁹ intercede p nobis ad dn̄m iesum vt tuis meritis det grām ꝛc̄.

¶ De seraphico patre Francisco Sermo. vj.

A Vidi alterū angelū ascendentē ab ortu solis habentem signū dei viui Apoc̄. vij. A Sicut seraphicus Bona. in plo. maioris legende btī Frā. testak: indubitabili fide in hoc vaticinio Joannis in Apoc̄. sub similitudine angeli ascendentis ab ortu solis ꝛ habentis signū dei viui designatus est btūs Franciscus. Ipe eīn angelus merito dicit ppter sanctitatē angelice vite ppter qd in ipo li. Apo. Joā. sepe accipit angelos p hoibus sctis: vt ptz de episcopis. vij. eccl'iaꝝ: qs angelos vocat: ꝛ etiā ppter officium: qr angelus dn̄i nuncius dr̄. Btūs aūt Franciscus missus fuit dei nūcius ad predicandū sequelā chri passi p pniam. Itē dr̄ ipe ascēdere ab ortu solis. Tū qr de ciuitate assisij ortus est: que a romana eccl'a est versus orientē sita. Tū qr mane circa ortū solis fuit ꝯsignatus chri stigmatibus. Et pptera etiā dr̄ habere signū dei viui. i. passionis chri stigmata. Itē dr̄ ꝙ clamauit voce magna. s. predicationis ꝛ exēplificationis: quatuor angulis. s. ad quatuor mundi partes: hoc est orientē: occidentē: austrū: ꝛ aquilonē: quib⁹ datū est nocere di. Nolite nocere terre ꝛ mari: neqꝫ arborib⁹ ꝙusqꝫ signem⁹ seruos dei nr̄i in frontib⁹ eoꝝ. s. p pnie vere signa: ꝛ tandē maximū exercitū electoꝝ duxit corā deo. Sic p oia fecit Franciscus. Unde ꝛ de ipo hec verba conuenienter accipiunk. Juxta ꝙ btūs fran. ꝯmendak pcipue de trib⁹ de quibus agemus in sermone.

¶ Primo de seraphica charitate i angelo ab ortu solis. ꝙ ardens chri amor seraphic⁹ pcatur

¶ Scd̄o de signifera dignitate. ibi: habentem signū dei viui

¶ Tertio de salutifica vtilitate: qr post hec sequik de multitudine saluandoꝝ

B

B ¶ Circa primū de charitate seraphica querik: qualis est iste amor seraphicus: aut quō hoīes possint ad eum peruenire vt. s. deū ament seraphico amore. Ad qd notandū ꝙm doc. pcipue Ber̄. de sex alis seraphin: ꝛ Dionys. li. de ange. hierar. Itē Lyrā sup Esa. Fran. may. aliosqꝫ ꝙ in scripturis hec duo seraph attribuunk. s. numerus ꝛ dispositio alaꝝ. Primo. s. numerus senarius alaꝝ: vt ptz Esa. vj. vbi Esa. dr̄. Uidi dn̄m seden. sup so. excel. ꝛ eleuatū: ꝛ plena erat domus a maiestate eius: ꝙm Ly. vidit angelū in effigie hois sedentis in solio supra templū dn̄i: cuius maiestatꝫ fulgore mirabili procedente templū plenū esse videbak: ꝛ ea que sub ipo erāt replebant templū: qr ore vel fines vestimentoꝝ ei⁹ apparebant vsqꝫ ad templi pauimentū diffuse. Nā p hanc apparitionē significabak deus incarnandus in tēplo. i. in virgine Maria quā inhabitauit. Sequik: Seraphin stabant sup illud. s. templū: qr stabāt sic ꝙ vnus erat ad dexterā illius angeli qui apparebat in psona dei: ꝛ ali⁹ ad sinistrā: qui stabant parati obsequi ei. Sequik. Sex ale vni: ꝛ sex ale alteri: ꝙm Fran. may. ex hoc ppendik ꝙ angel⁹ missus ad btū fran. qn̄ stigmatizauit eū chrs fuit seraphicus spūs: qr ceteris angel' iste numer⁹ alaꝝ non ascribik in scripturis. Sed qd significēt iste ale sex Ber̄. vbi s̄. plire tractat: cuius sniam breuiando sex pcipua notank ibidē tanꝗ sex ale seraph: per ꝗ homo. s. peruenire pōt ad incendiū pfecti ꝛ seraphici amoris diuini. Prima ala inquit Ber̄. est confessio criminis: quā causat ꝛ format cōpunctio. Cuius prima penna est veritas. Scd̄a integritas. Tertia firmitas. Quarta humilitas. Quinta simplicitas. qr ꝯfessio debet esse ꝟa integra: firma. s. in spe venie sine desperatione: ꝛ humilis ac simplex vt ppriam accuset simpliciter ꝛ humikr culpam nō excuset nec attenuet. Scd̄a ala est inquit satisfactio. Huius prima penna est pcti abrenunciatio finem ei ponendo. Scd̄a est lachrymarū effusio. Tertia ieiunium vel carnis castigatio. Quarta elemosynarū largitio. Quinta deuota oratio. Hec reqrit satisfactio. Tertia ala est castitas. Hui⁹ penna prima est visus pudicicia. Scd̄a auditus castimonia. Tertia gustus temperantia. Quarta olfactus modestia. Quinta tactus sanctimonia. Hec ꝙm quinqꝫ sensus corporis. Quarta ala puritas mentis. Huius penna prima rectitudo affectiōis: vt bona sola ꝛ nō mala appetat. Scd̄a in dn̄o delectatio. Tertia mūda cogitatio. Quarta pacꝫ vnio vt. s. tranquillitatem in mente teneak. Quinta pura intentio: vt scꝫ intentiōe bona faciat ea que operak. Hec quo ad mentē. Quinta ala est pximi dilectio. Huius prima penna est scꝫ nulli nocere verbo vel opere. Secunda est omībus prodesse verbo ꝛ opere. Tertia res in necessitate proximis impendere. Quarta mortē pro salute proximoꝝ sustinere in articulo necessitatꝫ. Quinta animaꝝ lucrum proximoꝝ vsqꝫ ad mortem semp zelare ꝛ querere. Sexta ala dei amor sup oia. Huius prima penna est nil aliud ꝗ deum concupiscere. Scd̄a ppter deū sua distribuere. Tertia ppter deū oia relinquere. Quarta ppter deū seipm contēnere ꝛ ppriā voluntatem abdicare. Quinta in his vsqꝫ ad finem pseuerare. Hec ꝙm Ber̄. Btūs Fran. hec om̄ia obseruauit: ꝛ ideo seraphicum dei amorē habuit. ¶ Secundo ipsis seraphicis angelis attribuik dispositio alaꝝ talis. s. ꝙ duabus velabant faciem eius. Esa. vj. ꝙm Lyr̄. sic ꝙ duas alas erexerāt superius capita quasi transuersaliter non ꝙ essent extense ante facies eoꝝ: sed sup caput quasi transuersalr: ꝛ sic velabant caput superius: ꝛ per ꝯn̄s faciem que est pars capitꝫ. Sequik. Et duab⁹ velabant pedes: qr transuersalr versus inferiora ptendebank: vt corpora seraphin ꝛ pedes velarent ad quandam decentiā honestā operimenti ꝛc̄. Et duab⁹. s. alis medijs volabant. Hec ibi. Et hmōi sub dispositione alarum apparuit beato Frā. seraph: teste Bona. in legenda: ꝗ ꝛc̄. Sed quid per hec significetur ꝛ itelligi datur Notandum ꝙm Lyr̄. ꝛ Fran. may. ꝙ exquo Greg. dicit super Ezech. s. ꝙ per alam contemplatio designak: igik per duas alas supra caput erectas intelligitur contemplatio diuinorum que sunt supra naturam angelicam. Item per alas duas protensas inferius ad cooperiendum corpus ꝛ pedes cōtemplatio eoꝝ que sunt inferiora angelis designatur. Hinc Diony. in ange. hierar. c. xiij. dicit. Seraphin ideo velabant caput vt altiora diuinitatis sibi tecta: ꝛ etiam pedes vt inferiora ꝛ pfundiora sibi impenetrabilia testētur. Hec ille. Unde cum iudicia dei etiam in inferioribus disponendis sint abyssus multa: per hec clarent angelis incomprehensibilia vt patet de hominis istius vel illi⁹ predestinatione vel reprobatione: vocatione vel electione ꝛ aliis iudicijs dei occultis. Deniqꝫ per alas duas ad volādum extensas designatur ꝙ. s. angeli cōtemplando vel cognoscendo dei volūtatem semper sunt parati ꝛ ad diuina ascendere ꝛ ad inferiora descendere ꝙm domini voluntatem ideo volatus in medio loco disponitur quasi ad vtrūqꝫ paratus. Due ergo ale pares vbiqꝫ sunt ꝙm Franciscū may. ad designandum hec duo. s. intellectum ꝛ voluntatem angelicam: quibus angeli feruntur ad contemplaū. in deum: vel ad inferiora cōtemplanda reflectuntur: vel ad dei voluntatem ꝛ ministeria implenda parati semper obsequuntur. Ex his pro morali documento nostro accipiamus ꝙ scꝫ seraphicum amorem homo nō potest habere nisi in deum feratur per contemplationem ꝛ amorem recognosceū. ipsi⁹ incomprehensibilem charitatem qua dilexit nos ꝛc̄. Item nisi reuereatur ꝛ timeat dei iudicia ꝛ separari a deo vsqꝫ ad mortem nolit. Item nisi per omnia diuine voluntati conformetur ꝛ obediat. Unde oramus. Fiat voluntas tua sicut in celo. s. per angelos: ꝛ in terra per nos. s. obediendo. Beatus Franciscus hec omnia ardenti charitate seruauit perfectissime. ꝗ ꝛc̄.

D

D ¶ Circa scd̄m de signoꝝ chri portatione qd btō Francisco est magne dignitatꝫ ꝛ glorie queri potest. Qualia sunt hec signa crucifixi que portauit Frācīscus ad con

Marginalia: De charitate seraphica — Seraph attribuitur numer⁹ ꝛ dispositio alaꝝ — Sex ale seraphin — Prima ala — Secunda — Tertia — Quarta — Quinta — Sexta — ¶ Dispositio alarum — Documentū — Signa crucifixi ꝗ portauit Fracīscus

signandū fideles chrī pro assequēda btitudine celesti?
Ad qđ respondet. ꝙ chrs dñs insigniēdo Franciscū sa=
cris sue passionis stigmatib⁹: oñdit certa sua signa data
eidē ad imitandū fidelibus qbus agnoscant saluandi a
Primū signū. reprobis dānabilibus. Primū signū innocētie ꝛ puri
tatis. Sicut eñ chrs in mūdissima carne innocent pas=
sus suscepit hec vulnera in cruce ad delendū nr̄a pctā:
ita voluit hec signa dare Frācisco: vt p̄dicaret hoibus
mundiciā a pctis: ꝛ custodiā a sordibus vicioꝝ. quia vt
scribit Apoc. xxi. Nil coinqnatū intrabit in illđ. s. regnū
celoꝝ. Qui ḡ a pctis cauent signo crucifixi signati sunt
ad btitudinē. ad Gal. v. Qui chrī sunt carnē suā crucifi
xe. cū vicijs ꝛ cōcu. Qui aūt pctā faciūt signū diaboli ꝛ
dānationis hñt in se sigtū. i. Joā. iij. Qui facit pctm̄ ex
diabolo est. Btūs Frā. cū h̄ signo ambulauit p̄dicādo ꝛ
exēplificādo. qꝛ lꝫ iuuenili etate nutrit⁹ fuerit ī vanis.
tū supno sibi assistēte p̄sidio p̄seruat⁹ est a carnis petu=
lātia. Et tandē ad chrm ꝯuersus oīa vicia in seip̄o cruci
fixit mortificādo. Una aūt die dum in quodā loco solita
rio annos suos in amaritudīe deploraret nō sine culpa
transactos scti spūs in eū supueniēte leticia: certificat⁹
Scđm signū est de remissiōe plenaria oīm delictoꝝ. Scđm signū
pnie ꝛ eius ꝯitatis. Nam chrs hec vulnera suscepit in
cruce pro signo penitētie de pctis nr̄is: non suis. Uoluit
ergo Frācisco dare ad p̄dicandū pniam: ꝛ sic h̄ signo fi
deles chrī signari. iuxta illud Ezech. ix. Signa thau su
per frontes viroꝝ dolentiū ꝛ gementiū. Hoc q̄ppe est
signū chrī qđ ꝛ Frācisco dedit: apparēs ꝛ dicens illud
Mat. xvi. Qui vult veni. post me: tollat crucē. s. penitē
tie ꝛc. Sed ipenitētia signū damnādoꝝ est. Lu. xiij. Ni
si pniam egeritis oēs simul pibitis. Hui⁹ pro signo Frā
tertiū signū. ciscus visus ē dū p̄dicaret miro thau sigtus. Tertiū
signū spūs pauptatis. Nam chrs nudus ꝛ paup pepen
dit in cruce cū his vulnerib⁹ stigmatū que dedit Frāci.
ꝓ signo suo ꝯsignando fideles. qꝛ scribit Lu. xiiij. Qui
non renūciauerit oībus que possidet: nō pōt me⁹ esse di
scipulus. Uñ amor cupiditatꝭ terrene signū est diaboli:
vel dānationis. i. Jo. ij. Si qs diligit mundū: nō est cha
ritas patris in eo. Cū hoc signo pauptatis chrs Frāci=
scum misit in mundū ad signandū hoīes chro per contē
ptū tempaliū. Uñ ip̄e in tunicis ꝛ alijs euangelicā pau=
pertatem ꝯuauit ꝛ ꝯuari in regula mādauit: pecuniā et
quartū signū omīa abdicās. Quartū signū obediētie ac humilita=
tis. Nam chrs ex obediētia hūliauit seip̄m ad crucē: et
sic suscepit hec vulnera. ꝛ ideo obediētie signum dedit
Francisco tam in se q̄ȝ in alijs cōsignandis ad imitandū
s. in humili obediētia mādatoꝝ: qđ est signū chrī. Mat.
xix. Si vis ad vitā ingredi ꝯua mādata. Btūs Franci=
scus in oībus deo obediuit ꝛ chro. Nam mādauit chrs
Francisco vt eccl'iam suā repararet: ꝛ repauit materialit
ꝛ spūaliter. Itē scđo mādauit dicēs. Francisce amara
pro dulcibus sume: ꝛ teip̄m cōtemne si vis me agnosce
re. Et hoc impleuit leprosis seruiēdo: ꝛ vlcera osculan=
do. Itē tertio mādauit vt crucē chrī sequeret. ꝛ h̄ ser=
Questio. uauit semp in mēte p̄sentialiter portādo. Deniq̄ȝ
quero. Quali signo possit quis agnoscere ꝙ pfecta obe
dientia ꝛ timor dei sit in ip̄o? Respōdet ꝙ certissimū si
gnum ad id est: si videt deū sibi ad nutū cōdescēdere et
ip̄m exaudire. qꝛ vt ait Augu. de ope mona. Citius ex=
audit vna obediētis oratio: q̄ȝ decē milia cōtemptoris.
Ideo ps. Uoluntatē timentiū se faciet. s. deus: ꝛ depre
ca. eo. exau. Sed qꝛ de btō Fran. legit. ꝙ deus ip̄e cō
descēdebat ad nutū: ꝛ in oībus exaudiebat. Ad qđ ali=
Exemplū. qua referam⁹. Cum eñ iret cū fratre socio nocte sup=
ueniēte cū forent inter paludes pre tenebris in piculis
cōstituti viaꝝ: dixit ei socius. Pater ora: vt de instātib⁹
piculis liberemur. Ad qđ vir dei rñdit. Potēs est de⁹:
si sibi placet tenebraꝝ effugata caligie bñficiū lucis no
bis impēdere: vix ꝯmonem cōpleuerat: ꝛ ecce tanta lux
de celo radiauit ilico: vt nocte alias obscura existente:
ip̄i clara luce viderunt non solū viam: sed ꝛ plurima cir
cūquaq̄ȝ loca: ꝛ durauit vsq̄ȝquo ad loca hospitij ꝓuene
runt. Itē cū p̄uidisset sterilitatē sup terrā venturā: ip̄e
cupiebat ꝙ suo tempore non veniret. Et sic factum est.
ꝙ non nisi decedēte viro dei subsecuta est. Itē cum in
quodā loco deserto petrosoliū habere cupet: vbi nunq̄ȝ
illa herba visa antea fuit: mox diuina ꝯtute illi⁹ herbe
copiā habuit. Ad id in legēda multa. Quintū signū quintum signū
fraterne dilectiōis ꝛ pietatꝭ. Nam ex pietate erga nos
ꝛ misc'dia chrs suscepit vulnera. hoc ergo signū est chrī
Joā. xiij. In h̄ cognoscēt oēs: qꝛ mei estis discipli: si di=
lectio. ad inui. ha. Per ꝯtrariū ira et inuidia signa sunt
diaboli. Uñ chrs h̄ signū dedit Fran. quē sūmo affectu
pietatis ipleuit tam in cōpassione chrī: q̄ȝ in aiaꝝ zelo:
q̄ȝ erga paupes: q̄ȝ etiā erga creaturas irrōnales: q̄ et
viceuersa afficiebant ad eius pietatē. Uñ cū indigene
eremitorij grecij mltis malis affligerent per lupos ra=
paces qui ꝛ bruta ꝛ homines consumebāt: ꝛ per grandi
nes ac annuas tempestates vir dei cōpatiens: ad peni
tentiā ꝛ pietatem eos induxit pro eis fideiubens. et sic
ad pietatē cōuersis ac penitentiā agentibus: seruaue=
runt lupi ꝛ grando pactionē serui dei ꝛ legem pietatis:
ꝛ cessauerūt pericula. Sed ꝛ grando vicinos ꝓuadens
ab illis in ptem diuertebat. Sextū signū ardentissi=
me charitatis. Nam christus ex amore diuino vulnera
suscepit ꝓ nobis. ꝛ hoc signū christi est. quia deus cha
ritas est: ꝛ qui manet in charitate in deo manet. i. Joā.
iiij. Sic per cōtrariū signū diaboli est odiū dei. Hoc di
uine charitatis signū Francisco datum est: qui ardens
amore seraphico alios ad amorē dei signauit inducen=
do. Nam ex hoc amore martyrio flagrauit: ꝛ fratres ad
idē incitauit: qbus etiam feruēter dicere solitus erat
Fratres incipiamus ꝯuire chro deo: quia nil est qđ ha=
ctenus fecimus. O ergo homo obꝯua hec signa ꝛ porta
in te: vt sis de numero electoꝝ. F

F de suffragiis bti Frācisci.

Circa tertiū de saluifica suffragatione accipiamus
pro cōclusione. ꝙ bñdictus dñs Jesus ostendit in eccle
sia ꝓuenire hominibus multa suffragia per beati Franci
sci merita. Declarat per omniū statuū genera. Primo
in apostolicis. Nam Innoceñ. papa vidit lateraneñ. ba
silicam ruine ꝓximā dorso Francisci submisso sustentari.
Secūdo in bñficiatis. puta cardinalibus: episcopis:
abbatibus. ꝛ hmōi. Nam dñs Hostieñ. cardinalis sctō
francisco deuotus ip̄o p̄dicente ad aplicam dignitatem
est sublimatus. ꝛ Gregorius. ix. papa vocatus: cui fran
ciscus apparens: de stigmatibus suis hesitantē in fide
certificauit: ꝛ sic deuotiōis grām ille per beatū Franci
scum obtinuit. Item episcopo Assisinati btūs Francisc⁹
dum migrauit apparuit dicens. Ecce relinquo mundū
ꝛ vado ad celum. s. pro te ꝛ deuotis meis ibidē interce
deñ. Item abbas sancti Justini in episcopatu Perusij
per orōnem sancti Francisci mirum calorem ꝛ dulcedi=
nem deuotionis obtinuit. Tertio in clericis ꝛ presby
teris qbus magni honoris gl'iam ꝛ reuerentiā Franci=
scus docuit debere. Unde canit. Franciscus vir catho=
licus ꝛ totus apostolic⁹ eccl'ie teneri fidem romane do=
cuit: p̄sbyterosq̄ȝ monuit pre cūctis reuereri. Unde dic.
ꝙ si obuiaret sibi presbyter ꝛ angelus: prius salutaret
presbytero q̄ȝ angelo. Quarto in dominis magnis.
vt patet in Soldano impatore: quē ꝛ in tempe mortis
per fratres missos baptizari fecit: vt saluari posset. Re
ges etiam plures eius regulam tenuerunt: et per eius
patrocinia magnam gratiam deuotionis obtinuerunt.
Patet de sancto Ludouico rege Francie. de sancto Lu
douico primogenito regis Sicilie. ꝛ sic de alijs. Et de
reginis filiabus regum. Quinto in egregijs militi=
bus ac belligeris. Nam miles deuotus Franciscus in=
uitauit ad prandiū: et morte repentina sublatus euasit
damnationē p̄monitus per sanctū. Item belli exitū pre
dixit belligerātibus cōtra infideles: ꝛ qui sibi non cre=
diderūt ꝓstrati sūt. Sexto in fidelibus status oīnis:
scꝫ cōiugatis: ꝯginibus: ꝛ viduis. Nam de cōiugatis le
gitur. ꝙ cum quedā mulier haberet maritū crudelem:
quem aduersariū patiebat in seruitio dei. Petijt ergo
sanctum franciscum: vt oraret pro illo. Et ait. Uade ꝛ di
ces ei ex parte dei ꝛ mea: ꝙ nunc est tempus clemētie:
postmoduꝫ equitatis. Quo dicto ab illa: mox cecidit
super virum spiritus sanctus. Et ambo celibem vitam
agentes: Tandem migrauerunt ad dominum: vno eo=
demq̄ȝ die. Item etiam de virginibus ptꝫ in sancta

Quarto de sacrificio eucharistie

Primo de sua re

Prio de sua re. Unde Prouer. iij. Honora dnm de tua substantia: et de pmitiis frugū tuarum da paupib9. Et Eccli. xiiij. Fili si habes. s. bona tpalia: benefac tecū et deo dignas oblationes offer: memento qm mors non tardat. In qbus autoritatib9 scripture docemur qualr debeamus deo sacrificare de rebus si volumus acceptari a deo talia sacrificia nra. Nā pmo oīm debem9 dei honorem pferre. s. vt nō transgrediamur in aliq eius pcepta ppterea dr: Honora dnm. Nā vt dt Aug. Munera tua non placent deo nisi ex te bono. Respexit eni deus ad Abel et deinde ad munera illius. Hoc ptra illos est qui in pctō pseuerant nec curant desistere: licz et de reb9 suis aut actib9 deo offerant aliq opa de genere faciendo. s. elemosynas vel orōnes. De talib9 Greg. in pastorali dt sic. Qui escā aut vestimentū paupibus largit: tn aie et corpis inquinamentis polluit: qd min9 est offert iusticie qd malus est culpe. Sua qppe dat deo et seipm diabolo. Hec ille. Scdo si volum9 vt placeant deo sacrificia de nris reb9: debem9 illa ex ppriis: nō de alienis offerre. Unde Augu. xiiij. q. v. Immolans inqt ex iniq: oblatio est maculata: dona iniquorum nō pbat altissim9: nec i multitudine sacrificiorum eorum ppitiabit pctis. Qui eni offert sacrificiū de substantia paupis quasi q victimat filiū in conspectu pris sui. Hec ibi. Et ibidē ca. subseqnti idem Augu. dt. Forte aliqs dicat: Multi sunt diuites auari: cupidi: nō habeo pctm si suū illis abstulero et paupibus dedero. vnde eni illi nil boni agunt: mercedem sic habere p illa potero: sed hmōi cogitatio est a diaboli calliditate. nā si totū tribuat paupibus quod abstulerat: addit poti9 pctm q minuat. Hec Aug. Propterea dr in autoritate supra dicta: Honora dnm de tua substantia: nō de aliena. Tertio debem9 deo sacrificare de melioribus rebus. s. in oblationē vel distributionē paupibus erogare. Unde subdit. Et de pmitijs frugū tuarum. Ly. i. de melioribus bonis da paupibus: qr paupes sūt mēbra dei. Hoc ptra illos q fetida cibaria et vilia queqz ac defectuosa q nec sibi placēt: nec seruari valent: talia dant paupērib9. Quarto debem9 hec anu mortē facere. Unde subdit in alia autoritate. s. Eccli. xiiij. Memento qm mors non tardat: et ideo anu mortē bnfac amico tuo. Ly. i. primo indigēti vel paupi: Hz est ptra illos q tn post mortē volūt dare. Nā tales multū stulte secū agūt. Primo qr intrare se ignē purgatorij acerbissimū permittūt: et postea inde p tps liberant: q tn possent pseruari ne intrarent illū ignem: vicz faciendo in vita de reb9 qd faciunt post mortē. Scdo qr min9 meritū volunt hre cū possent maximū in vita faciēdo. Sic eni meret hō gliam et gratiam ac pcti expiationē. Sed post mortē faciendo elemosynas p illas meret tmmodo a pctis purgationem. Stultus aūt est q vbi posset lucrari improportionabilr plus vult ptentari de obolo. Tertio qr in dubio se ponunt: cū incertū sit vtrum sue res post mortē p alios fidelr exponant ad sue aie liberationē. Ideo Aug. in qdam smone dt. Redime te dū viuis: redime te dū potes: redime te dum preciū habes: ne dum mors amara te pueniat et vitam simul et pcium pdas. Hec ille.

Tertio

Quarto

Scdo

C Scdo de corpore debemus sacrificare deo. Ad quod hortat apls Rom. xij. Obsecro vos p misericordiam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiaz deo vi. san. deo pla. rōna. obse. vestrum. Sed qualibus modis sacrificare debeat homo deo de corpe suo: Rndt q Primo membra in seruitio dei occupando. Nam cū cor occupas in peccatorum ptritionem: deo sacrificas Ps. Sacrificium deo spūs contribulatus: cor contritū et c. Item os in oratiōe aures in verbi dei auditione: pedes in ingressu ecclie: manus in elemosyne subuentione: oculos in lachrymatione pnie: et vires corporis in bonis opibus expendendo sacrificas deo. Ps. Sacrificate sacrificiū iusticie. i. bonorum operum: et sperate in dno. Ly. i. sic sperare potestz de premio recipiendo a dno. Nam quero: Cur hoies pigri sunt ad expendendum vires suas in seruitio dei? Huius vtiqz potissima rō est: qr nō psiderant nec sperāt quantū deberent de mercede q deberet eis ex pmissio ne dei. Nam si scires et sperares q tibi pro vno Pr nr daretur a rege tres ducati: libenter orares quotidie Pr nr. Sic in pposito si scires et consideres q tibi regnum eternum indicibilis felicitatis dabit a deo in celo: libēter deo seruires. Grego. sup Ezech. Quantum credit quisqz tantum sperat: et quantū credit ac sperat: tantum operatur et amat. Scdo corpus nostrū debemus sacrificare deo: carnis concupiscentias mortificando. Amb. in hexa. Hoc est verum chri sacrificium: pudicicia corpis Item Bern. in medi. Quotiens pctō resistimus: totiēs diabolum superamus: angelos letificamus: deū honoramus: et coronam habebimus. Sed heu multi sacrificium faciunt de suo corpore diabolo. Origen. Quotiens peccamus: diabolo sacrificamur. Tertio debemus sacrificare corpus deo pniam tempestiue agendo et non differendo. Unde Dan. iij. In animo contrito et spū humilitatis fiat sacrificiū nostrū hodie in cōspectu tuo domine vt placeat tibi. Notanter dt. Hodie. non differendo. s. vel tardando de die in diem: vt heu multi faciunt: qr tanto magis placent deo sacrificia pnie quanto sunt accelerata. Eccli. v. Ne tardes pverti ad dnm ne differas de die in diem: subito eni veniet ira illius et disp. te. O qui iuuenis sacrifica deo tuā iuuentutem: sic et tu adolescens: et tu puer. Nam vt ait Aug. Maledictus q offert florem iuuentutis diabolo et fecem senectutis christo. Quarto debemus corpus deo sacrificare: flagella corporis pacienter sufferendo. s. infirmitates corpis et huiusmodi. Unde Dauid. j. Reg. xxvj. dixit in sua aduersitate: odoret sacrificium. Ly. Sacrificiū patiētie acceptū est coram deo acsi offeret holocaustū super altari suo: immo vt Greg. ait. Maioris est meriti aduersa patienter tolerare q bonis operib9 insudare. O qui homo gratias age deo in infirmitate: et sic deo sacrificas. Tertio de mente siue de aīa debemus deo sacrificare. s. memorando dei bnficia cum gratitudine: et intellectū mancipando in eius fidei obsequiū: ac voluntate plena adherendo deo firmiter p eius amorem et laudis cōfessionē Iuxta qd Ps. dt. Dirupisti vincula mea: tibi sacrifi. hostiā lau. Et si debemus deo de anima offerre fidei: spei ac charitatis sacrificium. Unde ad hoc debemus sacrificare memoriam nostram cogitatumqz deo et oēs potentias anime in meditatione passionis christi et deuotione. Quarto de sacramento eucharistie debemus sacrificare deo quod est summi honoris et laudis dei sacrificium. Unde dicit de9 per Ps. Sacrificium laudis honorificabit me. Lyra. i. sacrificium eucharistie: quod immolatur laudibus diuinis: hoc eni summe honorificatur deus si recipiatur digne et administret vt debet. Unde et subdit Sequitur. Illic iter. s. salutis habetur. Quo ostendam illi. s. homini salutare dei. i. vitam eternam: et in virtute sacrificii habetur. Ioan. vj. Qui manducat hunc panem viuet in eternum. Debent q fideles assistere huic sacrificio frequenti9. D Querit hic. Utrum quilibet chrian9 debeat et teneat missam audire: Respondet sm Hostien. necnō fratrem Ange. de Claua, in sum. sua, q de precepto diebus dnicis et festis ab

C Scdo de corpore sacrificare

Scdo

Tertio

Tertio de mente

Quarto de sacramento eucharistie

D Quilibet h9 teneat ad audiōes misse

ecclesia preceptis tenet audire missam quilibet q non est excõicatus nec interdictus aut legitime impeditus ꝛ tenet totã missam vel integrã audire: ita ꝙ bñdictionem sacerdotis accipiat: vt patz de ꝯse. di. j. Missas. ꝛ ca. se. ꝛ c. Oẽs fideles. nisi excuset quis magna necessitate. Un Rich. in q̃dlib. j. q. xix. dt: ꝙ si ex ꝓo cõtemptu vel interpretatiuo omittit: est pctm̃ mortale: ꝛ vocat cõtemptum interpretatiuũ qñ sine aliqua causa legitima ad non audiendũ missam in festis assuefacit. Si autem omittit ex aliq̃ passione animi vel pigricia vel non causa rõnabili: si tñ ad omittendũ nõ est assuetus: est venia le pctm̃. Si ꝓo ex legitima causa: nullũ erit pctm̃. Qd etiã dicit de tota: dic de parte notabili. s. ꝙ peccat si notabilem partẽ misse dimittit. secus de modica: puta introitu ꝛ hmõi. Sed quid de diebus non festis ꝛ nõ ꝑceptis ab ecclia. Rñdet frater Ange. ꝙ non tenet tũc hõ de ꝑcepto audire missam: tñ de bona honestate q̃libet omni die maxime eps vel religiosus aut ecclesiastic⁹ debet audire. ar. ca. fi. de ꝑuil. li. vi. Nimiꝝ ad audiendã missam inducũt plura bona ex hoc ꝯsequentia. s. pctoꝝ expiatio: grẽ augmentatio: orõnis exauditio: maloꝝ remotio: ꝛ periculoꝝ defensatio: pene purgatorii mitigatio: mortis securatio: ꝛ glorie celestis cumulatio: de quibus alibi egim⁹. Ad propositũ beatus Martinus de ꝑmissis omnibus sacrificauit chro fideliter vicz de rebus pauperibus distribuendo: de corpore chro munde seruiendo: de aĩa deuote orõni semꝑ vacando: ꝛ de eucharistia missas dicendo. E

E De priuilegijs b. martini

¶ Circa scdm de sanctitatis magno priuilegio: ac circa Tertiũ insimul ꝓsequendo ꝑ breuitate sit ꝯclo: ꝙ b. Martinus merito canit ab ecclia gemma sacerdotũ ꝑ magnitudine priuilegioꝝ ꝛ premioꝝ. Nam vide A b c.

Primũ

Primũ priuilegiũ accelerationis diuine seruitutis. Nam legit ꝙ Martinus sabarie pannonioꝝ oriundus sed intra Italiam Papie alitus: cum patre suo tribuno militũ cesari militauit: nõ tñ sponte: qꝛ ab infantia diuinam semꝑ seruitutẽ aspirauit. Et cum esset. xij. annoꝝ: inuitis parentibus ad eccliam confugit ꝛ se fieri cathecuminũ postulauit: ꝛ ex tunc eremũ ꝯcupiuit: ac voto satisfecisset si carnis infirmitas non obstetisset.

Scdm

Scdm est benignitatis. Cum eñ cesares decreuissent vt veteranoꝝ filij ꝑ patribus militarẽt. Martinus cũ esset annoꝝ. xv. ad militandũ vrgeret: vno tñmodo contentus seruo cui vice versa seruiebat ꝛ calciamenta extrahebat ꝛ detergebat sepe: sequendo humilitatẽ chri. Nil de stipendijs ꝑter quotidianũ victũ seruabat: sed pauperibus erogabat. Un quodã tpe hyemali ꝑ portã Ambianensiũ transiens cũ militibus: quidã paup nudus vt sui misereret postulans: cũ nullus ei subuenisset: Martinus arrepto ense chlamydem que tñmõ supererat diuidit ꝛ partem pauperi tribuens: reliqua parte rursus induit. Sequenti nocte chrs cũ angelis apparuit sibi vestit⁹ illa chlamydis parte: ꝛ dixit ad angelos. Martinus adhuc cathecuminus hac me veste contexit. Un vir sanctus nõ est in gloriam elatus: sed dei bonitatem recognouit. Tandem cũ esset annoꝝ. xviij. baptizari se fecit. Et sic patet.

Tertiũ

Tertiũ castitatis: qꝛ virginitatem mundissimã tota vita seruauit. Nã canit de eo: Corpe quidem ꝟgineo blandũ habebat eloquiũ: grauis. i. maturus erat in moribus: intẽta mente celo suspensus est vt rosa fulget. F

F Quartũ

Quartũ cõstantie fortis. Nã cum iam deinceps militare vellet chro: seculari militie renuncians: cesar Julianus ꝯtra barbaros pugnaturus pecuniã militibus erogare cepit. At Martinus dixit. Chri miles ego sum: donatiuũ non recipio. Indignat⁹ Julianus dicit ꝙ metu belli hoc faceret. Cui intrepid⁹ Martinus ait: Si ħ ignauie non fidei ascribit crastina die ante aciẽ inermis astabo ꝛ in nõie chri signo crucis non clypeo protectus aut galea: hostiũ cuneos penetrabo securus. Un custodiri iubet vt sic inermis obiiceret barbaris.

Miraculũ

Sed die sequenti hostes se ꝛ sua oĩa dantes legationem miserũt vt huius sancti merito sine sanguine victoria a deo daret. Exide relicta militia: ad sanctum Hilarium epm̃ Pictauieñ. accessit ꝛ acolytus est ordinatus. Tunc a dño monitus ꝑ soporem: ꝓficiscitur ad visitandũ parentes gentiles ꝛ inter alpes incidit in latrones. Cumqꝫ vnus eorum securim in caput martini vibrasset: ictum dextere alter sustinuit: vinctis post tergum manibus vni eorum custodiendus tradit. Quo ꝑcontanti an timuisset: rñdit nunqꝫ se ita secuꝝ fuisse: qꝛ sciret dei misc̃diam maxime intẽtationibus affuturam. Incipiensqꝫ latroni ꝑdicauit chrm ꝛ ipm cõuertit: q postea laudabiliter vixit. Martino dimisso ab eo in via recta diabol⁹ apparẽs querit q̃ tenderet. Ait ille. Quo inquit dñs vocaret. Diabolus ait. Quocũqꝫ iueris tibi aduersabor. Rñdit Martinus. Dñs mihi adiutor: non timebo q̃d faciat mihi caro: ꝛ sic ille euanuit. Itaqꝫ transiens matrem conuertit: pater vero in errore ꝑmansit. Tunc heretici Arriani ipm cesum de ciuitate eiecerũt Et sic tandem rediens iuxta Pictauũ monasteriũ ordinauit. Et sic patet constantia. G

G Quintũ

Quintũ dignificationis: qꝛ chrs dñs ipm in epm Turoneñ. oĩ populo petente ordinari voluit plurimũ renitẽtem. Et insuꝑ ipm chrs tantum dignificauit vt par apostolis dici mereret Unde sepe ab apostolis ꝛ beata Maria ac sanctis ꝟginibus Agne ꝛ Tecla visitabat quas secum in cella colloquentes: discipuli pre foribus audiebãt. Sed quare dicit par apostolis? Respondet ꝙ ideo potissime: quia sicut ad apostolos: sic ad Martinũ spũssanctus visibiliter in specie ignis descendit. Nam dũ in quadã festiuitate in ecclesiam ad solennizandũ missam iret: quendã pauperem videns precepit archidiacono vt illum egentẽ vestiret. Sed cũ hoc ille distulisset: ad sacrariũ Martinus intrans: tunicam suam illi tribuit ꝛ continue abscedere iussit. Cumqꝫ archidiaconus moneret vt ad solennia peragenda procederet: ille dixit se ire non posse donec pauperi vestis afferat. Tandem compulsus ad forum ille vadit ꝛ emit penulã tunicam. s. breuẽ ꝛ vilem quasi pene nullã: ac ante pedes Martini piecit iratus quã ille secreto induit: ꝛ sic ꝑcedit ad missam. Dũ autẽ missaꝫ celebraret: globus igneus quasi sol super caput eius apparuit ꝛ a multis visus fuit. Cumqꝫ vt moris est manus leuaret fm ꝙ Joannes Beleth dt: ex quo brachia eius nuda manserunt qm̃ tunica nõ nisi vsqꝫ ad cubitum protendebatur: ꝛ linee manice retro defluxe tenues manus nudatas reddiderunt. Ecce miraculose torques aurei ꝛ gemmati deferuntur ab angelis ꝛ decenter brachia martini operiunt. O ergo q̃ mirabilis deus in sanctis. H

H Sextum

Sextum priuilegium excellentie virtutis ꝛ potestatis. Nam de eo canit ecclesia. Hic est Martinus electus dei pontifex cui dñs post apostolos tantam gratiam contulit vt in virtute trinitatis deifice mereretur fieri trium mortuorum suscitator magnificus. Nimirum quendam cathecuminum quem habebat in monasterio: discedẽs parumper a monasterio ꝛ rediens defunctum repperit sine baptismo. Quem in cellam ducens: sua oratione resuscitauit: qui referebat ꝙ dum super eum sententia obscuris locis deputatus fuisset vidit ꝙ duo angeli suggerebant iudici hunc esse pro quo Martinus oraret: qui iussit illum reddi Martino. Alium insuper qui laqueo vitam finierat vite restituit. Et sic patz etiã magna potestas cum tales dãnabiles liberauit.

Miraculũ

Tertium deniqꝫ legimus quendam iuuenem defunctum pro cuius resuscitatione mater cum lachrymis ipsum rogabat. Un in medio campi vbi erat innumerabilis multitudo gentilium Martinus genua flexit ꝛ cunctis videntibus resuscitauit. Qua propter omnes illi gentiles ad fidem christi conuersi sunt. Preterea legitur de eo ꝙ tante erat virtutis ꝛ potestatis vt obedirent sibi insensibilia: vegetabilia: ꝛ irrationabilia: de quibus ad presens prosequi longum foret: ꝛ ideo pertranseo. Sed ex quo vt premissum est ecclesia canit ꝙ Martinus est electus dei pontifex ad tantam gratiam meritorum post apostolos. I

I Qõ de preordinatis

Ideo questio hic occurrit. Cur deus sic ordinauit vt aliquos eligere voluerit ad gratiam: aliis relictis ad penaꝫ ꝛ aliquos elegerit ad maximam gratiam ꝛ gloriam: vt patet de hoc sancto Martino: ꝛ magnis sanctis? Respõdet Alex. j. parte. q. xiij. ar. iij. Ratio est manifestatio diuine iusticie simul ꝛ bonitatis ꝛ sapientie. Un Aug. Bene inquit

deus dispensauit vt nec oēs dānarent: nec oēs libera-
rent. Si em̄ oēs dānarent: lateret quid pctō ꝑ iusticia
deberet. Si nemo saluaret: lateret quid grē largiret.
Item de ciui. dei li. xj. ponit exm̄ ꝙ sicut pictura cū co-
lore nigro suo loco posita ⁊ varietas coloꝝ pulchritudi
nem facit ⁊ bonū pictorē ac sapientem cōmendat: solus
aūt color niger eam deformem faceret: nec sola albedo
tam pulchrā redderet. Sic varietas grāꝝ ⁊ p̄mioꝝ ac
nigredo pctoꝝ suo loco. i. in inferno posita facit ad pul
chritudinē vniuersi ac cōmendationē sapientie ⁊ iusti-
Septimū cie ⁊ bonitatis diuine. O ū hō age pniam. Septimū
est feruentissimi amoris: qꝛ flagrans amore chrī factus
eps̄ extra vrbē monasteriū itrauit: vbi cū octoginta di
scipulis in multa abstinentia vixit: ibi vinū nemo bibe-
bat nisi infirmitate coactus: mollioꝛ habitus ꝑ crimine
erat ibi. Martinus nuda humo superiecto cilicio cuba
Octauum bat: omī hora orōni vacabat aut lectioni. Octauū est
glorie magne felicitatis. Nā obitū suū martinus longe
ante p̄sciens fratribus reuelauit: qui cū flerent di. Cur
nos p̄r deseris ⁊c. orauit martinus di. Dn̄e si adhuc po
pulo tuo sum necessarius: non recuso laborem: fiat vo-
luntas tua: iacebat aūt supin⁹ in cilicio ⁊ cinere. Cūqꝫ
discipuli vellent sibi stramentum ponere dixit. Non de
cet o filii christianū nisi in cinere ⁊ cilicio mori: si vobis
aliud exm̄ relinquo: ipē peccaui. Cūqꝫ in celū iugiter
aspiceret: vidit ecce diabolū assistere ⁊ dixit. Quid hic
stas cruenta bestia: nīl in me funestū reperies: Abrae si
nus me recipiet. Et sic spm̄ deo reddidit circa annū do
mini. ccccxlviij. vite ipsius. lxxxj. Vultusqꝫ eius resplen
duit tanqꝫ iam glorificatus foret: ac chori angeloꝝ cum
dulci melodia audita a multis deduxerunt in celū vbi
maximis glorie premiis regnat cū christo. Rogemus ḡ
chrm̄ vt ipsius meritis det nobis gratiam in presenti ⁊
gloriam in futuro Amen

¶ De sancto Martino episcopo Sermo. ij.

Benedictionem oīm gentium dedit illi dn̄s ⁊ te
stamentum suum confirmauit sup caput eius.
ex Eccl. xliiij. A Transumit ecclesia ⁊ ca
A nit de sanctis confessoribus pontificibus: ⁊ in
ter eos ꝯuenienter accipiunt de sctō Martino epō cui
deus dedit oīm sctoꝝ bn̄dictionem: vt videbit in sermo
ne isto Nimiꝝ scti viri in hac vita summe desiderāt gra
tiam dei ⁊ in eā perseuerationem: qꝛ vt Aug. in glo. ij.
Coꝛ. vlt. dt. Gratia dei est q̄ sola liberant hoies a ma-
lo ⁊ sine qua nullū prorsus siue cogitādo siue volendo
⁊ amando faciunt bonū. Hec ibi. Nil ḡ ardentius que-
rūt sancti: ꝑ nullo maiores grās deo referunt qꝫ ꝑ gra
tie gratuite dono: qd̄ est excellentissimum inter oīa dei
dona in p̄nti bm̄ Aug. Sūma ḡ gloria est ipsis. s. sanctꝭ
esse in grā dei. Hanc b. Martinus abuntandissime ha-
buit adeo vt in grā oīm ordinum sctoꝝ participauerit.
Ideo conuenienter de eo dt. Benedictionem oīm gen
tium. i. ordinū sctoꝝ dedit illi ⁊c. ⁊ testamentū. i. pactū
celestis repromissionis cōfirmauit sup caput ⁊c. Iuxta
que ꝟba tria mysteria notabimus ꝑ sermone bm̄ ꝙ de
his in eis cōmendatur

¶ Primū de diuinali bn̄dictione. ibi. Bn̄dictionem.
¶ Scd̄m de multiplici dotatione. qꝛ oīm gentiū bn̄-
dictionem dedit ei
¶ Tertiū de finali ꝯfirmatione bm̄ testamentū ⁊ pa
ctū dei: sup caput eius B

B Quid ē ipā bn̄dictio dei q̄ bn̄dicit hō

¶ Circa primū de diuinali bn̄dictiōe tres q̄ones ptra
ctemus q̄ sunt vtiles ad ppli edificationē.
¶ Prima questio de quiditate
¶ Scd̄a de necessitate
¶ Tertia de ꝓbabilitate

¶ Prima questio est ipā benedictio dei qua bn̄dicit scꝫ
deus hoi: Ad h̄ rn̄r bm̄ doc. ꝙ licꝫ generalr dicat bn̄-
dictio dei quoꝝcunqꝫ donoꝝ etiā naturaliū: tn̄ specia-
liter loquendo est beneficioꝝ vel donoꝝ gratuitoꝝ col
latio. Vn̄ glo. Eph. j. dt. Aliter benedicit deus ab hoie
aliter bn̄dicit hō a deo. Deus bn̄dicit ab hoie cū laudi
bus dignis extollit. Hō bn̄dicit a deo cū de⁹ ei grē sue
bona impertit. Hec glo. Ex quo docemur ꝙ q̄dam sunt
in plena ac ꝑfecta dei bn̄dictione: vt sunt btī in patria.
qꝛ in presenti per bona opa meruerunt bn̄ficia diuine
gratie ⁊ consequenter glorie. Iuxta qd̄ apl̄us dicit. ij.
Coꝛ. ix. Qui seminat in bn̄dictionibus: de bn̄dictioni-
bus ⁊ metet vitā eternā. Quidā aūt sunt in plena ac to
tali maledictione dei: vt sunt in inferno damnati: qbus
chrs dicturus est in iudicio. Ite maledicti in ignē eter
num. Mat. xxv. quia illi omnino carent ⁊ longe sunt a
beneficiis ⁊ donis gratie diuine ⁊ glorie. Sed in h̄ mū
do mixtim sunt quidam in dei benedictione: vt sunt iu-
sti in gratia viuētes ⁊ a peccato abstinentes. Quidam
aūt sunt in dei maledictiōe: vt in peccato viuentes. Vn̄
Prouer. x. Bn̄dictio do. sup caput iusti: os aūt impioꝝ
operit iniquitas. In huius figuram deus in paradiso
benedixit Ade ⁊ Eue. Gen̄. j. existentibus in statu inno
centie. Sed postqꝫ peccauerunt maledixit di. Maledi
cta terra in ope tuo. Gen̄. iij. Patet ḡ. C Secūda
questio. Qualis bn̄dictio est necessaria ⁊ a deo semper
exoranda: Ad h̄ rn̄det Bern̄. vt notat li. origi. dicens
sic. Benedictio triplex est nobis necessaria: preueniēs
adiuuās: ⁊ ꝯsummans. Prima est miscdie. scd̄a grē. ter
tia glorie. Misericordia ꝓuenit ꝯuersionem. gratia ad
iuuat ꝯuersionem. perficit gloria ꝯsummationem. Nisi
trinam hanc bn̄dictionem dederit deus: non potest ter
ra nostra dare fructum salutis. Hec ibi. Vnde patet ꝙ
homo semper debet petere has benedictiones. s. mise-
ricordie vt conuerti valeat a peccatis. gratie qua ꝯser
uetur ⁊ ꝑficiat: ac glorie q̄ dabit post hanc vitam in pa
tria. D Tertia questio. Qualibus effectibus vel si
gnis ꝓbatur quis fore a deo benedictus: Ad h̄ apl̄us.
Eph. j. insinuat tres effectus diuine benedictionis qui-
bus potest ꝓbari. vbi dicit sic. Benedictus deus ⁊ pa-
ter dn̄i nostri iesu chrī qui bn̄dixit nos in omī bn̄dictio-
ne sp̄uali in celestibus in chro vt essemus sancti ⁊ imma
culati in ꝯspectu eius in charitate. Vbi Ly. dt. In cele
stibus. i. que finaliter habebit in celestibus: in chro. i. ꝑ
chrm̄ per quem proueniunt nobis dona diuina tanqꝫ ꝑ
mediatorem dei ⁊ hoim: vt essemus sancti per gratiam
in mente. ⁊ immaculati per puritatem in conuersione:
in charitate: sine qua non prosunt alia dona. Ex quibus
patet ꝙ dei benedictio efficit in nobis sanctitatem men
tis ⁊ castitatem corporis. Vnde ⁊ subditur ⁊ immacula
ti Et charitatem ad deū ⁊ proximū. Vn̄ ꝑ hec tria ꝓba
tur quis a deo fore bn̄dictus. Primo si hō est ab oī pctō
mortali mundus. Scd̄o si in corpe est castus. s. bm̄ statū
suū vtpote virginalē. ꝯiugalem. vel vidualē. Tertio si
vere deum diligit ⁊ proximū: obseruan̄. oīa precepta
dei. Vn̄ Ioan. xiiij. Qui habet mandata mea ⁊ seruat
ea ille est q̄ diligit me. O ergo homo quid iaces in pec
cato: an nescis ꝙ tamdiu es in ira ⁊ maledictione dei:
in qua si mors te occupauerit: peribis ieternum. Age ḡ
pniam: caue peccata vt consequaris benedictionem ex
emplo beati martini E

C Qualis bn̄dictio necessaria

D Quibus signis ꝓbat qs a deo bn̄dictus

E De multiplici bn̄dictiōe diuine dotationis

¶ Circa scd̄m principale de multiplici dotatione di-
uine benedictionis accipiamus pro conclusione ꝙ be-
nedictus dominus iesus dotauit sanctū Martinum ge
neraliter oīm beatorum benedictionibus. Declaratur
de singulis ordinibus.
¶ Primo angeloꝝ
¶ Scd̄o patriarchaꝝ
¶ Tertio prophetaꝝ
¶ Quarto apostoloꝝ
¶ Quinto martyꝝ
¶ Sexto confessoꝝ
¶ Septimo virginū
¶ Octauo militum
¶ Nono religiosoꝝ
¶ Decimo oīm electoꝝ

Prima angelorum

¶ Primo inqꝫ bn̄dictionē angeloꝝ q̄ ꝯsistit in h̄ ꝙ mun-
dissimi sunt ab omī pctō ministrantes deo fidelissime ⁊
iugiter laudantes deū. Vn̄ ps̄. Bn̄dicite dn̄m oēs an
geli eius: ministri eius q̄ facitꝭ voluntatē eius ⁊c. Sed
btūs Martin⁹ hec habuit. Nā credit ꝙ nunqꝫ peccauit
mortalr. Vn̄ ⁊ legit de eo ꝙ ipm̄ nūqꝫ vidit qs merentē
nunqꝫ ridentē: nunqꝫ irascentē. Fidelissime etiā deo mī

niſtrauit:obediuit:⁊ ip̄m laudauit:ſemꝑ orationi inten-tus aut lectioni: ab infantia em̄ diuinā aſpirauit ad ſeruitutē. Un̄ cū eſſet annoꝝ .xij. inuitis parentibus confugit ad eccl'iam ⁊ eremū concupiuit:animuſq; eius ſemꝑ intēdebat ad monaſteria ⁊ laudandū deū.

Scd̄o patriarcharum

Scd̄o patriarchaꝝ qui bn̄dictione dei cōſecuti ſunt ꝑ pietatē ⁊ filioꝝ in fide chr̄i educationē. de quibus Eccl'.xliiij. Hi ſunt viri miſericordie quoꝝ pie. nō defe. cū ſe. e. ꝑ b. h. ſa. ne. e. Hāc b. Martinus habuit: q꞉ fuit ip̄e multe pietatis:ita ꝙ ſibi etiā neceſſaria pauperibus ꝯdiuideret vt dr̄ in legenda de chlamyde. Item multoꝝ fuit pater monachoꝝ quos in monaſterio om̄i ſctītate erudiuit.

Tertio ꝓphetaꝝ

Tertio ꝓphaꝝ bn̄dictionē habuit. ſ. in futuroꝝ ⁊ ſecretoꝝ reuelatione. Nā dū q̇dam pauꝑ veniſſet ad monaſteriū ⁊ martinū requireret. Briccius eius diaconꝰ dixit illi. Si illū deliꝝ queris: ille eſt q̄ quaſi amens celum reſpicit. Cunq; pauꝑ qd̄ petebat a btō martino accepiſſet:vir ſctūs Briceiū ad ſe vocās dixit. En tibi delirus videoꝛ. Qd̄ cū ille dixiſſe ſe negaret pꝛe verecundia:tunc ait martinus. Nōne aures mee ad os tuū erāt qn̄ hoc loquebaris. Amen dico tibi:q꞉ a dn̄o obtinui vt mihi in ep̄atu ſuccedas:ſed ſcias multa te in ep̄atu paſſuꝝ. qd̄ poſtea impletū eſt. Itē cū q̇dam ſub noie martyris coleret̄:⁊ martinus nil de eiꝰ vita inueniri poſſet quadā die ſuꝑ ſepulchꝛū illius ſtans oꝛauit dn̄m vt q̇s eſſet vel cuius meriti indicaret: viditq; ad leuā vmbꝛā nigerrimā ſtare:q̄ a martino adiurat̄. ⁊ dixit ſe latronē fuiſſe ⁊ ob ſcelus ꝑcuſſum eſſe. Continuo ḡ martinus altare illud deſtruxit. Itē obitū ſuū longe ante pꝛeſciuit

Quarto apoſtolorum

Quarto apl'oꝝ bn̄dictionē habuit in ep̄ali dignitate. Nam ſicut apoſtoli fuerūt ep̄i ꝯſecrati a chr̄o:ſic martinus fuit ep̄s ordinatꝰ. Un̄ di. xxi. In nouo. Anacletus dr̄:ꝙ ep̄i in eccl'ia ſt loco apl'oꝝ:⁊ typo vl' vice eoꝝ loco habent̄. pꝛesbyteri aūt ſeptuagintaduoꝝ diſcipuloꝝ. Item benedictionē apl'oꝝ in ſpūſſancti miſſione viſibili habuit:ideo par apl'is dicit̄. vt patet ſer. j. G. Deniq; apl'oꝝ benedictio fuit in poteſtate faciēdi miracula ac obeditione oīm creaturaꝝ. Un̄ chr̄s dixit eis Luce. x. Ecce dedi vobis poteſtatē calcādi ſuꝑ ſerpentes ⁊ ſcoꝛpiones ⁊ ſuꝑ oēm virtutem inimici:⁊ nil vobis nocebit.

F Miracula

F Sed beatus Martinus poteſtatem habuit a deo datam ſuꝑ creaturas. Pꝛimo ſuꝑ mare ⁊ aera. Nauis quedā dum periclitaret̄ in mari ꝑ ventum:q̇dam negociatoꝛ nec dum chr̄ianus exclamauit di. Deus martini eripe nos. Et ſtatim facta eſt magna trāquillitas. Secundo ſuꝑ terrena vegetabilia. Cū em̄ quandā arboꝛē pini diabolo dedicatā vellet excidere ruſticis obſiſtentibus gentilibus vnus eoꝝ dixit. Si de deo tuo cōfidis nos hanc ſuccidimus ⁊ tu eam ſuſcipe:quo annuēte:ſuccise arboꝛi ⁊ ſuꝑ Martinū ibi ligatū iam cadenti ſignū crucis appoſuit:⁊ in aliam partem rediens:ruſticos in tuto poſitos fere oppꝛeſſit:⁊ ſic gentes ad fidem cōuerſe ſunt. Tertio ſuꝑ ignis incendia. Dū em̄ in quadā villa hoſpitatus:clerici ſibi lectū plurimo ſtramine pꝛeparaſſent:ip̄e requieſcens ibi inſuetam molliciem hoꝛreſcit:quippe qui nuda humo vno tm̄ cilicio ſupiecto cubare conſueuerat:itaq; ꝑmotus:ſurgens ſtramentū oē ꝯiecit:⁊ ſe ſuꝑ nudā humū collocauit. Nocte media palea illa igne accendit̄: ⁊ excitatꝰ Martinus vidit ſe ab igne captū nec exire poſſe: oꝛauit ⁊ crucis ſignū emiſit ⁊ ſic in medio ignis intactus ꝑmanſit:flāmas ſentiendo roꝛantes:ſuper q̊ oēs monachi ſunt admirati ⁊ clerici. Quarto ſuꝑ animalia irrationalia. Cū em̄ vidiſſet canes lepuſculū inſequētes:impauit vt deſiſterent: moꝝ illi quaſi vincti in ſuis veſtigiis fixi conſtiterunt. Item ſerpens cū fluuium tranſiret Martinus ei ait In noīe dn̄i iubeo te redire:mox ſe retoꝛſit in ripā aliam. Martinus ingemiſcens ait. Ecce ſerpentes me audiūt:⁊ homines me nō audiunt. Quintō ſuꝑ dominia. Nā ꝓ quadam neceſſitate Ualentinianū impatoꝛem adiit: ſed ille ſciens eū petere velle qd̄ nollet dare: foꝛes ſibi claudi fecit. Martinus ḡ ſemel ⁊ iteꝝ paſſus repulſam:in cilicio ⁊ ieiunio oꝛauit. tunc monente angelo adiit palatiū:⁊ nullo ꝓhibente ad impatoꝛem vſq; ꝑuenit. Tunc iratꝰ imperatoꝛ q꞉ fuiſſet admiſſus: aſſurgere ei n[illegible]luit donec ſellam regiam ⁊ imperatoꝛem a parte poſterioꝛi ignis diuino miraculo ſuccēderet. Tunc aſſurgens:virtutem diuinā ſe ſenſiſſe ꝯfeſſus eſt:oīa q̄ rogauit ꝯceſſit multaq; munera obtulit. ſed Martinus illa nō accepit Sexto ſuꝑ moꝛtuos ⁊ infernalia:q꞉ tres moꝛtuos q̄ debebant damnari ⁊ ad infernum iudicari reſuſcitauit:vt patuit ſer. j. H. Septimo ſuꝑ demonia. Nā ſepe demones expulit ex hoībus:ſepe ꝯfudit ⁊ increpauit. Quadam vice diabolus in foꝛma regia purpura ⁊ diademate ⁊ aureis caligis oꝛnatus ſibi apparuit di. Martine agnoſce quem colis: chr̄s ego ſum qui tibi manifeſtare me volui. Tunc ille a ſpūſancto inſpiratus ait. Dn̄s ieſus non ſe purpuratū nec diademate renitentē manifeſtare voluit:ḡ chr̄m niſi in foꝛma qua paſſus eſt videā: non credā. Ad hanc vocē cōfuſus diabolus diſparuit ⁊ totam cellā fetoꝛe cōpleuit. G

G De adoratione diaboli

Queſtio hic occurrit Utrū homo poſſit ſine pctō aut debeat adoꝛare aduerſariū apparentē in foꝛma chr̄i aut alicuius ſancti? Rn̄r ſm doc. pꝛecipue frēm Angelū de Claua. in ſumma:ꝙ non etiam ſi chr̄s foꝛe credat̄:niſi interius vel exterius cōditio exprimat̄ actualiter: q꞉ ip̄a nouitas rei inſolite conſiderationem ⁊ attentionē actualem requirit:ſicut ⁊ de beata virgine dr̄ ꝙ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Un̄ in tali caſu non ſufficit ꝯditionē habere habitualiter tm̄. Hec ibi.

Quinto martyrum

Quīto martyꝝ bn̄dictionem habuit Martinus ꝑ patientie virtutem. Fuit em̄ multe patientie. Nā neminē a q̊ ledebat̄ a ſua charitate repellebat:nunq̄ iraſcebat̄:nunq̄ in eiꝰ oꝛe niſi chr̄s ⁊ in coꝛde non niſi pax ⁊ miſcdia inerat: ⁊ ꝓ chr̄o moꝛtē pati deſiderabat:ꝓpterea de eo canit̄. O ſctiſſima aīa quam ⁊ ſi gladius ꝑſecutoꝛis nō abſtulit:palmā tm̄ martyrii nan amiſit:ſm em̄ docto. ſuꝑ. iiij. palma debet̄ voluntati.

Sexto

Sexto confeſſoꝝ ꝑ v̄tuoſam operationem vt confiteret̄ chr̄m nō ſolū coꝛde ſed ⁊ oꝛe ⁊ ope. Fuit etiā magne ſobꝛietatis: ⁊ arctiſſime vite in cibo ⁊ potu ⁊ lecto:fuit etiā magne deuotionis iugiter oꝛando: fuit magne pietatis in pauperes: fuit etiā magne humilitatis Nam lepꝛoſum quendā cunctis hoꝛribilē obuiū habēs oſculatus eſt atq; bn̄dixit ⁊ ſtatim mundatus eſt. In eccleſia etiā nunq̄ cathedra vſus eſt:ſed ſedebat in ſede ruſticana quā tripedē vocant. Fuit etiā multum miſericoꝛs in pctōꝛes magnos vt nullū reſpueret. Un̄ diabolꝰ quadam vice de hoc ip̄m repꝛehendit: ad quē martinꝰ ait. O miſerabilis ſi tu ip̄e pn̄iam ageres ⁊ deſiſteres a malis:ego tibi miſcdiaꝫ pollicerer a chr̄o dn̄o. Et ſic patet magna miſcdia.

Septimo

Septimo virginū. Nam v̄ginitatem incoꝛruptā ſemꝑ ſeruauit:ꝓpterea beata v̄go Maria cum v̄ginibus Agnete ⁊ Tecla eum ſepe viſitauit.

Octauo

Octauo militū ꝑ iuſticie obſeruationē quā oēs milites debent ſeruare vt bn̄dictionem conſequant̄. Ad qd̄ tres regule ſunt neceſſarie quas illis ioānes bap. ꝑdicauit Lu. iij. d. Pꝛima eſt: Neminem cōcutiatis. Scd̄a Nemini calumniā feceritis. ſ. vt ſic bona alicuius extoꝛqueatis. Tertia. Cōtenti eſtote ſtipēdiis vr̄is. ſ. ne rapiatis aliena. Hec b. martinꝰ obſeruauit q̄ nulla rapuit ſed ſua erogauit.

Nono

Nono religioſoꝝ ꝑ obſeruantiā triū votoꝝ. ſ. pauꝑtatis. obedientie. ⁊ caſtitatis.

Decimo

Decimo oīm electoꝝ quoꝝ bn̄dictio ꝯſiſtit in ꝑſeuerātia vite bone vſq; ad moꝛtē. Nam teſte pſ̄. pꝛecioſa in ꝯſpectu dn̄i moꝛs ſan. Et q꞉ b. martinꝰ ſctiſſime vixit vſq; in finem:ḡ oīm bn̄dictionē obtinuit. O ḡ tu hō diligenter ꝯſidera cū q̊ oꝛdine ſctōꝝ vis habere bn̄dictionē ⁊ quat̄ poſſis obtinere ac imitari vt poſſis gaudere cū angelis ⁊ ſanctis pr̄iarchis ꝓphetis ⁊ oībus beatis. H

H De finali ꝯfirmatiōe diuine bn̄dictōis

Circa tertiū de finali confirmatione. ſ. diuine bn̄dictionis quā deus in teſtamento. i. pacto repꝛomiſit electis ⁊ impleuit in beato Martino. Querit̄ ꝓpter ſimplicem plebem:quales homines merentur in moꝛte cōfirmari perpetue in dei benedictione. Ad quod reſpondetur ſm dictū pſ̄. cxiij. ꝙ pꝛecipue tria genera hoīm hoc merent̄:que ibi myſtice deſignant̄: cū dr̄ pſ̄. Dn̄s memoꝛ fuit nr̄i ⁊ bn̄. nobis:Bn̄dixit domui iſrl'. bn̄dixit domui aaron Benedixit omībus qui timent d. puſil. cū ma. Bn̄dicti vos dn̄o q̄ fe. ce. ⁊ ter. Ly. q. d. ꝙ deꝰ iſtos ſuos bn̄dicit in terra ꝑ gr̄e infuſionē ⁊ confirmabit in ce

Primũ gen⁹ lo per gloriam. Primũ genus hoim est fidem formatã charitate habentiũ: qđ significat cũ đr. Dñs memor fuit nostri ⁊c. Nam in morte deus recordabit ⁊ ad memoriam nrãm reducet oĩa opa nr̃a vt reddet vnicuiqȝ ẜm opa sua iudicando. Matt. xvj. Ibi reprobi p malis factis maledicent: teste chr̃o ⁊ dicete Mat. xxv. Ite ma. in ig. eter. ⁊c. Ibi ꝟo boni bñdicent. Vñ de his ps. subdit. Bñdixit domui isrl: qđ ẜm Hieroñ. interpretat vir videns deũ. Et qr p fidẽ formatã deus videt a fidelib⁹ tales ꝙ bñdicent ⁊ infideles maledicent. Vñ Mar. vl. Qui crediderit ⁊ bap. fue. sal. erit: q ꝟo nõ cre. ⁊c. Proinde in morte maledicent oẽs infideles ppetuo ⁊ oẽs heretici ac schismatici ppter qđ Cõciliũ. j. q. j. Non licet inquit ab hereticis bñdictiones accipere qr maledictiones sunt magis ꝙ bñdictiones. Neqȝ liceat cũ hereticis aut scismaticis orare. Hec ibi.

Secundum Scđm genus in bono vsqȝ in finẽ pseuerantium: ideo subdit: bñdixit dom. aaron. qđ ẜm Hiero. interpretat mons fortis. Nã Mat. xxiiij. Qui pseuerauerit vsqȝ in finẽ hic saluus erit Vñ qui fortiter pseuerant in obseruantia preceptoꝝ bñdicunt: qui aũt declinant maledicunt in vita ⁊ in morte. Eccĩ. xlj. Ve vobis viri impii qui dereliquistis legẽ altissimi: ⁊ si nati fueritis in maledictione nascemini. i. in pctõ ⁊ ad pctm̃ ppetrandũ vestro arbitrio: ⁊ si moriemini in maledictiõe erit pars vestra.

Tertium Tertiũ genus deũ timentiũ. s. timore filiali ⁊ ad pñiam redeuntiũ. Additꝗ ps. Bñdixit oĩbus q timent dñm: ⁊ Eccĩ. j. scribit. Timenti deũ bñ erit in extremis: ⁊ in die defunctionis sue benedicet. Sed p contrariũ deũ non timentes maledicent. In cui⁹ figura moyses dixit filiis isrl Deu. xi. En ppono vobis maledictionẽ ⁊ bñdictionẽ. Et ca. xxviij. dicit. Si audieris vocẽ dñi dei tui vt facias oĩa mandata eius: venient sup te oẽs bñdictiones iste: Bñdictus tu in ciuitate: bñdictus in agro: bñdictus fructus ventris tui ⁊ fructus terre tue ⁊ fruct⁹ iumentoꝝ tuoꝝ Bñdicta horrea tua: ⁊ bñdicte reliquie tue. Bñdictus eris ingrediens ⁊ egrediens. s. ex h̃ mõo. Et infra. Qr si non audieris vocẽ dei tui vt timeas ⁊ custodias mandata eius: venient sup te oẽs maledictiões iste. s. Maledictus eris in ciuitate: maledictus in agro: maledict⁹ fructus ventris tui ⁊ fructus terre tue: ⁊ fruct⁹ iumentoꝝ tuo: maledictũ horreũ tuũ ⁊ maledicte reliqe tue. maledictus eris ingrediens ⁊ maledict⁹ eris egrediẽs Hec ⁊ plura terribilia ibi scribunt. O ꝙ hõ aduerte ⁊ puide tibi ne eternaliter a deo maledicaris ⁊ pereas: sed ptimesce deũ ⁊ age pñiam vt bñdicaris a deo. Accipe exemplũ b. Martini q deũ verũ chr̃m credidit quẽ multũ dilexit: ⁊ in eo pseuerauit pfecto timore filiali: ⁊ talẽ bñdictionẽ ac tantã in morte pmeruit vt oẽs angeli ⁊ btĩ cõgratularent. Sic de eo canit ecclia di. sic. O btm̃ viꝝ cui⁹ aĩa paradisum possidet vñ exultãt angeli letant archangeli: chorus sctõꝝ pclamat: turba ꝟginũ inuitat: mane nobiscũ ineternũ. Rogemus ꝙ ⁊c.

¶ De sancto Martino epõ Sermo. iij.

Ecce sacerdos magnus q in dieb⁹ suis placuit deo ⁊ inuentus est iust⁹. Eccĩ. xliiij. originalr sunt scripta: ⁊ ab ecclia transsumunt de sanctis cõfessoribus pontificibus ⁊ sic de sctõ Martino cõuenienter dicunt.

A A. Nã btũs Martinus fuit sacerdos magn⁹ adeo vt gẽma oĩm sacerdotũ reputet Vñ canit: Martinus epĩs viuit in chr̃o gẽma sacerdotũ Itẽ ipse placuit deo multũ ⁊ oĩbus angelis ac btĩs. ipse inuentus est iustus: imo iustissim⁹ ⁊ omni sctitate plen⁹. Merito ꝙ de eo canit. Ecce sacerdos magn⁹ tã dignitate magnus ꝙ sctitate: q in dieb⁹ suis ⁊c. Iuxta ꝙ ꝟba tria mysteria notem⁹ ẜm ꝙ de his tribus ꝯmendat ⁊ in exemplũ nobis proponitur.

¶ Priõ đ mag sctitate: vñ đr: Ecce sacerdos magn⁹

¶ Scđo de diuina placabilitate: cũ đr: qui in diebus suis placuit deo.

¶ Tertio de secura felicitate: qr inuent⁹ est iust⁹. s. in morte qđ est iustis magne securitatis de celesti felicitate ppter chr̃i sniam Matt. xxv. Ibunt hi in suppliciũ

B eternũ: iusti aũt in vitã eternam. B

¶ Circa primũ de magna sctitate. s. b. Martini epĩ: vt sciam⁹ ei⁹ exẽplo ⁊ nos in sctitate pmoueri vl crescere ⁊ magis placere deo. Querit q faciũt hoiez esse magne sctitatis: Ad qđ ẜm scpturas ⁊ doct. nr̃r ꝙ pcipue qtuor. Nã qcunqȝ res đr fore magna vl maior altera qdrupliciter mensurando p dimensiones. vicȝ — Que cõstituunt hoiem magis sctitate

¶ Primo ẜm altitudinẽ

¶ Scđo ẜm bassitudinẽ

¶ Tertio ẜm longitudinem

¶ Quarto ẜm latitudinem

¶ Sic spũaliter dicit qs magne sanctitatis. Primo ẜm altitudinẽ puritatis. scđo ẜm bassitudinẽ humilitatis. tertio ẜm longitudinem stabilitatis in aduersis. Quarto ẜm latitudinẽ charitatis. O homo si vis placere deo obserua hec quatuor: quibus quanto maior fueris tanto plus deo placebis. — Primo ẜm altitudinẽ spũaliter

Primo inqȝ dixi ꝙ vna res est maior alia ẜm altitudinẽ: sicut videmus celũ esse mai⁹ quanto altius: sic etiã alta arbor vel cedrus est maior quercu. Hec altitudo significat puritatẽ spũaliter per quã hõ inaltat pximando celestibus ⁊ ipsi deo. iuxta illud Sap. vj. Incorruptio facit esse primũ deo. Nã videmus ꝙ quanto corpa puriora tanto sunt ẜm ordinem nature superiora ⁊ ampliora vt ptȝ in elemẽto aque respectu terre: ⁊ aeris respectu aque: ⁊ ignis respectu aeris. ⁊ celi crystallini respectu etherei: ac celi empyrei quod est mundissimũ ⁊ luminosissimũ respectu alioꝝ: ⁊ ideo est altissimũ ⁊ amplissimũ sup oĩa: sic hõ quanto est purior a pctĩs tanto est altioris ⁊ maioris sanctitatis ⁊ conuersationis celestis. Vñ Phil. iij. Nostra ꝯuersatio est i celis. Vñ autor li. de spũ. c. xxvj. đr. Aia eo magna quo capax est eternoꝝ: eo recta q appetens supernoꝝ. eo bona q deo vnita: ideoqȝ saluator ait Mat. v. Beati mundo corde qm̃ ip. de. vi. ꝙ magis ⁊ maxime mũdi magis ⁊ maxime deũ videbũt p topicã regulã. Sicut simpliciter ad simpliciter sic magis ad magis: ⁊ maximũ ad maxime. O ꝙ hõ pctor recognosce teipm: qr quanto es sordidatus pctĩs tanto longius distas a deo. ps. Lõge a pctõribus salus: ⁊ sic diabolo assimilaberis ⁊ periculosius cũ diabolo in eterna tormenta ibis. Sed quanto tu te mundiorẽ reddis a pctĩs p pñiam: tanto deo eris puritate similior: vicinior ⁊ amabilior. Vñ Bern super Cañ. Similis similẽ sibi querit. Btũs aũt Martinus fuit purissimus: qr nunꝙ peccasse đr mortalr: ⁊ ꝟginitatem mundissimã seruauit. Nã a puericia chr̃o seruire incepit parentibus inuitis vt patet in Legenda ser. i. E.

¶ Scđo aliqua res đr magna vt dixi ẜm bassitudinẽ idest pfunditatẽ: sicut puteus pfundus vl fossatũ pfundius: đr magnum vel maius minus pfundo. Spũaliter humilitas pfunda p h̃ significat. Vñ Greg. xviij. moꝝ. dicit. Tanto vnaqueqȝ aĩa fit pciosior ⁊ acceptior corã oculis dei quanto p amore ꝟitatis despectior fuerit ⁊ humilior in oculis suis. Vñ ⁊ saluator Lu. xviij. đr. Qui se humiliat exaltabit: ꝙ q se magis humiliat magis exaltabit p regulã topicã supra dictã. Sed b. Martinus fuit magne humilitatis. Cu em̃ esset filius tribuni vno tm̃ seruo contentus: illi vice versa seruiebat vt patȝ in Legenda. Et hãc humilitatẽ semp tenuit etiã in epatu: vt patuit ser. ij. G. ꝙ fuit magne sctitatis. Vñ Isid. Descende vt ascendas: humilia te vt exalteris: q em̃ extollit deiiciet ⁊c. — E Scđo ẜm bassitudinem

D Tertio đr aliqua res magna ẜm longitudinẽ: quemadmodũ via centũ miliarioꝝ respectu vnius dicit magna: p qđ spũaliter accipe longanimitatẽ in aduersis pseuerando. Nã quanto qs longiori tempore: aĩoqȝ longanimo deo seruit perseueranter in omnibus aduersis ⁊ psecutionibus: tanto apud deũ est maior: iuxta illud Mat. v. Beati eritis cum maledixerint vobis hoĩes ⁊ psecuti vos fuerint ⁊ dixerint omne malũ aduer. vos mentien. gaudete ⁊ exultate qm̃ merces vestra copiosa est in celis. Unde Grego. in homel. de apostolis. Libens inquit beatus Andreas persecutoribus suis respondit. Tanto em̃ meo regi ero accepcior: quanto pro eius nomine fuero permanens in tormentis confessor. Hec Greg. ibidem. Sic etiã de aliis bonis operibus perseueranter faciendis vsqȝ in finem est intelligendum ꝙ merita augent pro modulo. Unde — D Tertio ẜm lõgitudinẽ

Mat.xxiiij. Qui pseuerauerit vsq3 in finem hic saluus erit. Sed btūs Martinꝰ a pncipio puericie vsq3 in diez obitus etatis sue vite anno.lxxxj.cōtinuauit dei fuitia ꝛ in multa patiētia aduersitatis.vt ptz ex legenda.vbi dicit q in pueritia parētes sibi aduersabant ne fuiret chro.sed ipe eos relinquēs inuitis ipis confugit ad ecclesiam. Itē in adolescētia cū esset miles transiēs cum mltis in porta Ambianensiū paupi obuio: diuisit suam Martinus chlamydē: ꝛ ptem illi dedit: de q̃ risere multi q se habitu trūcasset: sz nil de risu hoim curauit. Itē postq3 fuit baptizatus: ad diuinā monitionē voluit visitare parētes vt eos cōuerteret ad chrm: ꝛ i via passus est a latronibus. Et demon sibi apparēs cōminatus est sed nil curauit: nec cessauit a bono. Tandē ab hereticis captus: ꝛ vsq3 ad mortē cesus ꝛ eiectus est. vt patuit in fmo.j.F. Deniq3 factus eps multa aduersa patiebat a clericis: sed in oibus patiētissimus fuit: nec vnq3 irascebatur: nec vnq3 merens visus est aut ridens: sed ɔtinue deo fuiuit letus. E Quarto dr aliq̃ res magna fm latitudinē. sicut cāpus spaciosus dr magnꝰ. Sic spūalit homo p latitudinē charitatz dicit ꝛ est magne sctitatis Nam vt ps. ait. Latū mandatū tuū nimis. loquendo de mandato charitatis: quod debet esse tam latū: vt deum ꝛ omes primos: ꝛ amicos: ꝛ inimicos diligere fm deū: ꝛ in deo debeamꝰ. Ania g̃ talē charitatē habēs magna est. Vñ Bern. sup Cant. fmon. xxviij. dr. Quātitas cuiuscūq3 anime extimat de mēsura charitatz quā habet. Verbi gra. Que multū habet charitatz magna est: que parū parua: que nihil nihil est. Hec Bern. Sed sanctꝰ Martinus fuit magne charitatz. ergo magne sctitatis. Nam ipe habuit magnā charitatē erga deū. q2 totis visceribus diligebat chrm iesuz. vt canit de eo. Itē erga primū. quia sua etiā necessaria vestimēta indigētibus tribuebat. vt ptz in legenda qñ chlamydē cōdiuisit: ꝛ ppriā tunicā paupi dedit. pro se q̃re sicut habet fmo.j.G Deniq3 erga inimicos habuit charitatē. q2 vt legit cum iret per viā Martinus eps sup asellū pēdulo pallio nigro ꝛ hispido circūtectus: eq̃s de cōtrauenietibus expauefactis: milites in terrā saltu pcipiti se dederunt: ꝛ Martinū grauiter verberauerūt. Ille aūt q̃si mutus cedētibus terga pbebat: sed magis furebāt illi: eo q qua si non sentiens vbera illata contemnere videbat. Tandem illis ascendētibus eq̃s suos: adeo humo fixi pmanebant equi illi vt quātūcunq3 flagellati moueri nō possent velut saxei. Unde redeuntes ad Martinū milites: pctm suū qd ignorant cōmiserant cōfitentes: ille ex charitate indulgens: licentiā pcedendi dedit eis. ꝛ sic gradu cōcito pperauerūt. Et sic patz q.s. btūs Martinus fuit sacerdos magnus. i. magne sanctitatis. O g̃ homo ꝛ tu stude imitari eum p tuo modulo vt sis magnꝰ. F

¶ Circa scdm de diuina acceptabilitate sit pro cōclusione. q btūs Martinus probat chro charus: ꝛ celesti curie placidus ꝛ acceptissimus ex crebris visitationibꝰ Hec cōclusio claret per dictū phi. ix. lib. Eth. ac per experientiā. vbi dr q actus amicitie est consolari in amici visione ꝛ fmone. Sed qm legitur q btūs Martinus in vita ꝛ in morte visitatus est ꝛ cōsolatus a deo ꝛ chro iesu: a btā vgine: a sanctz angelis: ꝛ a celestibꝰ btis. ergo habet ppositū. Primo nanq3 sancta trinitas ondit ipm sibi dilectū: quoniā deus pater ipm in suis petitionibꝰ: ꝛ faciēdis miraclis exaudiuit ꝛ sibi in oibus affuit: cuiꝰ potētia tres mortuos suscitauit. Itē dei filiꝰ chrus ipm dilexit ꝛ visitauit: ac corā angel' cōmendauit di. Martinꝰ adhuc cathecuminꝰ hac veste me ɔtexit. Deniq3 spūs sanctus eū dilexit ꝛ visitauit: q2 in specie ignis super caput eius apparuit. Scdo ipm dilexit ꝛ charū fore ostēdit btā vgo Maria cū sctis vginibus visitādo. Nā legitur. q cū Martinus esset in cella reclusus: auditꝰ est a discipulis loq̃ cū pluribus: ꝛ interrogatus ab eis rñdit: q btā vgo Maria ꝛ btē vgines Agnes ꝛ Tecla ad eū venerūt: ꝛ q non tm p tunc: sed sepius eū visitauerūt: ꝛ phibuit se sepe videre Petrū ꝛ Paulū aplos: ac petiuit eosdē discipulos qbus hec dicebat vt nulli hec reuelarent. Tertio ipm dilexisse ostenderūt omes angeli celestes: quoniā in vita ipi missam celebranti astiterunt: ꝛ eius manus nudatas torquibus aureis [g]ēmatis ornauerunt: ꝛ etiam quādo ad eius obitū conuenerūt: ac eiꝰ animā in celū cum laudibus deduxerūt. ptz in legēda. Quarto ipm ostendit acceptū tota celestis curia: quando letant hodie in suum collegiū accepit: vnde ipe beatus Martinus in morte dixit. Sinus Abrae me letus suscipiet. Ultimo ꝑterea tota ecctia ostēdit ꝛ approbat ipm fore dilectū deo ꝛ omibus sanctis ac btis. quia per totū orbē festiue eum colit magna veneratione. G

Sed q̃stio hic occurrit. s. Qualit ꝛ p que btūs Martinus tales cōsolationes diuinas supne visitationis obtinuit: ꝛ eius exēplo qualiter q̃sq3 fidelis deuotꝰ obtinere valeat? Ad qd rñdet fm scpturas et doct. q pcipue per assilationē ad deum: angelos: ac btōs hoc obtinuit. Nam scribit Eccli. xxvij. Uolatilia ad sibi similia cōueniunt: ꝛ vitas ad eos q̃ operant illā reuertet: leo venationi insidiat sp. sic pctā opantibus iniq̃tatem. Hec ibi. Quibus vbis notant tria pcipua puncta. Primū est. q volatilia. i. angeli celestes ad sibi similia cōueniūt libēter. quia ome anial diligit sibi sile. Eccli. xiij. Boetius. Simile simili cōgaudet. Et. ij. de ania. Ome ens tēdit ad sibi sile. Itē scdm est q vitas ad eos q̃ opantur illā reuertet. Lyra. Ueritas vite que est iusticia: reuertet ad eos qui operant illam. quia chrs qui est vitas ꝛ vita dabit se illis in psenti per grām inhabitādo: ꝛ in futuro per gliam. sicut pmisit Joā. xiiij. Si q̃s diligit me sermonē meū fuabit: ꝛ ad eū veniemus ꝛ mansionez apud eum faciemus. Tertiū est q sicut leo insidiat semp venationi. quia vic3 ppriū est sibi comedere carnes anialium: sic diabolus pctoribus insidiat semp in morte vt mordeat ꝛ deuoret morte gehēne. Et sic ptz q sicut ad pctōres diabolus venire habet ꝛ visitare ad decipiendum: eo q iacent in pctis ꝛ sunt demoni in hoc similes. Sic boni hoies q̃ per vite sanctitatē assimilant deo et angelis ac btis: visitari solent ab eisdē pro cōsolatione. H Sed adhuc restat q̃rendū. in qbus debeat hō assimilari deo ꝛ angelis ac btis: vt merear visitare saltem in morte. Respōdet q pmo in silitudine puritatz. Unde Hierony. in sermo. de assumpt. Bene inq̃t angelus ad vginem mittit: quia angelis semp cognata est virginitas. In carne em ꝑter carnem viuere non terrena vita est: sed celestis. Secūdo in silitudine pietatis ꝛ charitatis. Nam deus charitas est: ꝛ q̃ manet in charitate in deo manet: ꝛ deus in eo. j. Jo. iiij. ꝛ omes angeli ac bti pleni sunt charitate ꝛ pietate qua nobis subueniūt. Augusti. Charitas ppria vtus est electoꝝ. Sic ꝛ homo cū fuerit plenus charitate ꝛ pietate meret cōsolationē visitationis supne. Tertio in similitudine diuine laudis. quia btoꝝ officiū est semp laudare deum in celo. sic homo semp occupatus diuinis laudibꝰ: oronibus: ꝛ deuotionibus meret consolari ꝛ visitari a deo: ꝛ angelis vel btis. sicut videmus q homies consilis artis libent inuicem conueniūt ꝛ consolant. Ars autē beatoꝝ est laudare deum. ps. Bti qui habitant in domo tua in secula seculoꝝ laudabūt te. Btūs Martinus fuit similis christo ꝛ beate Marie ac angelis ꝛ btis in puritate vginali: in charitate ꝛ pietate: ꝛ semp deum laudauit: quoniā inuictum ab orone spm non relaxabat. ergo visitabat. O ergo homo disce in his imitari vt saltem in morte visiterz si in vita visitari non mereris: ꝛ saltem post mortē cum beatis iocunderis. I

¶ Circa tertiū de secura glia vel felicitate sit pro conclusione qd canit ecctia dicens. Martinus Abrae sinu letus excipit. Martinus hic paup ꝛ modicus. celū diues ingredit: hymnis celestibus honorat ꝛc. In qbus quadruplex ꝓrogatiua felicitatis ꝛ glie beati Martini tangit pro exemplo nostre imitationis. Prima est. q in spūs securitate ꝛ leticia transijt. Unde dicit Martinus abrae sinu letus excipit. Homies q̃ppe cōmuniter moriunt cum timore ꝛ mesticia precipue pctōres. Ps. Mors pctoꝝ pessima. Bern. Mors peccatoꝝ mala et amara in sepatione anie a corpe. peior in damnatione. pessima in eterna cruciatione. Sed beatus Martinus letus transijt ꝛ securus: ppterea quia tria in se habuit: que securitatē in morte pstant. Primo securā consciam

p

Marginal notes:

E Scdm latitudinem.

F De delectatione b. martini a chro.

G Questio de consolationibus diuinis.

H Questio de visitatione a sctis i morte

I q̃druplex ꝓrogatiua felicitatz beati Martini.

a pctō mortali mundā. Prouerb. xv. Secura mens q̄si iuge cōuiuiū. Unde diabolo astāti dixit. Quid hic stas cruenta bestia: nil in me funestū repies? Secūdo habuit desideriū ad chr̄m feruentiā qua cupiebat dissolui et esse cum chr̄o. ꝛ ideo mori gaudebat. sicut ꝛ ap̄lus de se ip̄o dicebat ad Phil. j. Tertio. quia habuit cōsolationē angelicā: vt patuit. ij. art. O tu homo stude hec habere

cd̄a in morte ꝛ securꝰ exibis. Scd̄a ꝓrogatiua ē. q2 Martinus diues magnis meritis in celū volauit. Nam dicit hic paup ꝛ modicus celū diues ingredit. Sūt heu multi nullius boni meriti: vel paucoꝝ: sed multoꝝ maloꝝ demeritoꝝ: ꝛ hi descendunt in infernum. Sūt alij plurimoꝝ meritoꝝ bonoꝝ: sed aliqua habēt purgabilia: hi descendūt in purgatoriū. Paucissimi autē sunt tam pfecti ſm ꝙ dt Augu. vt statim euolēt in celum. Btūs aūt Martinus etiā inter pfectos fuit ditissimus in meritis

Tertia. Tertia est. q2 cū hymnis celestibus a multitudie angeloꝝ trāslatus fuit. Unde eccl̄ia canit de eo. O beatū virū in cuius trāsitu sctōꝝ canit numerꝰ angeloꝝ: exultat chorus: omniūq; celestiū ꝟtutū occurrit psallētiū exercitus.

Quarta. Quarta est. quia magne gl̄ie corona multiplici honoratus extitit. ideo subdit: honorat. Habet em̄ aureā gl̄ie essentialis: ꝛ insup aureolas coronas: scz ꝟginitatis ꝛ p̄dicationis: ac etiā palmā martyrij ꝑ desiderio ꝛ volūtate moriēdi pro chr̄o: sicut de eo testat ecclesia in officio. Accedamꝰ ergo charissimi ꝛ btm̄ Martinū p̄cemur: vt apud chr̄m intercedat pro nobis: quatinus eius meritis ꝛ p̄cibus det nobis gr̄am in p̄senti: et gl̄iam in futuro. Amen.

❡ Pro sancto Martino. Ser. iiij. habet in Cōi.

❡ Sequit de sctā Helisabet. Ser. j. cū legenda.

C Sed hic pōt queri: Utrū liceat alicui occidere seipm ne aliquis cogat eū ad peccatum? Rñr fm doct. precipue frēm Ange. de Clauasio φ non licet: put ait Aug. li. j. de ciui. dei. ꝛ habet. xxiij. q. v. si non licet. Ad idem. xxiij. q. iiij. displicet. Qꝛ siqs dicat quia Hiero. xxiij. q. v. c. Non est nrm. cōtrariū videtur dicere. Et ex hoc vt dicit ibi glo. quidā dixerūt. Ubi fides ecclesie ꝛ castitas corporis impugnat: licet alicui se occidere. Rñr φ vt August. vbi s. dt: Ad qdcunq malum quis cogat non pōt se occidere licite. Et ideo illud Hiero. dictū: cum dt sic: Nō licet mihi ppria manu perire in psecutionibus absq eo vbi castitas periclitat: intelligendū est φ hec dictio absq ponit inclusiue. q. d. nec in istis casibus in quibus magis videt licet alicui se occidere: sicut in simili ponitur Can. iiij. dicēdo. Pulchre sunt gene tue absq eo qd intrinsecus latet. Sic hec dictio absq pro etiā inclusiue ponit a Hiero. vbi s. Sed quid dicemus de Samsone qui se interfecit cū Philisteis ꝛ de pluribus talibus etiā sctis martyribus qui se precipitauerunt in ignē ob amorē chri ꝛ fidem vel hmōi? Ad hoc dicendū φ hec fecerūt ex speciali reuelatione dei ꝛ ope spūssancti: vt dt Aug. dicto ca. Sic nō licet. q non sunt trahenda ad sequentia alia Et sic patet ad scdm.

D Quot sīt gd⁹ martyrij

D Tertio queritur: quot sunt gradus martyrii vł quales sunt? Ad qd fm Frā. may. vbi s. rñr: φ potissime quatuor gradus possunt assignari. Primus est infantiū qui sine ppria voluntate p deo occidunt: vt patz in innocentibus ab Herode occisis sicut supra tactū est. Scds gradus altior est infirmorū. s. qui non possunt effugere mortē: quā libenter vitarent nisi mortaliter peccarent: ꝛ tñ plus eligunt bonā mortē q peccare. De hoc gradu dt chrs Mat. x. Cum persequentur vos i ciuitate ista: fugite ad aliā. Tertius gradus est perfectorū qui mortē non fugiunt sed expectant qūuis fugere possint: vt patz de pluribus. Quartus est perfectissimorū: qn aliqui non solū mortē non fugiūt sed desideranter p chro insequunt sic Paulus ait Act. xxj. cum Agabus predixisset sibi psecutionē in hierlm futuram. Ego inquit non solū alligari sed ꝛ mori parat⁹ sum pro noie iesu. Nec potuit retineri a fratrib⁹ quin ascenderet in hierlm. O q anime christiane osiderate sctorū martyrū exempla qui se libenter tradiderunt in mortē pro christo: vt ꝛ vos poti⁹ sufferatis quācunq mortem q peccato consentiatis.

E De generib⁹ martyrij

E C Circa scdm de martyrij varietate questio occurit: Quot sunt genera martyrij? Ad quod rñr fm Francī simulq alios doc. φ sunt multi qui dicuntur martyres diaboli. ꝛ sunt multi martyres chri: ꝛ horū aliqui corporales. Alij spūales. Primo inq sunt multi in mōdo martyres diaboli: vt qui sustinent penas ꝛ mortē ad consequenda pctōꝝ desideria. de quibus Berñ. Sūt qui laborem ꝛ dolorē sustinent: sed non est eis pars in dño: sic raptores frigus ꝛ estum sustinentes ac vigilias: vestiti armis equitantes ꝛ fatigia sustinentes causa auaricie. Similiter hastilusores duros labores sustinentes propter vanam gloriā: ꝛ sic de aliis. Itē oēs habentes malam conscientiā sunt martyres diabolici: qꝛ semp sustinent penā remorsus oscientie: alij p supbia: alij p luxuria: ꝛ sic de aliis. Vñ Eccl. xij. Non est ei bñ qui assidu⁹ est in malis. Rō: quia vt dt Aug. Oīs inordinatus animus est sibiipsi pena. Itē Hugo. Non est grauior pena q remordens oscientia. Tales q oēs in pctō laborantes sunt martyres diaboli: quia laborāt in causa diabolica: causa aūt facit martyrem: vt dt Greg. in regi. O q pctōr tu aduerte quid p labore tuo diabolus soluet: qꝛ tormenta tmmodo ꝛ nullam aliā osolutionem habebis ab eo: q resipisce.

F Martyrum chri quatuor gña varietatum

F Scdo alij sunt martyres chri de quibus canit predictū thema. Hic est vere martyr qui p chri noie sanguinē suū fudit. Et illud: Martyres dñi dñm benedicite in eternū. Horū aūt martyrū aliqui sunt corporales: alii spūales. Pro q notandū φ martyrū chri quatuor ponunt genera varietatum.

Primū

Primū est qn passio redūdat in corpus ꝛ aīam sicut fuit martyriū chri q in passiōe pre oībus dolores sustinuit. Tren. j. O vos oēs qui transitis p viam attendite ꝛ videte si est dolor similis sicut dolor meus.

Scdm

Scdm genus est qn passio est in anima tm: sicut fuit passio in aīa virginis Marie cōpatientis sup filio crucifixo: iuxta pphetiam Symeonis Lu. ij. dicentis: Tuam ipsius aniam ptransibit gladius. Tunc eñ martyrium maximū sustinuit beata virgo de qua Berñ. dt: Longe eam plus q martyrem censemus in qua cōpassionis affectus supauit passiōis effectum.

Tertiū

Tertiū genus est qn passio solū corpus affligit. sed in anima habet magnā dulcedinē: vt patet de sancto Laurētio qui cruciatus epulas reputauit: ꝛ de sancto Stephano de quo canit: Lapides torrentis illi dulces fuerunt ꝛc. Itē de sctā Agatha ꝛ aliis.

Quartū

Quartū gen⁹ est: qn passio non est occidens corpus: nec aīam separans: sed per continuā mortificationē chro crucifigitur. ꝛ hoc est martyriū spūale. Vñ Gre. in homel. Loquente iesu ad turbas ꝛc. dt sic. Quamuis occasio psecutionis desit: habet tñ pax nostra martyriū suū. qꝛ ꝛ si carnis colla ferro nō subdimus: spūali tñ gladio carnalia desideria in mente trucidam⁹. Hec ille.

G Quot modis qs efficit martyr spūalis

G Sed iuxta hoc querit: Quot modis potest quis fieri martyr spūalis? Rñr recolligendo doctorū dicta: plures modi assignant circa hoc. Primo aduersitatū patienti toleratione. Vñ Greg. in homel. de martyribus dt. Duo sunt martyrii genera. Unū in occulto in mente. Alterum in aperto in mente simul ꝛ actione. Itaq martyres esse possumus etiā si ferro non trucidemur. Mori quippe a persequente martyriū in aperto est ope. Ferre vo contumelias: odientē diligere: martyrium est in occulta cogitatiōe. Et infra. Nos inquit sine ferro martyres esse possumus si patientiā in aīa veraciter custodimus. Hec Greg. Nimirū quod horū est mai⁹ signū gfe: an mortuorū suscitatio ꝛ quorumlibet miraculorū opatio: an patientia? Rñdet Amb. dt. Ego patientiā maiorem virtutem reputo miraculis. qꝛ patientiam in aduersis nō potest dare natura: sed sola dei gfa. Nec operatio miraculorū reddit deo gratum hoiem sicut reddit patientia. Unde impatiens p murmuratione ostendūt seipos esse vacuos a gfa dei: sicut rota sonans ostendit se non bene vnctam esse. O q homo esto patiens. Scdo quis martyr spūalis efficit boni desiderii ad martyriū flagratione. Unde Greg. li. iij. dial. dt. Martyriū in occulto est cum ad passionem virtus prompta flagrat in aio. Item Cyprianus de pe. di. j. c. Nunquid. dicit φ in seruis christi apud qs cogitat ꝛ martyriū mente concipit: etiā si affectus martyrii ad effectū nō deducit: ipa sola voluntas coronatur. Hec ibi. Tertio compassione in proximi necessitate. Unde Greg. Qui dolorem inquit exhibent in

H Documentū — aliena necessitate: crucem portant in mente. H Unū ex hoc est documentū q̄ qui intimo corde compatitur super chr̄i passione: sp̄ualis martyr fit: sicut beata virgo Maria facta est martyr circa crucem chr̄i compatiēdo similiter ⁊ Joannes euangelista factus est sp̄ualis martyr sub cruce condolendo. propter qd̓ ipsi ambo. s. Maria ⁊ Joannes non sunt permissi pati dolorem in morte vt d̓r Hiero. Et huius vna ratio est. quia cum deus nō puniat bis in idip̄m: vt d̓r Nau. iij. ideo ex q̊ semel dolores martyrii sustinuerunt in anima compatiendo: nō debuerunt postea in morte dolores habere. Itē ex dictis etiam patet q̄ꝫ bonum est cōpati pauperibus in eoꝝ necessitatibus. ⁊ maxime cōpati debemus proximis in defectibus sp̄ualibus. s. qn̄ videmus aliquē peccare. Grego. Tanto quis pfectior est quanto dolores sentit alienos. Quarto sp̄ualis martyr fit quis dura vicioꝝ ⁊ cōcupiscentiaꝝ mortificatione. Unde Bern̄. in ser. Festiuitas d̓t. Quid mirabilius aut quod martyriū grauius est q̄ꝫ inter epulas esurire: inter vestes multas algere: paupertate premi inter diuitias quas noster desiderat appetitus. An non merito coronabit qui sic legitime certauerit? Idem vere martyrii genus est quotidiana carnis mortificatio. Illud nimiꝝ quo ferro membra ceduntur horrore quidem est immitius: istud tn̄ diuturnitate molestius. Hec Bern̄. O g̊ homo si non vales fieri martyr corporaliter mortem sustinendo: disci fieri saltem martyr spiritualis. I

I De premio martyrij ⁊ aureola — ¶ Circa tertiū principale de felici premio martyrii; hoc est de aureola que ei debet queritur: quales martyres ⁊ quomodo merent coronari aureola in celo pro gloria martyrii? Ad quod respondet ſm doc. precipue Pet. de pal. ⁊ post eum Anto. floreñ. in. iij. pte summe. ti. xxxiij. q̄ ad cōsequendam aureolam martyrii requiruntur simul hec tria scꝫ pseuerantia in pena: causa debita: ⁊ voluntas spōtanea. sine quibus aureola non dat. Primo g̊ requiritur pseuerantia in pena. s. vsqꝫ ad mortem. propterea nec datur ista aureola martyrii obedientibus: etiam si obediētia durat vsqꝫ ad mortē licet in talibus mactatur ppria voluntas. Nec datur pauperibus: q̄ꝫuis mundo moriantur in religiōe. Nec dat penitentibus pro penitentia qua crucifigunt sp̄ualiter carnem vel castigant corpus. Et sic de aliis om̄ibus q̊ non sunt passi penam mortis ab alio illatam. Unū nec tribus pueris in camino ignis positis aureola data est pprie Nec etiam Joanni euangeliste proprie qn̄ in dolio feruentis olei conseruatus est: nisi dicat illi cōcessa a deo ex priuilegio speciali: qd̓ pie putat.

K Questio — K Sed queritur hic. Quid de illo qui genus mortis sibi infligendū elegit. Respondet ſm p̄dictos doc. q̄ qui genus mortis eligit sibi ppter deum vt legitur de beato Petro qui petiit quatinus versis pedibus crucifigeret: ne simili pena cum dn̄o moreret ex humilitate ⁊ charitate: talis non perdit aureolam. Si aūt quis propter seip̄m elegerit genus mortis vt tolerabiliorem seu faciliorem mortem habeat: perdit aureolam. Unde de Seneca d̓t Hieroñ. q̄ fuisset martyr nisi genus mortis elegisset optatione sibi data. Et in. iij. dial. d̓r: q̄ quidam sanctus traditus Lōgobardis vt occideret: sibi data mortis optione nullam eligere voluit: sed dixit illam mortem se toleraturum quā dn̄s permttteret. vnde patet q̄ chr̄ianus non debet eligere sibi mortem. Scd̓o ad consequendā aureolam martyrii requirit causa debita: quia vt Grego. in regi. d̓t: ⁊ etiā glo. Rom̄. viij. martyrem non facit pena sed causa. Nam martyr est testꝫ in causa fidei. Et ideo p quocunqꝫ articulo fidei quis patitur mortem fit martyr. Similiter si mortem quis patiat p iusticia conseruanda ne offendat deus. vel p ecclesia ne. s. sequat dispendium iuris vel iniusticia contra ecclesiam. sicut fecit sctūs Tho. Cantuarieñ. talis fit martyr. Item p quacunqꝫ virtute quis moriat vere estmartyr: q² virtutibus desponsat ecclesia chr̄o. De h̊ latius ser. j. Tertio quoqꝫ ad consequendā aureolā requirit voluntas. vnū se defendēs ⁊ inuite moriens nō hēbit aureolā.

L Qō d̓ cruce signatis — L Sed quid de cruce signatis qui in bello hostiū chr̄i pugnanda pereunt? Respōdet Anto. vbi s̄. q̄ tales dum mortem non fugiunt sed mortem eligunt p chr̄o vel ecclesie defensione: martyres sunt. Non em̄ se sed chr̄m ⁊ eccl̄iam defendendo moriunt. Hec Anto. Unū si q̊ in bello tali ppter gl̄iam acquirendā vel verecundiā cauendam nolunt fugere: sed mori eligunt. nō sunt martyres. O g̊ charissimi accedam⁹ ad dep̄candū scōs martyres vt p eoꝝ merita ⁊ orōnes det nobis chr̄s dn̄s gr̄am in presenti ⁊ gl̄iam in futuro Amen

¶ De vno vel pluribus martyribus cōis Ser. iij.

Qui vicerit possidebit hoc. s. celeste regnum: ⁊ ero illi deus ⁊ ipse erit mihi filius. Apoc. xxj. Item p pluribus aliud thema. Sancti per fidem vicerunt regna: operati sunt iusticiam: adepti sunt repromissiōes. Heb. xj.

A — A In quibus verbis ostendit q̄ sancti martyres gloriosam victoriam ⁊ triumphum obtinuerunt in vita: in morte: ⁊ post mortem. In vita quidem q² vicerunt carnē: md̓m: ⁊ diabolum dum nullo pctō cōsentire voluerunt. Itē in morte: quia tantā constantiā habuerunt in charitate chr̄i q̄ etiam per tormenta a chr̄o non potuerunt seperari. Unū Greg. homel. de apl̄is d̓t. Ecce electi dei carnē domāt: demonibus imperant: presentia. i. mundana despiciunt ad eternā patriā currunt: atqꝫ ad illā per tormenta pertingunt: occidi possunt sed flecti neq̄unt. Hec ille. Sic g̊ post mortē triumphando celeste regnū possederunt. Et hoc est quod d̓r in themate: Qui vicerit. s. carnem: mundū: ⁊ diabolū: possidebit hoc id est regnū celoꝝ. ⁊ ero illi deus (dans gl̄iam) ⁊ ip̄e erit mihi filius. s. p assimilationem perfectā ad chr̄m. Itē in alio themate d̓r q̄ fuerunt sancti ⁊ habuerunt fidē ⁊ vicerūt regna ⁊ operati sunt iusticiā: ac sic adepti sunt repromissiones eterne hereditatis. Quibus docemur ⁊ nos taliter imitari illos vt possidere valeamus celeste regnū. Ad honorē g̊ huius martyris vel istoꝝ hec verba conuenienter accipiuntur pro sermone. In quibus commendantur de tribus

¶ Primo de virtuosa cōstantia, ibi: Qui vicerit. Itē Sancti per fidem

¶ Scd̓o de victoriosa patientia scꝫ qua vicerunt regna ⁊ possident celū

¶ Tertio de gl̄iosa corona repromissa: cū d̓r: Ero illi deus. Itē adepti sunt repro. B

B Qō de cōstantia martyꝝ — ¶ Circa primū de cōstantia martyꝝ querit: q̄re scti dei ⁊ oēs chr̄iani debeāt summope esse cōstantes in pugna cōtra carnē: md̓m: ⁊ diabolum? Ad qd̓ rn̄r q² ista pugna nisi quis assequat victoriam est valde piculosa quadruplici ratione.

¶ Primo ppter belli cōtinuitatē
¶ Scd̓o ppter cadendi grauitatē
¶ Tertio ppter diaboli calliditatē
¶ Quarto ppter exitii eternitatē

Primo belli cōtinuitate — ¶ Primo ppter belli continuitatē. quia nunq̄ꝫ intermittit diabolus nos impugnare: sed continue cōtra nos machinatur etiā cū nō extimaret. Unū Bern̄. Tres inquit hostes habemus precipuos: md̓m: carnē: ⁊ diabolū. E quibus duo primi si qn̄ intermittunt: nunq̄ꝫ tn̄ penitus dimittunt. Tertius ꝟo. s. diabolus tam execrabili odio contra nos coniurauit vt nunq̄ꝫ vel ad momentū intermittat. immo cū nō sentit impugnare acrius impugnat Nimiꝝ vbiqꝫ diabolus nobis laqueos tetendit ad capiendum in pctis. s. in visu: in auditu: in gustu: in tactu: in odoratu. Item in sedendo aut stādo: laqueos ocii ⁊ male cōgitationis in dormiendo: in laborando: indiscretionis in comedendo: bibendo ⁊c̄. Unū legit q̄ sctūs Antonius abbas vidit md̓m totum plenū retibus ⁊ laqueis diaboli. ⁊ interrogauit di. Dn̄e quis hec potest euadere? Responsum est: humilitas. s. penitentie. Sicut videmus q̄ piscis ⁊ ceruus euadit rete de subtus emergendo. Sic in pposito. Ideoqꝫ Job. vij. Militia est vita hominis sup terrā.

C Questio — C Sed quare dixit super terram: non supra terram: nec subtus terram: nec in terra? Rn̄r q̄ ideo non dixit supra terrā. quia supra terrā. s. in celo nulla est pugna. sed est pax ibi cōtinua. Postq̄ꝫ em̄ mali

angeli deiecti sunt: deinceps nulla est in celo pugna.
Esa.xxxiij. Sedebit populus meus in pulchritudie pa
cis. Item non dixit: sub terra. quia ibi. s. in inferno non
est pugna sed incarceratio ꝑpetua. vbi etiā demones
damnatos flagellant ⁊ cruciant: ipsi tñ non possunt re=
pugnare nec se defendere tanq̄ʒ ligati ⁊ ꝯpediti. Mat.
xxij. Ligatis manibus ⁊ pedibus mit. eū in te. exte. ibi
erit fletus ⁊ stridor dentium. Deniqʒ non dixit: in terra
quia in terra sunt hoies terrena amantes ⁊ toto corde
terrenis herentes. In quibus etiam non est pugna. q2
non resistunt diabolo sed voluntarie sequunt eū in pec
catis. Et ideo Gregorio dicēte: diabolus illos tentare
vl' impugnare negligit q̊s quieto iure possidere se sen
tit. Sed notanter dixit: super terrā: quia viri sancti ⁊ fi
deles nec oino sunt i terra vt sunt cupidi. nec oino sunt
in celo vt sunt beati: sed mente eleuati sunt sup terrā. s.
per desideriū ⁊ meditationem: licet corꝑe sint in terra.
Iuxtaq̄ꝺ dicit apl's Phil. iij. Nostra conuersatio est in
celis. Et sic tales dicunt sup terrā. In istis est militia.
quia pugnant ꝯtra tentamenta diaboli resistēdo. ḡ me
rito dr ꝙ militia est vita hois. s. boni sup terram. Hinc
Berñ. dicit. Sentit. s. tentationes qui dissentit. non sen
tit qui ꝯsentit. Scđo pugna sanctoꝝ ꝑiculosa est ꝓpter
cadendi grauitatem: q2 qui cadit ⁊ vincit in ista pugna
D sup oēs alios casus periculosius ⁊ grauius cadit. D
Questio Quero nempe te o homo quē casum reputas deterio=
rem super oēs casus qui possunt esse. Si dicas: Casus
in lutum quo suffoceris. aut cadere forte in cloacā ster
core plenā ⁊ ibi suffocari pei⁹ est: aut cadere i cauernā
serpentibus ⁊ bufonibus mordentibus plenā horribili⁹
est. Pre his aūt oibus deterius est cadere in infernum
ad tormenta eternalia ⁊ indicibilia. Sed sm veritatē
super hec oia deterius est cadere in pctm̄ mortale. nā
est supra casum ⁊ mortē in sceno vel stercore: q2 scribit
Sap̄. vj. Luto vilior est vita eius. i. peccatoris. Item
Ioel. j. Computruerunt iumenta. i. carnales hoies in
stercore suo. i. in peccatis. Et certū est ꝙ pctm̄ fetidius
est coram deo super omnia stercora ⁊ fetida. Preterea
grauius est cadere in pctm̄ q̄ʒ cadere in ora serpentum
bufonum ⁊ draconū. q2 ista venenant ⁊ occidūt corpus
tm̄: sed pctm̄ occidit ⁊ veneno ꝑpetuo inficit aniam. Vñ
Ecci. xxj. Quasi a facie colubri fuge pctm̄. Minus dr ⁊
plus intelligit. i. plus q̄ʒ a facie colubri. Deniqʒ cadere
in peccatū peius est q̄ʒ cadere in infernū. Ecci. xxviij.
Mors illius. i. peccati: mors nequissima: ⁊ vtilis poti⁹
infernus q̄ʒ illa. Lyra. q2 pena infernalis minus mala
est q̄ʒ pctm̄ mortale. Nam malum culpe mortalis est pri
uatio boni diuini: quod est infinitū. Malū aūt pene in=
fernalis inquantū pena: tm̄mō est priuatio boni creati
ꝓpter quod minus habet de ratione mali. Et sic patet
ꝙ quilibet hō magis debet cauere pctm̄ q̄ʒ quodcunqʒ
malum: etiāinfernū. Unde Ans. lib. similitu. dr. Si hinc
pctm̄ ⁊ illinc infernū haberē ⁊ vni eoꝝ necessario imer
gi deberem: prius me ininfernū demergerē anteq̄ʒ pec
catum admitterem. Et intelligendū est de inferno sm
ꝙ pena sine peccato. Tertio pugna sanctoꝝ est pericu
losa ꝓpter diaboli deceptionem ⁊ calliditatē. Vñ Gen.
iij. scribitur. Sed ⁊ serpens erat callidior cunctis ani=
D mantibus terre. E Lyra. Ista calliditas refertur
Diabolus principaliter ad demonem qui in serpente apparuit. si
serpēti as= cut lingua alicuius dicit erudita: q2 prudenter mouet
similatur ab intellectu illius. Vñ diabolus tanq̄ʒ serpens est val
de astutus contra sanctos. Primo: quia nullū vincere
potest per potentiam: sed per calliditatē vincit ac frau
dulentiam. Isido. Debilis est hostis antiquus: non po=
test vincere nisi volentem. i. consentientē. Scđo: q2 mil
le nocendi artes habet. Vñ Hiero. ad Eluidiū. Perse=
quitur me hostis cui non vna sed mille sunt nocendi ar
tes. Hinc ⁊ diabol⁹ mille artifex dicitur. Tertio: quia
cum serpens habeat caput: corpus: ⁊ caudam fraudu=
lenter caput immittit: quo admisso: statim totus illabit
Sic de diabolo dicit Hiero. Lubricus est serpens anti
quus ⁊ nisi capite teneat statim totus illabitur. Per ca
put intellige mali suggestionē: per corpus delectatio=
nem: per caudam consummationē. Vñ Hiero. Ille pre

dicatur beatus qui statim vt ceperint cogitatus: alli=
dit eos ad petrā. i. chr̄m. Quarto ꝓpter exitii eternita
tem: quia succumbenti eternū a parte post tormentum
imminet in inferno ⁊ mors ꝑpetua. Et per contrarium
vincenti premiū datur eterne beatitudinis. Vñ Iac. j.
Beatus vir qui suffert tentationē: qm̄ cum ꝓbatus fue
rit ac. co. vite quā repro. deus dili. se. O ḡ chr̄iane stu
de vincere carne: mundū: ⁊ diabolū ne percas sed coro
nam possideas: nam non coronabit nisi qui legitime cer
tauerit: vt dicit apl's. F
Circa scđm de victoria patientie martyꝝ queritur (F Scti dr ꝑ pa tientiā victo res pluribꝰ rōnibus)
quomodo sancti martyres per patiētiam dicunt victo=
res vere vel triumphatores: cum ipsi vident fore victi
vtpote puniti variis suppliciis ⁊ occisi? Ad qđ respon=
det Maximus in ser. di. sic. Est aūt q̄rundam seculariū
sententia qua dicere solent apud belligeros viros: vi=
ctus dicitur occisus h̄ dicit suis dilectoribus mundus.
Sed fidelibus suis aliud loquit chr̄s. Et infra. Aliud
est em̄ occidi ꝓ mūdo. Aliud occidi ꝓ chr̄o. Qui em̄ oc
ciditur pro mundo: vincitur cum occiditur: non em̄ occi
deretur nisi vinceretur. Qui aūt occiditur pro chr̄o nō
vincitur q̄ʒuis occidatur. Sed reuera victor occiditur
quia cum occiditur victor efficitur. Hec ille. Notandū
aūt sm eundem Maximū aliosqʒ simul doc. ꝙ sancti dei
per patientiam victores veri ⁊ nobilissimi efficiuntur
pluribus rationibus.
Prima rō ex parte patientie
Scđa rō ex parte anime
Tertia ex parte celestis corone
Quarta ex pte inuincibilis pugne
Prima rō ex parte patientie. q2 iste modus vincen (Prio ex pte patientie)
di. s. per patiētiam est nobilissimus ⁊ gloriosissimus ac
virtuosissimus. Est quippe nobilissimus quia vt scribit
Prouer. xvj. Melior est vir patiens viro forti. s. fortitu
dine corporali quanto melior est anima corpore ⁊ q̄ do
minatur animo expugnatore vrbiū. Nam patientia op⁹
perfectū habet Iac. j. Propter quod Diogenes phus
dixit Alexandro magno qui multas vrbes expugnaue
rat. Tu inquit es seruus serui mei. q2 Diogenes per ra
tionem dominabat suo appetitui sensitiuo. Alexander
vero seruiebat appetitui sensitiuo. Proinde canit eccle
sia de martyribus ꝙ hoc est victoꝝ genus optimū. Itē
iste modus vincendi est gloriosissimus: q2 assimilat chri
sto dei filio qui vicit per patientiā: ⁊ efficit hoiez filium
dei. Matt. v. Diligite inimicos vr̄os vt si. fi. pa. vr̄i ⁊c.
Deniqʒ est virtuosissimus. q2 vt Seneca ait: Magnani
mi est iniurias in summa patientia pati. Sunt em̄ innu
merabiles qui populos ⁊ vrbes habuerūt in potestate
paucissimi qui se. Facilius est em̄ gentem vincere q̄ʒ se.
Hec Sen̄. Scđa rō ex parte anime: quia martyr in aia
est inuictus cum non cessit voluntate. Sed vt Aug. ait
de ciui. dei. Victoria nō est aliđ q̄ʒ subiectio repugnan=
tium. ḡ vincere non est aliquē vulnerare vel occidere
sed sue voluntati facere obedire. Cumḡ martyr victor
extitit in anima in qua vinci non potuit. sequit ꝙ glorio (G A q̄ iudicat hō ꝓe ec̄ hō)
sissime triumphauit G Nam quero vnde iudicatur
homo esse vere homo nisi ex parte anime ⁊ nō ex parte
corporis: q2 homo est animal rōnale. Et vt Aug. super
Ioan. dicit. Non distat homo a pecore nisi intellectu ⁊
ratiōe: cum corpus mortale habeat sicut ⁊ pecora. Sic
ergo homo in oibus iudicandus est ex parte anie. Vñ
non est dicendus homo pulcher in corpore qui est fed⁹
in mente. Matt. xxiij. Ve vobis hypocrite qui similes
estis sepulchris dealbatis q̄ a foris apparēt eē specio=
sa: intus aūt sunt plena omī spurcicia. Itē nō est dicen
dus nobilis quis rōne generis sed rōne virtutis. vnde
Aug. Malus etiā si regnat seruus est tot dominoꝝ q̄t
vicioꝝ: q2 qui facit pctm̄: seruus est peccati Ioan. viij.
Item non est dicendus vere viuus qui in aia est ꝑ pec
catum mortuus: q2 a principaliori debet fieri denomi=
natio: vt dicit phs in predicamentis. Sic qui in aīa ca
uet mortem ⁊ vincit vere victor est multo fortior q̄ʒ qui
in corꝑe tm̄ vincit. Vñ Augu. de ciui. dei dr. Si diligen
ter consideremus cum q̊s ꝓ veritate fideliter moritur
mors cauetur. s. eterna. Suscipitur a corpore seperatio

anime: nec tñ a deo (qui est vera vita anima) separatur. Unde patz ꝙ martyr vere victor dicit᷑. Cum aũt quis in anima cesserit pctõ vere victus est turpiter. Tertia ratio ex parte celestꝫ corone: quia martyr ꝓ inuicto .i. chr̃o dño occisus iuste coronatur tanꝗ̃ victor. Uñ Maximus in sermõe dicit: Corona victoribus datur. Quõ ergo occisus ille victor negatur qui pro eo ꝙ occiditur a iusto iudice coronatur. Ecce btũs hic martyr occisus est quidem: non tñ victus: quia ꝓ inuicto inuenit᷑ occisus. Inuictus est eñ chr̃s dñs pro q̊ maluit occidi martyr: qui si occidi pro inuicto metueret: ad victoriam nõ veniret. Hec ille. Quarta ratio ex pte inuincibilis pugne: quia sancti martyres patiendo nõ possunt flecti a iusticia: vel vinci a malo: sed potius ipsi vincunt inuincibilia regna. Propter quod de eis canit᷑. Sancti ꝑ fidem vicerunt regna: vt in themate. H Sed qualia regna vincunt sancti dei? Respondetur ꝙ tria sunt regna inuincibilium que ipsi vincunt. Primo regnũ demonum: de quo Job. xli. Non est potestas in terra que cõparetur ei .i. potestati diaboli qui quidem regnat in hominib⁹ per pctm̃. Ideoqꝫ sancti ⁊ fideles chr̃i victores dicuntur: quia vincunt regnum pcti quod est regnum inuicibile ꝭm q̃d tñ qꝛ innumerabiles hoĩes diabolus sibi subiicit per pctm̃. Sed sancti hoc regnum per pcti ⁊ tentationũ resistentiã vincunt. Ad quod hortat᷑ oẽs apl̃s Rom̃. vi. di. Nõ regnet pctm̃ in vestro mortali corpore vt obediatis ꝯcupiscentiis eius: sed exhibete vos deo. Scđo vincũt regnũ mortis ⁊ inferoꝝ quod etiam est inuincibile ꝭm quid: quia mors oẽs necat ⁊ innumerabiles ad inferna deducit. Sed hoc sancti vincũt per chr̃i charitatem. Uñ Cañ. viii. Fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus emulatio. Tertio vincunt regnum celoꝝ: ⁊ quod est maximũ vincunt ip̃m inuincibilem deum: cui nullus potest resistere. Unde saluator dixit Matt. xi. Regnum celoꝝ vim patit᷑ ⁊ violenti rapiunt illud. I Sed quõ exemplo sanctoꝝ possumus vincere regnum celoꝝ vt om̃es beatos celestes ac ip̃m inuincibilem deum? Respondet᷑ ꝙ per pniam ⁊ lachrymosam orationẽ. Unde Berñ. O felix lachryma tuum est regnum: tua est potentia: tu vincis inuincibilem ⁊ ligas oĩpotentẽ. Hec ille. Exemplũ de Moyse cui oranti dixit dñs Exo. xxxii. Dimitte me vt irascat᷑ furor me⁹ contra populũ istum. Et cũ ille non cessaret orare: placatus est dñs. Ecce g̊ patet ꝙ sancti martyres merito dicuntur victores: quia vincunt deum precibus: pnia: ⁊ patientia: om̃ia quoqꝫ regna inuincibilia vincunt. O g̊ homo fac similiter ⁊ eris victor gloriosus ac possidebis regnum celorum.

H
Qualia regna vincũt sancti

I
Questio

K
Quare p̃mia sctõꝝ vocãt᷑ repromissiones

¶ Circa tertiũ de gloriosa corona repromissa: quia dicitur in themate ꝙ sancti sunt adepti repromissiones. K Nam ⁊ in primo themate repromittit deus vincenti di. Ero illi deus ⁊ erit mihi filius. Questio hec sufficiat ꝑ tractanda .s. Quare celestis corona ⁊ premia illa beatoꝝ vocant᷑ in scriptura repromissiones ⁊ non simpliciter promissiones dicunt᷑? Respondet᷑ ꝙ ideo: qꝛ sepesepius deus illa repromisit hoibus. Unde dicunt᷑ repromissiones a re quod est iteꝝ ⁊ ꝓmissiones: quasi iterate promissiones. Nimiꝝ deus vitã beatã se nobis daturũ promisit om̃ibus modis quibus consueuit fieri ꝓmissio apud hoĩes: vicꝫ verbo: iuramento: signo: dono: ⁊ pign⁹ dando. Primo inq̃ꝫ verbo Geñ. xv. Noli timere Abraã ego ero merces tua magna nimis. Itẽ. xii. Semini tuo dabo terram hanc ⁊c̃. Per semen Abrae figurabantur om̃es fideles fidẽ Abrae imitãtes: ⁊ ꝑ terram ꝓmissionis terra viuentiũ .i. celestis beatitudo quã deus ꝓmisit. Scđo iuramento Luc̃. i. Iusiurandũ quod iura. ad Abraã pa. nr̃m ⁊c̃. Item in no. test. chr̃s quasi iuramento ꝓmisit cum Ioan. x. d᷑: Amen amen dico vobis ego sum ostiũ: ꝑ me si quis intro. saluabit᷑ ⁊ ingrediet᷑ .s. ad visionem deitatis: ⁊ egrediet᷑ .s. ad visionẽ humanitatꝫ gloriose: ⁊ vtrobiqꝫ pascua inue. Tertio signo .s. manum applicando quod fecit in assumptione humane nature ⁊ crucis passione vbi manũ extendit. Hoc petebat Dauid di. Fac mecũ sig. in bo. vt vi. ⁊c̃. Quarto dono ꝓmisit cum spm̃sctm̃ donauit ꝑ quẽ fideles saluent᷑. Unde Pet᷑. Act. ii. Penitemini ⁊ baptizet᷑ vnusquisqꝫ vestrũ in noĩe iesu: ⁊ acci. donũ spũssancti: vobis eñ est repro. ⁊c̃. Ultimo ꝓmisit pignus dando .s. corpus ⁊ sanguinẽ in eucharistia. Ioã. vi. Si quis manduca. ex hoc pane vi. in eter. Unde canit ecclesia. O sacrũ cõuiuiũ in quo chr̃s sumitur recolitur memoria passionis ei⁹: mens impletur gratia ⁊ future glorie nobis pignus datur. O g̊ immensa charitas ⁊ pietas chr̃i erga nos. O homo reama deũ te sic amantẽ: qꝛ ĩdubitant᷑ dabit tibi ꝑseuerãti vitã eternã. Quã nobis p̃stet chr̃s dñs Amen.

¶ Sequitur de sanctis Confessoribus pontificibus
Sermo cõmunis primus

Beatus ille seru⁹ quẽ cũ

venerit dñs inuenerit sic facientem. Amen dico vobis qm̃ super om̃ia bona sua cõstituet eũ Mat. xxiiii. ⁊ in euang. huius solennitatis. A Quibus verbis chr̃s dñs hortatur om̃es suos fideles ⁊ cũ ipsis precipue ecclesie prelatos quatinus ĩ hac vita sic deo deseruiant: vicꝫ in actibus charitatis se exercẽdo vt possint esse securi in iudicio mortis de consequenda beatitudine per gr̃am dei. Ideo loquendo omnibus dicit chr̃s. Beatus ille seruus quẽ cũ venerit dñs. Lyr̃. querens in morte rõnem sui seruitii: inuenerit sic facientem .i. in actibus charitatis se exercentẽ: ⁊ sic preparatum ad salutiferã mortem. Nimiꝝ chr̃s merito talem seruum dicit beatum: quia btũs est in vita beatitudine spei ex gr̃a dei. Nam ꝭm magistrũ in. iii. di. xxvi. Spes est certa expectatio future beatitudinis ex meritis precedẽtibus ⁊ dei gr̃a proueniens. Sicut eñ qui seminat spem habet messis bone ex semine in futura estate suo tempore: sic in proposito. Item talis est beatus in morte. quia Apoc̃. xiiii. scribit᷑. Beati qui in dño moriunt᷑. Deniqꝫ talis beatus est post mortẽ: quia in celesti beatitudine perpetuo felicitat᷑: ideo subdit chr̃s tales asse curando. Amen dico vobis qm̃ suꝑ om̃ia bona sua cõstituet cũ. Nam beatitudo est status oĩm bonoꝝ aggregatiõe ꝑfectus: vt d᷑ de ꝯsola. li. iii. Sic fecit iste sanctus confessor de q̊ hodie agimus festũ. ideo de ip̃o hec verba canunt᷑ ꝓ nr̃a edificatione ad eius imitationẽ .s. beatus ille seruus ⁊c̃. In quibus ꝟbis hic sctũs N. cõmendat᷑ ⁊ in exemplũ ꝓponit᷑ de tribus. A

¶ Primo de salubri p̃paratione mortis: ibi. Beatus ille seruus quẽ cũ venerit dñs ⁊c̃.

¶ Scđo de sublimi opatione amoris: ibi. sic facientẽ scꝫ in actibus charitatis.

¶ Tertio de felici retributione boni celestis: ibi. super oĩa bona ⁊c̃. B

B
De salubri p̃paratione ad mortem

¶ Circa primũ de salubri preparatione ad mortẽ sit ꝑ conclusione ꝙ benedictus dñs iesus in ip̃o sacro euangelio multipliciter hortatur nos ad preparandũ ꝓ suo aduentu in mortis iudicio. Et declarat᷑ ex ꝓcessu euangelii quod legit᷑ de confessoribus. Nam primo hortatur mortis incertitudinẽ docendo cum dicit. Uigilate quia nescitis qua hora dñs vester venturus sit .s. ad mortis iudicium. Greg. Ille vigilat qui apertos oculos in vero lumine tenet vt tenebras negligentie vitet. Nam vt autor de spũ ⁊ aĩa dicit. c. xxviii. Nil certius morte: nil incertius hora mortis. Ideo semꝑ debem⁹ vigilare ne incerta mors nos rapiat ad tartara dũ morimur in peccatis. Qm̃ vt Greg. dicit. xxv. dist. Qualis inquit hinc quisqꝫ egredit᷑ .s. in morte: talis in iudicio presentabit᷑. Hoc est q̃d loquit᷑ Eccl̃i. ix. di. Nescit hõ finẽ suum: sed sicut aues laqueo ⁊ pisces hamo: sic capiunt᷑ hoĩes in tẽpore malo cũ eis exẽplo supuenit ꝑditio. Ideo Augu. de cura ꝓ mortuis dicit. Quia nescis o hõ qua hora veniet mors vigila semꝑ vt te semꝑ paratũ inueniat: ⁊ nõ in pctis dormientẽ te subito ꝑdat. C Sed qualiter quis obseruet se vigilando circa mortis aduentũ: idem saluator in alio euangelio .s. Lu. xii. q̃d etiã legit᷑ de cõfessoribus edocet di. Sint lumbi vestri p̃cincti: ⁊ lucerne ardentes in manibus vestris: ⁊ vos similes hoibus expectantibus dñm suũ qñ reuertat᷑ a nup. vt cũ ve ⁊c̃.

C
Qualr̃ debem⁹ ad aduentũ mortis vigilare

Ubi precipua tria docet facere: ⁊ sic ad mortꝫ aduentũ
vigilare. Primo concupiscentias carnis refrenare ⁊ vi
cia vitare: ideo ait. Sint lũbi vestri p̃cincti. Greg. Lum
bos precingimus cũ carnis luxuriã p continentiã coar
ctamus. Scd̃o bonis opibus insudare. ideo subdit. ⁊ lu
cerne ardentes in manibus vestris. Per manus em̃ (q̃
est organum organoꝝ: vt d̓r. iij. de aĩa) designãꝛ bona
opera. Ideo Greg. Lucernas in manibus tenemus cũ
p bona opa proximis nr̃is lucis exempla monstramus.
Tertio pniam accelerare ⁊ non differre: sicut heu mul
ti faciunt. Ideo addit chr̃s. Uos similes hoĩbus expe.
do. suũ vt cũ pul. cõfestim apiant ei. Greg. Ad nuptias
dñs iuit qñ in celũ ascendens supernã sibi multitudinẽ
angeloꝝ nouus homo copulauit. Tunc aũt reuertitur
cum ad iudiciũ pperat. s. mortis. Pulsat ꝟo cũ iam per
egritudinis molestias mortẽ esse vicinã denũciat. Cui
confestim aperimus si hunc cũ amore suscipimus. s. pa-
rati p pniam. Ecce ǵ optima doctrina chr̃i: qꝛ qui vicia
cauet: ⁊ bonis opibus insudat: ac p verã pniam dei cha
ritatẽ requirit celeriter ⁊ pseuerat: talis bene vigilat
⁊ securus hinc exit. Sed heu multi differunt penitere
vsqꝫ ad extremũ. De quibus Aug. de pe. di. vij. in prin.
dicit sic. Siquis positus in vltima necessitate voluerit
accipere pniam: fateor nõ illi negamus qđ petit: sed nõ
presumimus ꝙ bene hinc exit: pniam dare possumus:
sed securitatẽ dare nõ possumus: nunquid dico damna
bitur: sed nec dico saluabiꝛ. Uis ǵ a dubio liberari age

Scd̃o exẽplificando

pniam dum sanus es ⁊c̃. Hec ille. Scd̃o in euangelio
hortaꝛ nos chr̃s ad p̃parandũ exẽplificando di. Illud
aũt scitote qm̃ si sciret paterfamilias qua hora fur veni
ret vigilaret vtiqꝫ ⁊ nõ sineret pfodi domũ suã. Per fu-
rem intelligiꝛ diabolus ẜm Hiero. qui si perfoderit do
mũ aĩe p consensum peccati furaꝛ oĩa bona gratuita. s.
vestimenta iusticie: auꝝ charitatis: argentũ mundicie.
Uel ẜm Gre. p furem intelligiꝛ mors que sicut fur in no
cte ignorãter venit cũ nõ putaꝛ. Aliqñ in prima vigilia:
hoc est in puericia. Aliquibus aũt venit in scd̃a vigilia
hoc est in iuuentute. Aliis in tertia: hoc est in senectute
Aliis in quarta: hoc est in decrepita etate vel extremo
mortis. Ideoqꝫ chr̃s Lu. xij. d̓t. Et si venerit in scd̃a vi-
gilia: ⁊ si in tertia vigilia venerit ⁊ ita inuenerit. s. vigi-

Questio

lantes ad sui custodiã: beati sunt serui illi. Sed quare
chr̃s ibi non ponit quartã vigiliã ꝙ tales essent beati?
Rñr ꝙ ad insinuandũ qꝛ pniam serotinam minus acce-
ptat. Uñ Alchuinus d̓t. Satis est alienus a fide qui ad
agendũ pniam tẽpus senectutis expectat: qꝛ timendũ

Tertio hortaꝛ pmittendo

est nedũ expectat misericordiã incidat in iudiciũ. Ter
tio hortaꝛ chr̃s premiũ pmittendo di. Quisputas est fi
delis seruus ⁊ prudens quẽ cõstituit dñs sup familiam
suam vt det illis cibũ in tpe. Beatus ille seruus quem
cum venerit dñs ⁊ inue. sic facientẽ. Amen dico vobis
super oĩa bona sua cõsti. eum. Lyra exponit ꝙ sicut ser
uus patrisfamilias sollicite regit domũ ⁊ familiã sibi cõ
missam non solum in presentia: sed etiã in absentia dñi ⁊
ille dñs p hoc eũ remunerat. Si aũt cõtraria facientẽ
⁊ suos disturbantẽ inuenit: illũ punit. Sic ad ppositũ
seruus iste est bonus prelatus vel bonus princeps aut
iudex vel etiã bonus simplex chr̃ianus qꝛ cuilibet man
dauit deus de proximo suo. Ecci. xvij. vt det cibũ in tẽ
pore. i. auxiliũ ferat in necessitatꝫ tpe. Taliter faciens
beatificabiꝛ oĩ bono in celo. Uñ etiã Lu. xij. promittit
di. Amen. i. fideliter dico vobis ꝙ p̃cinget se ⁊ faciet il-
los discumbere: ⁊ transiens ministrabit illis. i. prompte
⁊ sine retardatione chr̃s dñs ministrabit eis fruitionẽ
beatitudinis ppetue vbi habebiꝛ ineffabile conuiuium

Quarto morte improuisa cõminando

⁊ gaudium. Quarto hortatur chr̃s morte improuisa ⁊
damnatiõe cõminando: vñ cõcludit. Ideoqꝫ ⁊ vos esto
te parati: qꝛ qua hora nõ pu. fi. ho. ve. s. ad iudiciũ mor
tis. Et ponit exemplũ de malo seruo q̊ cogitat di. Mo-
ram facit dñs meus. ⁊ sic incipit pcutere seruos: mãdu

D

Octo pctã ppter q̃ deus hoĩes morte subitanea punit

care ⁊ bibere cũ ebriosis. Ueniet aũt dñs eius die qua
non sperat ⁊ puniet eũ. Sic chr̃s malos ⁊ impatos pu-
nit eternalr. D Queriꝛ hic. Qualia sunt pctã pro-
pter que deus pmittit hoĩem decipi ⁊ mori inopinata ⁊
subitanea morte? Rñr ꝙ recolligendo ex scripturis in
ueniunꝛ precipue octo pctã ppter que deus hoĩes sic
puniuit. Primo ppter superbiam ⁊ contemptũ sanctoꝝ
viroꝝ. sicut patet. iiij. Reg. j. de quinquagenariis am
bobus ⁊ viris. l. qui superbe iubebant Heliã descende
re ad regem quos ignis consumpsit de celo descendẽs
Similiter patet de pueris irridentibus Heliseũ quos
vrsi deuorauerũt. iiij. Reg. j. Scd̃o ppter auariciam ⁊
nimiũ amorẽ terrenoꝝ: vt patꝫ Lu. xij. de diuite volen
te ampliare horrea sua: cui dictũ est. Stulte hac nocte
repetent aĩam tuã. O quot vidimus sic periisse. Ter
tio ppter luxuriã ⁊ gulã: vt patet in sodomitis. Et vt d̓t
Hiero. tẽpore quo natus est chr̃s oẽs hmõi vicio. s. con
tra naturam laborantes subitanea morte sunt percussi.
Quarto ppter iram inueteratã ⁊ inuidiã ac seditionẽ
vt patꝫ Nume. xvj. de Dathan: chore: abyron quos ter
ra deglutiuit: qm̃ emulabantur ⁊ insurrexerunt contra
Moysen. Quinto ppter negligentiã in corripiendo su
os. patet de Heli. j. Reg. iiij. Sexto ppter irreueren-
tiam diuinoꝝ: vt patet de Oza qui tetigit arcam ⁊ mox
subita morte est percussus. ij. Reg. vj. quia vt aliqui di
cunt precedente nocte non se cõtinuerat ab vxore pro-
pria. Unde ⁊ nunc multi pcutiunꝛ a deo ppter irreue-
rentiam sacramenti eucharistie: precipue qui ante com
munionem vel post cito peccato luxurie inquinanꝛ. Se
ptimo ppter obstinationem in mortali quocunqꝫ pctõ si
cut ptꝫ de pharaone ⁊ egyptiis ĩ mari submersis. Octa
uo ppter blasphemiã dei ⁊ sanctoꝝ: vt patet in Senna
cherib: cuiꝰ in exercitu pcussi sunt centũoctogintaqnqꝫ
milia ppter blasphemiã quam fecit Sennacherib Esa.
xxxvij. O ǵ peccatores ptimescite iudicia dei ⁊ agite

E

Questio

pniam. E Sed di. Nonne etiã iusti ⁊ fideles hoĩes
qñqꝫ repentina morte contingit mori? Rñr ꝙ q̃uis ⁊ iu
stis accidat: tñ scriptum est Sap̃. iiij. Iustus quacunqꝫ
morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit. Aug. de
ciui. dei. Mala mors putanda non est quam bona vita
precesserit: neqꝫ em̃ fecit malã mortẽ nisi quod sequitur
mortem. Hec ille. Item Amb. de bono mortis d̓t. Oĩ
faria mors bona est iustis ad futura bona celestia pdu
cit. Et p contrariũ malis oĩfaria mors pessima. iuxta
illud ps̃. Mors pctõꝝ pessima: qꝛ ad eternã dãnationẽ
hos pducit. O ǵ hõ esto paratꝰ exẽplo scti huiꝰ ꝯfesso-
ris vt beatificeris.

F

De opatiõe diuini amoris in anima

F

Circa scd̃m de operatione diuini amoris queritur
qualiter diuinus amor in anima sanctificationes opera
tur? Ad quod rñr ẜm sanctos doct. ꝙ quadrupliciter.
Primo quidem absorbendo oẽm alienũ amorem. vnde
Berñ. Sicut serpens Moysi deuorauit oẽs serpen-
tes maleficoꝝ: sic amor diuinus absorbet oẽm alienum
amorem. s. mundanaꝝ cupiditatũ: carnaliũ voluptatũ:
viciorumqꝫ oĩm ⁊ propriaꝝ voluptatũ. Idem ostendit
Aug. dicens sic. Procedat spũssanctus in medium ⁊ di
cat amatori suo. Uis me frui? Uolo. Cõtemne q̊dcunqꝫ
terrenũ: contẽpsi. paꝝ fecisti. quid amplius? Contẽne
quodcunqꝫ delectat. contempsi. paꝝ fecisti. quid ampli
us? Contemne teipm̃. contempsi. multum fecisti: sic me
inuenisti. sic ire: sic amare: est ad deum peruenire. Hec
Aug. Ex quibus patet ꝙ amor dei verus nõ potest ha-
beri nisi homo despiciat oẽm malũ ⁊ viciosum amorem
Ideo etiã Chryẜ. ait. Uere non habet qđ amet sup ter
ram (. s. viciose delectando) qui bonũ celeste in verita-
te gustauit. Sicut em̃ qui preciosum gustauerit cibum
postmodum eidem esca vilior ingrata videꝛ. sic ⁊ qui se
mel dulcedinem chr̃i bene gustauerit: terrenoꝝ bonoꝝ
non multũ sentit saporẽ. Scd̃o exercitando ad virtuo-
sorum opeꝝ multiplicationem. Unde Greg. hom̃. xxxiij
d̓t. Amor dei non est ociosus: operaꝛ em̃ magna si est:
si vero operari renuit amor non est. Tertio illuminan-
do ad sui humilẽ recognitionẽ. Uñ Leo papa. Hec est
perfectoꝝ vera iusticia vt quanto sunt sanctiores tãto
sunt humiliores. Exemplũ videmus ꝙ in radijs solari-
bus per fenestram intrãtibus minimi puluisculi viden-
tur qui in vmbra nõ videnꝛ. Sic quanto sancti sunt ma
gis illuminati: tanto etiam minores culpas suas reco-
gnoscunt ⁊ humilianꝛ. Sed non sic pctõres. Quarto oĩ
bus etiã inimicis exhibendo veram dilectionẽ. Nã.

Joan.iiij.scribitur. Hoc mandatū habemus a deo vt q̄ diligit deum: diligat ⁊ fratrē suū. Siquis dix. quia diligo deū ⁊ fratrē suū odit: mendax est. Ideoq̄ʒ sancti dei pietate pleni nō minus ardenter orant pro aliis etiam inimicis q̄ʒ ꝓ seipsis. Sic ⁊ chr̄s dn̄s in cruce orauit ꝓ inimicis. G Sed queritur hic Que istaꝝ orationū est melior ⁊ deo acceptior: an.s. illa quam quis facit ꝓ se: an illa quam facit ꝓ aliis? Respondet Chryß. super Mat. dicens. Libenter audit deus qn̄ christianus non solum ꝓ se sed etiā ꝓ altero orat. pro se em̄ orare necessitatis est: pro altero aūt gratie: pro se orare rei necessitas cogit. pro altero aūt charitas fraternitatis arctat. Dulcior est aūt ante deū oratio nō quam necessitas rei transmittit: sed quam charitas fraternitatis cōmendat Hec ille. Hinc etiā Greg. ait. Ille coram deo suam orationem multū valere facit qui eam ꝓ suis inimicis fundit. Ad ꝓpositum. Iste sanctus confessor amore dei plenus oēm alienū amorē in se extinxit: multa virtutū opera exercuit: humillimus extitit. oībus charitatem exhibuit. Vn̄ ⁊ canitur de eo. Qui pius prudēs humilis pudicus sobrius castus fuit ⁊ quietus: vita dū presens vegetauit eius corporis arctus ⁊c̄. Ideo bene de eo d̾ in themate. Beatus ille seruus quē dn̄s inuenit sic facientem. O ḡ homo chr̄iane si vis sanctificari exerce te sic in charitate. His em̄ modis excludunt̾ oīa vicia: inserunt̾ ꝟtutes: ⁊ sanctificat̾ aīa.

G Questio de oratione

H Qō de retributiōe bonorū celestiū ⁊ q̄ sint illa

Circa tertiū de retributione boni celestis queritur qualia sunt illa bona. s. celestia sup quibus iuxta christi promissa constituet̾ sancta aīa. Ad hoc rn̄det scriptura Apoc̄. ij. figuratiue di. sic. Vincenti dabo māna absconditum. ⁊ calculū candidū: ⁊ in calculo nomen nouū scriptum quod nemo scit nisi qui accipit. Hec ibi. In quib⁹ significat̾. Primo bonū felicitatis aīe. cū d̾ Dabo manna abscōditum. Gustus em̄ manne erat quasi simile cū melle frixe. Simila aūt de terra ortū habet. mel de rore celesti ꝑ apes generat̾. Simila ḡ significat felicitatē in visione gloriose humanitatꝫ chr̄i. mel felicitatē in visione deitatis: q᷑ sctōꝝ beatitudo ⁊ oīe bonū in his cōsistit. Joan. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te verum deū ⁊ quē misisti iesum ⁊c̄. Scd̄o notat̾ bonū felicitatis corꝑis: cū d̾ Et dabo illi calculū candidū: q̇ ẜm aliā translationē d̾ carbunculus qui est lucidissimus: ⁊ sic significat corpus gloriosum dotatū quatuor dotib⁹. Nā Mat. xiij. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eoꝝ. I Sed qm̄ possent hic quatuor questiones fieri. Primo em̄ posset q̇s interrogare sctōs vn̄ potuerūt ad tanta bona fore digni? Rn̄dent ꝙ ex liberalitate donationis chr̄i ꝓ meritis victorie: qua scti vicerūt mōm carnem ⁊ diabolū. ⁊ sic oē viciū: ideo d̾ vincenti dabo. Scd̄o posset quis interrogare sctōs: q̄ iure tanta bona possident: Rn̄dent ꝙ in iure filiatiōis: ideo d̾t. Et in calculo nomen nouū. i. noue generationis in chr̄o vt hō sit filius dei. Ad filios autem de iure spectat hereditas. Ro. viij. Si filii ⁊ heredes dei ⁊ coheredes chr̄i. Tertio posset quis interrogare. quō possit ꝓbari ꝙ scti habeant ius hereditatis in celo. Rn̄det eadē autoritas ꝙ per scriptū instrumentū qd̄ fecit deus: q᷑ ꝑ testamentū vetus ⁊ nouū repromisit deus fidelibus vitā eternam. ideo in autoritate addit̾: scriptū. Quarto deniq̄ʒ posset quis interrogare sctōs di. Enarrate nobis qualia ⁊ q̄n ta bona sint in gloria quam possidetis. Rn̄dent di. Hoc nemo scit nisi qui accipit. q. d. Vos mundani hoies non potestis intelligere q̄ntūcunq̄ʒ narrarem⁹. q᷑ transcendit oēm sensum ⁊ intellectū. j. Coꝝ. ij. Oculus nō vidit nec aurꝫ audiuit nec in cor ho. as. q̄ p̄pa. de⁹ di. se. Sed illi soli sciunt qui habent. O ḡ charissimi agamus gr̄as deo pro tantis bonis indicibilibus: ⁊ exemplo sanctoꝝ sic viuam⁹ vt ad ea ꝑueniam⁹. Qd̄ nobis dignet̾ p̄stare iesus dei fili⁹ q̇ cū p̄re ⁊ spūsctō viuit in se. se. Amen.

I Questio

De sctis Confessorib⁹ pōtificibus cōis Ser. ij.

A Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq̄ʒ: ⁊ nō sineret ꝑfodi domū suam: Lu. xij. ⁊ in euangelio huius solēnitatis. A Scimus charissimi q᷑ consuetudo est hoim ꝙ quando quis habet in domo sua thesauꝝ repositū: ⁊ timet fures superuenire ad furandū diligenter vigilat. Similiter etiā qui versant̾ inter hostes vel ꝓpe eos castra habentes vigilant ne opprimant̾ ab hostibus: aut ne furtim subintrent castrū hostes. Sic spūaliter debemus ⁊ nos vigilare circa nostrā custodiā sicut vigilauerunt sancti cōfessores. Primo q᷑ thesauꝝ preciosissimū scʒ animā rōnalem habemus que tanti precii extimat̾ ꝙ sicut dicit Aug. ⁊ Bern̄. totus mūdus corporeus ad vnius aīe preciū equiparari non pōt: ⁊ hanc habemus in domo lutea. Job. iiij. Qui habitant domos luteas ⁊c̄. Ideo vigilare debemus ne furent̾ eā demones per peccata ad inferna. Scd̄o q̇q̄ʒ q᷑ versamur inter hostes scʒ mōm: carnē ⁊ diabolū: ideo debem⁹ vigilare castrū nostrū. i. corpus ⁊ aīam ne occupent̾ ꝑ pctm̄ a demonibus. Bern̄. Vigilandum est oīno: q᷑ latrones ⁊ hostes multi obsidēt iter nostrū ⁊ castrū. Propterea chr̄s dn̄s hortatur nos Mar. xiij. Videte vigilate ⁊ orate: nescitꝫ em̄ qn̄ tp̄s sit. Et etiā in premisso themate ꝑ exemplum patrisfamilias. Sic vigilauit iste sctūs ⁊ alii scti cōfessores. Ideo de eis hec verba canunt̾. In quibus verbis cōmendat̾ ⁊ in exemplū nobis ꝓponit̾ is sctūs cōfessor precipue de tribus.

- Primo de sollicita custodia. hoc in exemplo patrisfamilias.
- Scd̄o de oportuna vigilantia: ibi: vigilaret vtiq̄ʒ
- Tertio de saluifica ꝓuidentia. s. suoꝝ: q᷑ nō sinūt perfodi domū. B

B Qō de custodia anime

Circa primū principale. s. de custodia anīe questio occurrit quare scti dei ⁊ eoꝝ exemplo fideles debeāt studiosissime custodire aīam. Ad qd̄ plures rōnes assignant̾. Prima ratio ex parte ipsius aīe. q᷑ ip̄a est p̄ciosissima ad imaginem dei facta. Gen̄. iij. ⁊ ideo eius periculū cauendū est sup oīa preciosa mundi huius. Vn̄ saluator Mat. xvj. Quid ꝓdest hoi si vniuersum mōm lucret̾: anime vero sue detrimentū patiat̾: aut quā dabit homo cōmutationem ꝓ aīa sua. q. d. nullā potest dare. Ad id exemplū videmus ꝙ cera q̄uis de se sit in parua quantitate modici valoris: tn̄ si eidē impressa est imago regis in sigillo ꝓ instrumento donationis vnius magni regni aut ꝓuincie: talis cera parua multū preciosa efficitur. Sic aīa nostra que licʒ sit creata ex nihilo: tn̄ est valde preciosa in eo ꝙ habet impressam imaginē eterni regis ꝓ donatiōe vel collatiōe eterni regni celestis. Certe stultissimus est qui tale sigillū regiū q̇ posset obtinere tale regnū destrueret vel non sollicite conseruaret ne deperiret: ⁊ sic regnū illud non posset ꝯsequi: eo ꝙ aptū instrumentū non haberet. Sic in ꝓposito. Hinc Eccī. x. Fili in mansuetudine serua aīam tuam. ⁊ da illi honorem ẜm meritū suum. Sed heu peccatores q̄ʒ multi hec non curāt: sed dei imaginē in se corrumpunt ⁊ maculant: de quibus Rom̄. j. Mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis ⁊ volucrū ⁊ serpentū ⁊ quadrupedū. Spūaliter imago hoīs est vana gloria que videt̾ pulchra. sed cito euanescit vt fumus. Itē imago volucrum est superbia cordis que super alios volare vult. ⁊ duas alas habet quibus volat in infernum. s. sui pre aliis extimationem ⁊ proximi despectionē Item imago serpentis est auaricia. Quia Gen̄. iij. dicit̾ serpēti. Terrā comedes. Sic auarus semꝑ terram. i. auꝝ: argentū: ⁊ talia terrena cogitat ⁊ concupiscit: ⁊ sic repit in infernum. Item imago quadrupedū est luxuria: que quatuor pedibus currit in infernū. Vnus est lasciuus aspectus. Scd̄s delectationis consensus. Tertius illicitus tactus. s. osculū: amplexus ⁊ hmōi. Quartus libidinis actus. O tu christiane caue tue anime ab istis. Secunda ratio ex parte pugne continue quia anima nostra continuā habet impugnationem ab hostibus spūalibus ⁊ ideo sollicite est custodienda. Amb. in ser. Quid est totius vite nostre decursus nisi quidam cum vigili hoste cōflictus. Milicia nanq̄ʒ est vita hoīs super terram. Job. vij. Proinde saluator in euangelio vbi s̄. dicit. Hoc aūt scitote qm̄ si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq̄ʒ scʒ ad sui custodiam: ⁊ non sineret perfodi domū suam:

ideoq̧ ꝛ vos estote parati quia qua hora non putatis filius hominis veniet ℂ Sed queriẜ hic. Qui sunt isti fures ꝛ latrones contra quos hortatur chr̃s vt vigilanter nos custodiamus. Ad quod respondeẜ ꝙ multiplices fures ꝛ latrones sunt qui nunq̃ dormiunt: sed cõtinue vigilãt ad depredandum ꝛ furandum salutẽ anime nostre.

De furib⁹ cõtra q̃s hortatur nos chr̃s vigilare

Primus fur appetit⁹ sensualis

Primus est sensualis vel carnalis appetitus qui sub specie necessitatis fraudulẽter furatur carnis ꝛ anime mũdiciam. Nam quando esurit: sitit aut debilitatur desiderat refici: cum iam refectus fuerit in libidinem perducit. Unde Hiero. Uenter vino estuans cito in libidinem spumat. Hinc ꝛ Bern̄. dicit. Gestãtes inimicum nostrum corpus circumferimus laqueum nostrum: quia caro concupiscit aduersus spiritum. Proinde Ecclesiastes. xij. Ne credas inimico tuo in eternum id est carni: sicut em̄ eramentum eruginat nequitia illius quia sicut ex sui corruptiõe eruginat es: sic caro ex se prona est in malum.

D *Questio*

D Sed qualiter contra istũ furem custodia est adhibenda: docet Diony. in ep̄la ad Demophilum di. Ratio debet prouidere vt presit sensualitati sicut dominus seruo: vt imperio subdat in om̄ibus: ꝛ sicut magister discipulo ip̄m castigando ꝛ ad seruitium dei redigendo: ꝛ sicut miles equum ip̄m perurgendo. Unde patet ꝙ contra istum furem debemus vigilare per strenuitatem castigationis.

Scd̄s latro mundus

Secundus fur ꝛ latro est mundus ꝛ eius prosperitatis successus qui blandiendo furatur a nobis dei amiciciam: quia vt scribitur Jac. iiij. Qui vult esse amicus huius mundi: inimicus cõstituitur deo. Aug. ad Didascol. Mundus de quanto blandior tanto periculosior. Sed iste latro fugatur vigilando per contemptum. Amb. de fuga seculi Qui saluus esse desiderat: super mundũ ascendat. s. cõtemnendo inferiora. Sicut em̄ mare seculi obruit hominem nisi ascendat nauem: sic amor mundi absorbet in infernum nisi quis ascendat in nauẽ crucis chr̄i per amorem.

Tertius diabolus

Tertius est diabolus. De quo Bern̄. dicit. Sicut non dormit neq̧ dormitat qui custodit israel: ita nõ dormit neq̧ dormitat qui impugnat israel. Etenim solent fures in furãdo rapere preciosa ꝛ dimittere vilia. Sic diabolus non curat rapere nostram rem temporalem: sed vt super om̄ia feriat charitatem: ꝛ sic rapiat animã preciosissimã: vt testatur Grego. in homel. Sed contra hunc nobis vigilandum est per fortem resistentiam suggestionum illius. Jaco. iiij. Resistite diabolo ꝛ fugiet a vobis. Hieron̄. Debilis est hostis antiquus: non potest vincere nisi volentem.

Quartus latro mors

qꝺ deo displiceat. Greg. Bonaꝝ mentiū est agnoscere
culpā vbi non est culpa: ꝓpter qꝺ ps̄. orabat. Ab occul=
tis meis mūda me. Tertio ad futura timent ne forte nō
Scdo timor ꝑseuerabunt sed cadent. Eccī. ix. Nescit hō an odio vel
filialis ꝑma= amore dignus sit. Scdo queritur quō iste timor ꝑma
net in seculū net in seculū seculi in celo. Ad qꝺ rn̄r ƀm doc. ꝙ licȝ in
seculi celo inter beatos nō sit timor sepationis a deo tn̄ est ti
mor quidam reuerentialis: qꝛ vt dr̄ Job. xxvj. Colūne
celi contremiscent ⁊ pauent. i. angeli ⁊ beati reuerendo
⁊ admirando diuinā maiestatē: que vt exponendo illa
verba Hugo dicit: ꝙ talis ⁊ tāta est diuina. s. maiestas
ꝙ sine admiratiōe intueri non pōt. Hinc etiā Greg. xv.
moral. dicit. Uirtutes celestes que deum sine cessatiōe
conspiciunt cōtremiscunt. Sed idem timor ne eis pena
F lis sit non timoris est sed admiratiōis. Hec ille. De hu
Sex signa iusmodi timore cōmendatur hec sancta.
amoris ca ¶ Circa scdm de castitatis amore querit̃: qualibus si F
stitatis gnis ꝓbat̃ quecunq̄ȝ mulier vel etiā vir feruenter ama
re castitatē? Ad qꝺ rn̄r ꝙ p̄cipue ꝑ sex signa ꝓbat̃ quo
rum duo sunt in corde: duo in sensibus: duo in opibus.
Primū signum in corde affectus deuotus q̄ gustat̃ diui
na dulcedo. Greg. Gustato sp̄ū desipit ōis caro. Scdm
ibidē cogitatꝰ mundus in chr̄i passiōe fixus. Hiero. qꝛ
impossibile est in hōis sensum nō irruere motū: ille lau
dat̃ ille p̄dicat̃ btūs qui statim vt ceperint interficit co
gitatus ⁊ allidit eos ad petram. i. chr̄m: iuxta illud ps̄.
Btūs q̄ tenebit ⁊ allidet paruulos suos ad petrā: par=
uulos. i. cogitatus in principio ortus eoꝝ. qꝛ si increscere
re ꝑmittunt̃ difficile eiiciunt̃. vn̄ poeta. Principiis ob=
sta sero medicina parat̃. Tertiū signū in sensibus. s. cu=
stoditꝰ vel refrenatꝰ ōis sensus: vicȝ: visus: auditus: gu
stus ⁊ tactus ⁊c̄. Nā Mat. v. dr̄. Qui viderit mulierem
ad ꝯcupiscen̄. eā iā mech. est in cor. suo. Aug. Impudi=
cus oculus impudici cordis nuncius est. Quartū purꝰ
affatus. qꝛ dicente aplo. j. Coꝝ. xv. Corrūpunt bonos
mores colloquia praua. Et Mat. xij. Ex abūdantia cor
dis os loquit̃. Quintū signū in opibus est castigatū cor
pus. Un̄. j. Coꝝ. ix. Castigo corpꝰ meū ⁊ in seruitutē re
digo: ne forte cum aliis p̄dicauero ip̄e reprobꝰ efficiar.
Nā vt Bern̄. ait: In honore humilitas: ⁊ in deliciis pe
G riclitat̃ castitas. Ideo Aug. Facilius conseruat̃ ignis
De ꝟtutibꝰ ⁊ aqua in vno vase q̄ȝ cū superfluitate cibi ⁊ potꝰ ⁊ in deli
disponentibꝰ ciis seruet̃ continentia. Sextū signū assiduū opꝰ: quia
mulieres ad ociū est sentina ⁊ mater oīm vicioꝝ: vt dt̄ Bern̄. Item
gratiam Greg. Nec castitas magna est sine bono ope. O ḡ caste
mulieres obseruate hec.
¶ Circa tertiū de sanctitate laude digna ⁊ gloriosa in G
mulieribꝰ querit̃: quales virtutes disponunt mulieres

ad grām magnā ⁊ laudabilē sctitatis gliam? Rn̄r ꝙ scri
ptura cōmendat in eis sex virtutes. Prima est timoris Prima
dei ꝑseuerantia in p̄ceptoꝝ obseruantia: vt ptȝ ex the=
mate. Itē Eccī. xxvj. Stabilis mulier fundamēta eter
na sup petrā solidam: ⁊ mandata dei in corde mulieris
sancte. Hec ibi. Scda erubescentia ꝯseruans in pudici Scda
cia. Eccī. xxvj. Gratia sup grām mulier sctā ⁊ pudorata
Lx. i. verecūda. Nā decorat ⁊ ꝯseruat castitatē. Ideo
Egidius de regimine principū lib. ij. dt̄. ꝙ hō filias de=
beat taliter regere vt coerceat a discursu: ocio ⁊ multi
loquio: qꝛ sic fiunt verecundiores ⁊ tollit̃ occasio ruine
Hec ille. Tertia est moꝝ disciplina cum ligua tacita. Tertia
Eccli. xxvj. Mulier tacita ⁊ sensata disciplina illiꝰ datū
dei est. Cuius rō est: qꝛ mulier facta est ex costa Ade.
ideo naturaliter sequit̃ ꝓprietates coste. H Nam H
costa est dura ⁊ difficulter flectit̃: sic mulier difficulter Mulier de
inclinat̃ ad obediendū p̄ceptis. Un̄ versus: Semp pro costa
na rei que ꝓhibet̃ mulieri. Exemplū de ea cui vir pere
gre ꝓficiscens (vt narrat̃: cū vxor eius peteret ꝙ aliqd
iniungeret sibi qꝺ ꝑ amore illiꝰ interim obseruaret) in=
iunxit ne interim subintraret in fornacē. Illa aūt cogi=
tans cur tale mādasset tandē intrauit: ⁊ fornax corruēs
oppressit eā. Et ecce die eodē maritus rediit: ⁊ sic dep̄=
hensa est de inobedientia. Itē costa si collidat̃ in sacco
sonat collisa qꝺ non facit terra. Sic mulieres sunt sono
rose loquacitate plꝰ q̄ȝ viri de terra facti in Adā. Ideoq̄ȝ
magne gratie donū est a deo cū mulier est disciplinata
moribus obediens ⁊ tacita vt sic ꝑ grām dei vincat̃ vi=
ciosa natura. Quarta virtus est prudētia in ꝟbi dei au Quarta
dientia. Prouer. xiiij. Mulier sapiens edificat domum
suam scȝ prudenter regendo familiā ⁊ exempla virtutꝫ
eis prebendo. Sequit̃. insipiens aūt destruet scandali
zando. Proinde debet frequentare p̄dicatiōes ꝟbi dei
vt prudentia erudiat̃: ⁊ hoc est magne grē. Eccī. xxvj.
Datū dei mulier sensata: nō est imutatio erudite aīe. s.
digna pōderatione. I Sed quare scriptura sic cō= I
mendat in mulieribus prudentiā ⁊ eruditionē plus q̄ȝ Qō de pru
in viris? Rn̄r qꝛ ƀm Egidiū vbi s̄. Mulier est debiliorꝫ dentia mu
rōnis ⁊ virtutis naturaliter q̄ȝ vir: ꝓpter qꝺ dr̄ mulier lierum
quasi mollis aer: eo ꝙ nimis molliter inclinat̃ ad passio
nes sequendas puta ad passionē timoris siue amoris si
ue ire ⁊ gaudii. Ideo cōiter excedunt in talibus: vt si
sunt superbe: nimis tales sunt: si iracunde: nimis sunt.
si pie nimis sunt: ⁊ sic de aliis. Deniq̄ȝ qꝛ ꝯsiliū mulierū
est inualidū ꝓpter deliberatiōis defectū: ceteris tn̄ pa
ribus melius est consiliū in casu qn̄ debet fieri aliqd re
pente vel cito. Hec ƀm Egidiū. Idcirco cōmendabilior
est gr̄a prudentie in muliere eo ꝙ rarior: ⁊ ꝑ ꝯn̄s magꝫ
admirabilis cū sciunt prudēter se habere in passionibꝰ
⁊ cōsiliis: sicut magis est rusticū philosophari q̄ȝ mgr̄m
doctū. O ḡ mulieres visitate p̄dicationē vt sitis erudi
te. Quinta est laboris diligētia in pietate ⁊ misericor Quinta
dia. Prouer. vij. Mulier diligens (scȝ in exercitio mise
ricordie) corona est viro suo. Et capitulo vlt. Mulierē
fortem (scȝ ardua operando) quis inueniet procul ⁊ de
vltimis finibus preciū eius. Et infra. Quesiuit lanam
⁊ linū ⁊ panē ociosa non comedit. Manū suā aperuit in
opi: ⁊ palmas suas extendit ad pauperes. Sexta est Sexta
orationis frequentia cū deuota passiōis chr̄i memoria.
Aug. Quāuis ad om̄es christicolas orare ꝑtineat: spe
cialis tn̄ cura orōnis competit mulieribus. vicȝ viduis
maxime. iuxta illud. j. ad Tim̄. v. Instet vidua oratio=
nibus die ac nocte. Idem August. Crucifixi memoria
crucifigit vicia. O magne deus qd est ꝙ mulieres nūc
sunt tam indeuote: cū olim canant̃ fuisse multum deuo=
te: vt patet in officio cum canitur ad beatam virginem.
Ora pro populo: interueni pro clero: intercede pro de
uoto femineo sexu. O ergo vos sancte ⁊ caste mulie=
res recognoscite vos fore sponsas christi sicut fuit ⁊ ista
cuius festum agit̃: vt eius exēplo studeatis esse timen=
tes deū: caste: prudētes: deuote ⁊c̄. quatenus valeatis
regnare cum christo: Amen.

¶ Sermo in ordine septimus habet̃ ad idē prima par
te huius operis in cōmuni sub themate Sicut liliū ⁊c̄.

Vita sancti Joannis elemosynarij patriarche alexandrini: cuius corpus trāslatum habet Bude in capella regia in castro: ⁊ eiusdem festum inibi celebrat sequenti immediate die post festū sancti Martini epi ⁊ confessoris.

Joannes elemosynari⁹ patriarcha alexādrinus merito dictus est elemosynarius antonomasice qr p̄ aliis oibus sanctis legit ꝑfulsisse in elemosyne ⁊ misericordie sctē operibus. Proinde de ip̄o p̄dicañ ꝓ themate accipi ꝯuenit illud qd̄ canit ecclia in epla de epis cōfessoribus: ⁊ originaliter scribit Eccī. xliiij. vicȝ. Cōseruauit illi. s. de⁹ mi'cdiam suam ⁊ inuenit grām corā oculis dñi. Hoc in epla transsumptū ex Eccī. xxiiij. Nimirū deus bñdictus conseruauit ipsi sancto ioanni elemosynario miscdiam suam vt eidem quasi tradiderit in spōsam: sicut ip̄emet dicebat: ⁊ claret in legenda. Nā qr chr̄s dñs ꝓ regula generali posuit di. Mat. v. Beati misericordes qm̄ ip̄i miscdiam consequent. Et qm̄ sctūs ioannes fuit misericordissimus: ideo deus ꝯseruauit eidē suā misericordiā exaltando illū in presenti ꝑ grām ⁊ in futuro ꝑ gloriam Unde in p̄misso themate subdit. Et inuenit grām corā oculis dñi. Propter qd̄ ⁊ merito ioānes nominatus est qd̄ ꝯm Hiero. in interpretationibus nominū hebraicoꝝ interpretat. i. dñi grā: vel in quo est grā vel dñi misericordia. Nam ⁊ grā fuit plenus: ideo ioannes dictus. Et misericordia fuit plenus: ideo elemosynarius cognominatus existit. Item de eodem aliud thema Prouer. xiiij. ca. Qui miseret paupi beatus erit. Lyra. Qui miseret pauperi affectu ⁊ etiam effectu si aderit possibilitas beatus erit. s. in presenti ꝑ spem beatitudinis: vt is ⁊c̄. Nam beati misericordes qm̄ ipsi misericordiam consequent: ⁊ in futuro per speciem. Item thema aliud Prouer. xxi. Facere misericordiam ⁊ iudicium magis placet deo q̄ȝ victime ⁊c̄. Ly. Facere misericordie opera inegenos: ⁊ iudiciū. i. iusticiam oppressis iniuste: magis placet deo q̄ȝ victime: qr holocaustis vel victimis deus nō indiget: sed misericordia ⁊ iusticia quo ad sua membra: id est ad pauperes indiget. Ideo de non facientibus opera misericordie dicet illud Mat. xxv. in iudicio. Esuriui ⁊ nō dedistis manducare: sitiui ⁊ non dedistis bibere ⁊c̄. Ite maledicti in ignem eternū ⁊c̄. Sic ergo vt scribit. j. Machabeoꝝ. ij. In sua misericordia consecutus est sedem regni in secula. Hoc pro alio adhuc themate. Vitam ergo beati Joannis elemosynarii succincte quantūlibet breuius percurremus. ⁊ hoc ad certos titulos reducendo.

Vita ioānis elemosynarii ꝑ certos titulos.

Primo misericors

Primo quomodo misericordiam sibi specialiter despōsauit. Joannes ip̄e sanctissimus loquebatur dicēs. Cum essem inquit adhuc iuuenis quasi annorum quindecim quadam nocte orās ⁊ obdormiens vidi quasi in somno mihi assistere virginem sole splēdidiorem ornatam coronam oliuarum habentē in capite. Expergefactus extimaui eam esse mulierem que domum intrauerat: ⁊ crucis signo edito super me: dixi: Que es tu? Ait illa. Ego sum misericordia que filium dei de celo adduxi vt homines saluaret si vis me in sponsam accipe ⁊ bene tibi erit: ⁊ his dictis disparuit. Exurgens ego intellexi visionem ⁊ in ecclesiam abii: erat em̄ iam aurora. Et cum irem ecce obuiauit mihi quidā frigore vexatus: ⁊ mox indumento meo me expoliaui ⁊ dedi illi. Reuera nondum ecclesiam intrauerā ⁊ subito obuiauit mihi quidam albis indutus dans mihi ligaturam centū numismatū dicens: Accipe hec frater ⁊ dispensa vt vis. Ego autē cum gaudio reuersus volui reddere illi ligaturam quasi nil indigens eadem: ⁊ amplius nō vidi aliquem: tunc dixi in me. Vera fuit visio quam viderā ⁊ nō phantasia. Ex illa ḡ hora sepe dabam indigēti diceñ. Videbo si dabit mihi deus centupla vt dixit. Et cum in hoc deum male tentassem ⁊ satisfactum esset mihi diuersis modis dixi: Cessa misera anima tentare deum: quia plus deus potest dare q̄ȝ tu distribuere. Sic ḡ ex hoc factus est totus misericors.

Scdo pauperes suos dominos vocauit.

Scdo ꝙ pauperes dominos suos dixit. Beatus pater pauperes semper appellabat suos dominos ob reuerētiam chr̄i in paupere. Unde conuocans famulos suos dixit eis. Euntes per totam ciuitatem conscribite mihi vsq̄ȝ ad vnum oñes dominos meos. Illis aūt hoc non intelligentibus dixit. Quos vos egenos ⁊ mēdicos vocatis: istos ego dominos ⁊ auxiliatores p̄dico. Isti enim nobis vere auxiliari ⁊ celeste regnū dare poterunt. Nam quidam pauper venit ad eum petens elemosynam. Beatus pater precepit dispensatori dic. Da ei sex numismata: que ille accipiens iuit. ⁊ mutato habitu iterum rediit petēs. Et sctūs iterum p̄cepit sibi dari sex numismata. Tandem ille tertio venit iterato petēs ⁊ dispēsator patriarche ait. Vere sciatis ꝙ iste iam tertio accipere vult: nihilominus ille misericordissimus p̄cepit dicēs. Da ei duodecim numismata: qr ne forte ip̄e est chr̄s Jesus deus meus ⁊ dominus meus qui me tentat vtrum plus possit in isto accipere q̄ȝ ego dare.

Iusta acquisitio ꝓsperat plus q̄ȝ falsa.

Tertio ꝙ iusta acquisitio ꝓsperatur plus q̄ȝ falsa. Naucler⁹ quidam peregrinus damna pertulit: sctūq̄ȝ ioannem rogauit cum lachrymis vt misereret. Cui dedit quinq̄ȝ libras auri. Ille emptis per hec mercibus misit in nauim ⁊ naufragium in mari pertulit: ⁊ sic p̄ter nauem omnia ꝑdidit. Accessit ḡ ad ipsum sanctum iterato petens misereri. Cui sanct⁹ dixit. Crede frater ꝙ nisi miscuisses pecunias ecclesie illis pecuniis que tibi remanserūt p⁹ ex lucro illicito: nullatenus naufragium ꝑtulisses. Sed qr de malis habuisti illas: ꝑdite sunt cum eis etiam que fuerunt ex bonis. Unde p̄cepit sctūs patriarcha de nouo dari eidem decem libras auri denunciās ne commisceret eis alias pecunias. Quibus ille emens iteꝝ merces in eādem nauim in mari ꝑdidit omnia simul ⁊ nauē p̄ter animas. Voluit ḡ naucler⁹ pre angustia cordis se ipsum necare. Deus aūt reuelauit hoc beato ioanni: et nunciauit illi vt veniret ad se: qui aspersus puluere et indutus sacco accessit. Cui sctūs ioānes dixit. Misereatur tui deus nam hoc tibi contigit propter illam iniuste possessam nauem: moxq̄ȝ iussit dari eidem vnam nauim di. ecclesie plenam frumēto viginti millium modiorum. Credo ꝙ de cetero naufragium non incides. Sic ergo egressus ille est ab Alexandria cum illa naui. Postea naucleus ipse affirmabat ꝙ xx. diebus ac noctibus nauigañ. rapta naui a vento vehementi: nesciebant etiam ꝑ stellas quomodo vel vbi essent: tamen gubernator videbat sanctum ioannem patriarcham tenentem secum gubernaculum ⁊ dicentem. Ne timeas bene nauigas. Tandem post xx. diem applicuerunt insulis britannie: ⁊ descendentes in terram reppererunt ibi famem magnam vigere. Unde illi gauisi deum benedixerunt ꝙ in ipsas insulas frumentum fuerat adductum ⁊ sic precio optimo vendeñ. Nauclerus gaudebat. Inde quoq̄ȝ accepit stannum multum ⁊ asportauit in Alexandriam vt illud venūdaret. Et venit ad illum quidam ab antiquo sibi socius in negociando. Petiuitq̄ȝ ex eodem stanno et dedit ei quinquaginta libras. At ille volens probare si foret stannum bonum soluit illud in ignem ⁊ inuenit argentum purum. Putans ergo se fore tentatum accessit ad nauclerū di. Quid voluisti facere vt mihi dares argentum pro stanno sic me tentando. Expauescens nauclerus dixit. Crede ꝙ pro stanno ego illud habeo: veni ad nauim ⁊ vide. Accedentes ergo ecce inuenerunt ꝙ totum illud stannum factum est optimum argentum. Et admirans nauclerus ait. Deus qui fecit de aqua vinū ipse per orationes sancti patriarche fecit vt hoc stannū fieret argentum: ⁊ sic deum laudantes in sancto de cetero iuste negociando ditati sunt. O ergo mercatores aduertite hec.

Quarto iuxta mensurā dati remetietur de⁹ hoi.

Quarto ꝙ iuxta mensuram dati pro deo remetietur deus homini. Cuidam de clarissimis diuitibus accidit ꝙ furibus domum eius ingressis perdidit omnia vsq̄ȝ ad stramentum: et sic depauperatus venit ad sanctum et religiosum virum Joānem patriarcham Misertus ergo sanctus dixit ad aures dispensatoris au ri vt daret illi quindecim libras auri. Sed ille non dedit nisi quinque libras. Tandem venit quedam muli-

er vidua ⁊ sancto dei obtulit quinq̧ cētenarios auri ꝓ
eccłie.s.subsidio ⁊ pauperū.Quibus susceptis interro
gauit dispensatorē q̄t libras dederit illi hoī depaupe=
rato? Rn̄dit ꝙ quindecim vt iussistis inq̄t.Sctūs aūtꝑ
dei grām agnouit ꝙ mētitus est.Et vocato illo hoīe in
terrogauit.⁊ ille dixit ꝙ tm̄modo q̄nq̧ libras dederit.
Tunc sctūs dixit ad dispensatores.Exquirat deus qm̄
si dedissetis quindecim: mulier ista obtulisset q̄ndecim
centenaria. Et vt certos vos faciā vocet mulier illa.
Que cū venisset dixit sctūs eidē.Obsecro dic mihi q̄n
tum voluisti dare chr̄o? Et illa cōfessa est ꝙ voluit da=
re quindecim centena ⁊ tot colligasset: sed postea cogi
tauit ꝙ daret tm̄mō q̄nq̧ centena.Vn̄ dispensatores illi
qui fuerunt in culpa ceciderunt ꝯfusi ad pedes scti pa
triarche peten̄.veniam ⁊ ꝓmittentes de cetero nil tale
se facturos.Ecce ḡ claret veritatꝫ dictū: Date ⁊ dabit̄
vobis.In qua mensura mensi fueritis remetiet̄ vobis.

Quinto iniu rias remitte re ⁊ bn̄face= re iurianti

Quinto ꝙ iniurias remittere debemus ⁊ bn̄facere in
iurianti.Sctūs patriarcha habebat quendā nepotem
noīe Georgiū q̇ rixat⁹ est cum q̊dam ciue ⁊ cōuiciis ab
illo affectus cepit flere.Cuius fletus causam sctūs au=
diens dixit nepoti.Quis oīno ausus est aperire os suū
contra te, crede fili mi qm̄ faciā in eū rem talē ꝙ tota
Alexādria mirabit̄.Tunc ille tristiciā deposuit putās
ꝙ faceret illū flagellari ⁊ vindictā facere. Postea san=
tus deosculan̄.pectus nepotis dixit: Fili:si ex veritate
nepos meus es prepara teip̄m vt flagellari ⁊ conuicia
pati velis ab om̄i hoīe. Confestim igit̄ ꝓ illo ciue misit
⁊ astantibus multis ciuibus ac nepote suo dixit illi: Ec
ce talis tu fecisti talem iniuriā huic nepoti meo.nō bn̄
fecisti leden̄.ꝓximū. dic quantū debes eccłie mee? Et
ille: Tantū.Tūc sctūs ait.Ecce remitto tibi oē debitū
ex toto ꝓ iiuria nepoti meo ⁊ sic mihi facta.Sꝫ amodo
caueas tibi ab offensis ꝓximi tui ne deus irascat̄ tibi.
Et de hoc tota alexādria mirata est vt p̄dixerat. Item
cum cuidā elemosynā petenti dare p̄cepisset quinq̧ nu
mos.Et ille indignatus ꝙ modicū dederit:in contume
lias ꝓrupit ⁊ in faciem eius conuiciari cepit ꝓpter qđ
famuli ei⁹ voluerunt irruere in ip̄m ⁊ cedere.Sed san
ctus ꝓhibuit oīno dicens.Sinite fratres vt mihi male

Sexto q̇ pro deo dat da= bit̄ illi grā ⁊ gloria

dicat: q̊tiens ego ꝯtra chr̄m offendi ⁊ vnū conuiciū non
portabo ꝓ chr̄o? Iussitq̧ sacculū offerri ⁊ corā illo ap
poni vt inde tolleret quantū vellet. Sexto ꝙ qui ꝓ
deo dat dabit̄ ei grā ⁊ glīa.Sctō ioāne p̄triarcha existē
te frequenter in extasi mentis:posito in orōne: talibus
v̄bis cū deo disputare audit⁹ est.Sic sic bone iesu ego
distribuendo ⁊ tu donando vł ministrando videamus q̄s
vincat.Et ꝓ itroductiōe ad elemosynā sctūs p̄triarcha
narrare consueuerat. Qꝫ paupes semel in sole considē
tes ceperunt loq̄ de his q̇ eis dabant ⁊ de his q̇ eis nō
dabant elemosynas:illos laudan̄.et istos vitupando.
Erat aūt q̄dam telonarius nomine petr⁹ diues valde
sed misericors:qui omnes ad domum suam accedentes
paupes cum ira repellebat.Pauperes ḡ de h̄ inter se
conquesti sunt.Vnus aūt paupeꝝ dixit.Quid vultꝫ mi
hi dare si ego hodie elemosynā ab illo accipiam.Pacto
facto venit ad petendū elemosynā.Ille videns paupe
rem p̄ foribus statim ⁊ in furia cum non inueniret lapi=
dem:iactauit in faciem illius panem siliginis quē tunc
famulus in domum deferebat. Quem pauper suscipi=
ens ad consocios detulit indicans ꝙ elemosynam ab il
lo acceperit.Post duos dies petrus telonari⁹ infirma
tur ad mortem:viditq̧ se ad iudiciū tractum in somnis
⁊ omnes actus suos in statera vidit appendi:angelosq̧
tristes ⁊ demones gaudere.Cunq̧ nil aliud inueniret̄
qđ in altera parte statere appenderet̄:apposit⁹ est iste
panis siliginis: ⁊ equalitas ponderis facta est vt sibi
videbat̄. Tunc dixerunt petro telonario angeli.Vade
adauge ad panē hunc:alioquin te demones apprehen
dent.Euigilās dixit in se.Si vnus panis siliginis quē
iactaui ꝑ furorem tm̄ mihi ꝓfuit:quanto magis valebit
omnia indigentibus elargiri? Cepit ḡ magnas elemo
synas facere.Contigit aūt quadā die vt obuiaret sibi
naufragus nudus postulans tegumentū:⁊ continuo p̄=
ciosa veste se expolians illi dedit.Sed ille accipiēs sta
tim p̄cio vendidit.Vn̄ petrus nimis ꝯtristat̄ dicēs. En
non fui dignus vt mei memoriā haberet egenus. Cūq̧
obdormiuisset vidit quendā sup solē fulgētem: ferentē
crucem super caput suū:⁊ hunc indutū illo vestimento
quod dederat egeno.Qui dicit ei:petre cognoscꝫ hoc
vestimentū.Et ille.Etiam domine.Dicit ei dn̄s. Ecce
ego illo vestior ⁊ grās ago volūtati tue:q2 in frigore co
operuisti me.Vnde in se reuersus petrus cepit beatifi=
care egenos dicens.Viuit dn̄s.Nō moriar donec fiam
vnus ex paupibus.Vn̄ oīa q̇ habuit paupibus distribu
it.Insup ordiauit ꝙ q̄dam suus famulus duceret ip̄m
met.i.petrū in hierl̄m:⁊ ibi venderet in seruū cuidam
chr̄iano pro triginta numismatibus:q̇ etiā paupib⁹ ero
garet.Petrus ḡ factus seruus oīa vilia seruilia facie=
bat.Dn̄s aūt iesus sibi freq̄nter appebat ⁊ vestimentū
qđ prius ꝓ chr̄o dederat:ac numismata triginta ondēs
ip̄m cōsolabat̄:⁊ breuiter loquendo tandē grām a deo
ꝓmeruit ꝙ solo verbo surdum audire:⁊ mutū eundē lo
qui fecit:vt oēs mirarent̄:⁊ sanctitate p̄clarus regnum

De retributi one elemo syne.

celeste feliciter obtinuit. Ad idem de retributione in
celo ꝓ elemosyna sanctus patriarcha vadēs ad visitā
dos paupes cum quodā ep̄o noīe Troilo:qui fuit ama
tor pecunie:⁊ habebat tūc apud famulū triginta libras
auri.Cui sanctus dixit.Frater Troile ama ⁊ honora
fratres chr̄i.i.paupes.Veritus aūt ep̄us sermonē hūc
sancti patriarche p̄cepit famulo qui portabat illas xxx
libras dare cuilibet pauperi sedenti de pecunia.Vnde
percipiens tm̄ erogasse febre egrotauit.Inuitatus ad
prandiū a sancto ioannē se excusauit.s.febre correptū.
Sed sctūs agnouit causam huius:⁊ statim ad eundē ac
cessit:⁊ hilari vultu dixit.Frater troile ego dixi tibi fa
cere charitatē in paupes: ꝓpterea q2 ego volebam h̄
eis p̄stare sed meus distributor nō habuit apud se suffi
cienter tantā q̄ntitatē:ideo tibi illud faciēdū dixi. Ecce
aūt attuli vt illas triginta libras quas erogasti soluā
tibi.Videns ep̄us aureos in manu sancti mox bene cō=
ualuit ⁊ suscepit.Tandem ad prandiū iuit cum sancto.
Post prandiū dormienti ep̄o apparuit ecce quedā do=
mus celestis cuius pulchritudinē ⁊ magnitudinē nō po
test lingua narrare:⁊ ianuam habebat totam aureā cū
titulo supra descripto sic.Mansio eterna ⁊ reqes Troi
li ep̄i.Cum legisset titulū gauisus est ep̄s:sed cū plege
ret:ecce q̄dā regis cubicularii.i.angeli aduenīētes:de
posuerunt titulū illū ⁊ mutauerunt scriben̄.sic. Māsio
eterna ac reqes ioannis archiep̄i Alexandrie empta li
bris triginta.Hoc viso ep̄s surgens narrauit sctō oīa:⁊
ex tunc factus est elemosynarius.Plura alia ob breui=
tatem pertranseo.

Sequitur de eius transitu mortis.

¶ Ipse btūs patriarcha cum febre correptus morti
se appropinquare cerneret dixit sic.Grās ago tibi de⁹
qm̄ exaudisti miseriā meā rogantē bonitatē tuā ne īue
niret̄ morienti mihi nisi vnicus tremissis.hunc igit̄ pau
perib⁹ dari iubeo.Est aūt s̄m Catholicon tremissis ma
sculini gn̄is idē qđ tertia pars solidi: q2 ter missus soli=
dum facit.Ecce scti claret mira pietas ⁊ pauptatis di=
lectio:q2 oīa erogauerat.Tandē post mortē positū est
venerabile corpus eius in sepulchro: vbi corpa duoꝝ
epōrum fuerunt tumulata.⁊ corpa illa mirabiliter scti
ioannis corpi cesserunt:⁊ locū mediū vacuū dimiserūt
Claruit aūt circa annū dn̄i sexcētesimumquintum tpe
Foce impatoris.Cuius corpus vsq̧ modo stat incorru
ptum.Qđ cesar turcorū misit pro munere ex Constanti
nopoli Hungarie regi Matthie:⁊ nunc reuerēter tene
tur in capella regia castri Buden̄.vbi ad eius inuocati
onem crebra coruscant miracula. Prestāte dn̄o nr̄o Ie
su chr̄o:cui sit laus ⁊ glīa per eterna secula.Amen.

¶ Elaboratum est hoc inclytū sacre pagine de San
ctis Pomarium: cura ⁊ diligentia viri prouidi
Ioannis Kobergii Norinbergen̄. incole.
Anno a Saluatoris natali M.D.xix.
Mense Augusto.

In nomine dñi Jesu Sequitur iam Tabula ꝓm ordinē alphabeti materiaꝝ cōtentaꝝ in hac parte Estiuali Pomerij sermonū de Sanctis. iuxta folioꝝ numerum.

¶ De litera A

✠

Tabula partis Estiualis

In nomine Jesu sequitur

Tabula secunda sermonū in hac parte cōtentoꝝ iuxta ordinē festiuitatū ⁊ sermonū ipsoꝝ.



colorchecker CLASSIC

calibrite